CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. LX.

SANCTI AVRELI AVGVSTINI

OPERA (SECT. VIII PARS I):

DE PECCATORVM MERITIS ET REMISSIONE ET DE BAPTISMO PARVVLORVM AD MARCELLINVM LIBRI TRES, DE SPIRITV ET LITTERA LIBER VNVS, DE NATVRA ET GRATIA LIBER VNVS, DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE LIBRI QVATTVOR, CONTRA DVAS EPISTVLAS PELAGIANORVM LIBRI QVATTVOR

EX RECENSIONE

CAROLI F. VRBA ET IOSEPHI ZYCHA

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G. m. b. H.)

MDCCCCXIII

Augustinus, Aurelius, Sanct, Bp of Hippo

SANCTI
AVRELI AVGVSTINI

DE PECCATORVM MERITIS ET REMISSIONE ET DE BAPTISMO PARVVLORUM AD MARCELLINVM LIBRI TRES, DE SPIRITV ET LITTERA LIBER VNVS, DE NATVRA ET GRATIA LIBER VNVS, DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE LIBRI QVATTVOR, CONTRA DVAS EPISTVLAS PELAGIANORVM LIBRI QVATTVOR

RECENSVERVNT

CAROLVS F. VRBA ET IOSEPHVS ZYCHA


ALMA COLLEGE
208.2
LIBRARY
V749
Alma, California

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG (G. m. b. H.)

MDCCCCXIII

8298

BR
65
A5
1887
v.8:1

Typis expressit G. Freytag, Vindobonae.

PRINTED IN AUSTRIA

PRAEFATIO.

Hoc uolumine quattuor Augustini opera continentur, quibus aetate iam prouectior haeresim a Pelagio exortam, a Caelestio propagatam, a Iuliano acerrime uindicatam inpugnare coactus est. his apte quattuor libri De natura et origine animae coniunguntur, quibus Augustinus non quidem Pelagianum stilum, sed Pelagianum uenenum reprimit.

I. De peccatorum meritis et remissione et de baptismo paruulorum ad Marcellinum libri tres.

'Ecce contra disputare atque scribere cogimur!' (pag. 139, 16). ad id enim tempus 'non scriptis, sed sermonibus et conlocutionibus agebamus, ut quisque nostrum poterat aut debebat', ait Augustinus in Retractatione. cum autem haeresi latius latiusque proserpente Marcellinus ei haereticorum quaestiones ad baptismum paruulorum potissimum spectantes proponeret eumque obsecraret, ut illas sibi solueret, multorum animos perturbari uidens et de fide catholica sollicitus amici rogatui obsecutus est et libros De peccatorum meritis et remissione Marcellino dedicatos emisit. opus anno 412 conscriptum est.

Libro primo demonstrat Augustinus mortem non necessitate naturae, sed merito peccati euenisse; Adae peccato omnes de eius stirpe uenturos obnoxios teneri. quare paruulos baptizari oportere, ut originali peccato soluantur. libro secundo exsequitur hominem in hac uita sine peccato esse posse dei gratia adiutum libero ipsius arbitrio neque tamen esse quemquam in hac uita sine ullo peccato causasque addit, cur id fieri non possit. duobus libris iam absolutis in manus eius Pelagii Expositiones breuissimae ad Pauli epistulas uenerunt, in quibus hic non ex sua, sed tamquam ex aliorum persona argumentationem quandam contra originale peccatum profert, quam Augustinus se non refellisse ait, quia sibi non in mentem uenisset talem a quoquam excogitari posse. sed quod duos libros iam

terminauerat, epistulam de hac re ad Marcellinum scribere statuit, quam tertii libri instar duobus prioribus adiunxit.

In titulo huius operis codices dissentiunt. itaque praenotationem de Retractationum libro retinuimus. Augustinus 242, 13. 252, 17 breuiter libros ad Marcellinum eos uocat.

Codices. Inter plurimos libros manu scriptos qui supersunt eorum quos iam describimus testimoniis in constituendis uerbis usi sumus.

L Codex Lugdunensis n. 603 (520) signatus membr. misc. foll. 192 saec. VIII—IX exaratus libros de pecc. mer. et rem. foll. 98[b]—156[a] exhibet; opusculum de spiritu et littera foll. 167[a]—192[b] exstat. singulae codicis paginae uersibus uicenis octonis implentur. illud opus a duobus librariis descriptum est, hoc ab uno confectum esse uidetur. eae partes codicis quae his opusculis occupantur tribus maioribus lacunis hiscunt. post folia 135[b] (pag. 97, 5—99, 17), 180[b] (pag. 188, 15—191, 5), 186[b] (pag. 207, 21—210, 8) singula folia perierunt. post fol. 119[b] unum folium intercidit; quae eo continebantur in singulari folio expleta sunt. inter folia 187[b] et 188[a] folium dextra parte resectum suo numero carens insertum est (pag. 212, 27 *qua creditur* — *existimemus* 215, 19). liber de spiritu et littera in fine mutilus est; desinit enim 228, 21 uocabulo *inpossibilitas*. correcturis manus primae et secundae — in libro de sp. et litt. etiam tertia accedit—utrumque opus misere dilaceratum est. atque m2 multos locos uitiose traditos sanauit, eadem alios licet sanos correctura deprauauit, cf. 7, 10. 10, 20. 13, 7. orthographia prioris operis, si uniuersum genus orthographicum respicias, ad certas leges redacta, alterius operis minus probanda est. notum est genus mendorum latissime patens permutatione uocalium et consonarum oriri. confunduntur autem *ae* et *e*: *questio ẹderitis praecor*, *i* et *y*: *cybus paradysus cyrographa sinagoga misticus*, *i* et *e*: *itenera exestimo*, *o* et *u*: *paruolus cūmisisse*. consonantium commutantur *d* et *t*: *inquid faciad inplead set aliquit*, *b* et *u* saepissime: *acerbatim siuimet* al., *c* et *qu*: *quur quoheredes sequutus inquoinquinatum corum* al., *b* et *p*: *scribtura obtio babtismus*, *m* et *n* in uocibus *uolumtas idemtidem*. aspiratio modo contra uulgarem usum admittitur, modo neglegitur: *scisma proibitio exortari orum hunum habundare hausus crehentur macheria cathecumini*; *p* ponitur et omittitur: *temptator redemtor*, semper *absortus*; *s* omittitur: *extinguo execrabilis expecto* al. praepositiones *in* et *con* cum nominibus et uerbis compositae non solent assimilari; ceterae praepositiones

uariant: *adcelerare asserere quemammodum* et *quemadmodum*. contulit Vrba.

S Codex Salisburgensis S. Petri a. VIII. 29 membr. misc. foll. 239 saec. IX ex exemplari ad legendum difficili descriptus est. ita enim et multi errores explicantur et fol. 33[a] (pag. 34, 6) in mg. signo *r̄* addito ad *bap* litteris minoribus in spatio uacuo relicto manus prima *tismo* adscripsit. de pecc. mer. foll. 1[a]—142[a] praebetur, de spiritu et litt. foll. 171[a]—239[b] prostat. hae codicis partes a duobus librariis edolatae sunt. inter folia 108[b] et 109[a] duo (quaternionis) folia interciderunt; desiderantur igitur uerba: *in remissionem* 115, 1 — *peccati* 116, 27. omissiones ceterae fere omnes communes sunt huic toti classi. correcturas manus primae liber admodum multas expertus est, manu secunda pauci loci temptati sunt. in rebus ad orthographiam pertinentibus plerumque cum codice *L* conspirat. contulit Guil. Weinberger.

V Codex Vossianus Latinus Leidensis 98 membr. misc. in 4° foll. 157 saec. IX scriptus libros de pecc. meritis foll. 1—49, opusculum de natura et gratia foll. 90—117 exhibet. is qui codicem descripsit retractando multas maculas abstersit, plures locos corruptos manui secundae et tertiae emendandos reliquit. manus secunda in mg. saepius etiam lectiones uariantes apposuit uelut fol. 91 (234, 4. 21), 97[a] (249, 3) proba lectio tamquam uarians traditur, 97[b] (249, 26). in marginibus singularum paginarum passim glossae a m2 et m3 appictae sunt: fol. 90[a] *uide LXVIII capitulum retractationum ubi ex hoc libro loquitur*, fol. 96[a] *quid sit peccatum*, fol. 99[b] *Quomodo oculus uideat*, fol. 103[a] *de his qui desperant*, cf. pag. 291, 18. contulit S. Reiter.

P Codex olim Corbeiensis (= Benedictinorum Corbeiensis 206) nunc Parisinus 12213 membr. misc. foll. 108 saec. X exaratus foll. 1—64 de pecc. meritis, foll. 78[b]—108 de spiritu et littera complectitur. singulae paginae 28 lineas habent. librum Benedictinos in adornanda editione sua usurpasse et lineae rubrica ductae et quaedam adnotationes ostendunt. fol. 24[a] adscriptum est: *hic deē foliū unū.* manus saec. XII folium minoris formae inseruit, in quo omissa supplentur (pag. 57, 12). item fol. 37[b] in margine adnotatum est: *Et hic deē foliū unū.* m. saec. XII quae omissa erant in folio minoris formae expleuit (pag. 89, 20 *quantus* — *cognoscendum cum* 92, 15). ceterae omissiones a Benedictinis notatae

sunt. correctiones maximam partem ad librarium ipsum referendae sunt. contulit Vrba.

G Codex Sangallensis 171 saec. X libros de pecc. meritis pag. 231—333 exhibens multum manu prima, etiam plus manu secunda correctus est. tractatus de spiritu et littera pag. 356—402 exstat, quae 32 uersuum sunt. haec pars codicis pauca uestigia manus castigantis ostendit. eius inscriptio pag. 155 omissa haec est: *explic̄ lib̄ s̄c̄i agustini de unico baptismo. incipit de s̄p̄u et littera* (litt. mai.). subscriptione codex in fine mutilus caret; desinit enim uoce *testimonia* pag. 228, 8.

K Alterius familiae testis locupletissimus codex Augiensis XCV membr. misc. foll. 116 saec. X conscriptus tres libros de pecc. meritis foll. 1—41^{b}, opusculum de spiritu et littera fol. 41^{b} (*Incipit liber de s̄p̄u et littera augustini ēp̄i*) — fol. 62^{b} praebet. in singulis paginis 34 lineae incisae sunt. eae partes codicis quas haec opuscula complent multas emendationes scribentium manibus expertae sunt; manus secunda autem non solum innumeros locos sanauit sed etiam et singulas uoculas et totas sententias omissas expleuit, cf. 3, 8. 6, 15. 16. 7, 1. 10. 9, 2. 3. 10, 2. 24. 11, 15. 14, 21. 16, 4. 18, 4. 23, 23. 24, 12. 25, 11. 36, 20. 59, 6 al. ex libro de spiritu et littera cf. 160, 22. 179, 27. sed ne hic quidem corrector omnia quae scriba omiserat restituit, cf. 4, 2. 5, 5. 28, 26. 168, 4. 226, 18. sunt itidem loci quos licet integros deprauauerit (cf. 4, 13. 16. 8, 21. 13, 7. 22, 6. 24, 16. 167, 18. 229, 6), corruptos corruptiores reddiderit: 6, 9. 174, 16. 192, 7. 224, 4. 226, 15. 227, 18. 228, 4. manus tertia unum uocabulum m2 emendatum mutauit 170, 4. iam si quaeratur alteriusne codicis auxilio nisus corrector secundus negotium emendandi factitauerit, eum lacunas quibus codex hiat nisi alio codice ad subsidium adscito explere non potuisse certum est. ac duobus quidem locis alicuius codicis lectiones profert, cf. 83, 15. 87, 1; sed plerisque aliis locis correctorem alio codice non inspecto suis coniecturis emendasse non est dubitandum. contulit Vrba.

A Codex Parisinus 9546 membr. misc. foll. 103 saec. XI confectus Retractatione praemissa libros de pecc. mer. foll. 61^{b}—103^{b} continet. fol. 1^{a} infra legitur: *Sum ex libris Iō̄is à Nierken, qui me emit à Magistratu Auriheniensi 2. Maii 1588.* liber ab uno librario exaratus ab eodemque passim correctus est. praeter hunc duo alii a tempore librarii non multum distantes libro perpurgando operam nauarunt; de manu secunda cf. 24, 13. in margine etiam

scholia addita sunt: *Hic dicit de enoc et helia. expositio apostoli. hic dicit paruulos qui hinc exeunt sine baptismo* $\overline{n}$ *tantū cruciari* al. codex duobus locis manifestae interpolationis speciem prae se fert: 3, 6. 42, 14. contulit Vrba.

C Codex Casinensis CLXIII membr. misc. saec. XI foll. 2—84 de peccatorum meritis, foll. 84 (*Incipit liber de* $\overline{spū}$ *et littera*) — 127 de spiritu et littera praebet. manus prima correctrix nihil fere nisi menda ad orthographiam pertinentia sustulit. latius grassatur m2, quae praeterea etiam notas et glossas in mg. appinxit ut fol. 40^{b}. 61^{b}. 75^{b} al. liber etsi ex antiquo exemplari originem ducere uidetur tamen omni uitiorum genere foedatus et 115, 8 interpolatus est. contulit Vrba.

M Codex olim Bobiensis nunc Mediolanensis Ambros. S. 55. sup. membr. misc. foll. 134 saec. XI—XII exaratus est. libri de pecc. meritis foll. 1—63 occupant. codex multum correctus et uitiis multifariam deformatus aliquot ueras scripturas offert.

T Codex Vaticanus Latinus 461 saec. XI ex. scriptus libros de pecc. meritis et de spiritu et littera continens bis est correctus, manu librarii et manu recentiore. codex ad emendationem parui pretii dicendus est. contulit Vrba.

Omnes codices, quos ad constituenda uerba adhibuimus, in duas familias discedunt, quarum unam codices *LSVPG* efficiunt, alterius testes quamuis fide et auctoritate diuersi *KACMT* exstant. atque illos artissima affinitate coniunctos esse cum multa alia docent (cf. 17, 22. 18, 18. 22. 19, 2. 9. 20, 21. 22. 22, 7. 23, 10. 24, 19. 28, 7. 29, 20. 31, 10. 32, 9. 11. 37, 5. 17. 47, 23. 52, 8. 56, 3. 66, 9. 25. 76, 11 al.) tum duo glossemata, quibus eorum origo proditur: 75, 6 *oratio breuis perfectaque*, 150, 22 *deo gratias*. horum natiuitatis communionem integritas orationis (cf. 56, 3. 74, 22. 78, 12) et praestantia lectionum arguunt, cf. 7, 14. 83, 22. 118, 12 al. cum autem omnes codices ex uno archetypo originem trahant, non est mirum saepius libros manu scriptos eiusdem classis inter se dissentire, saepe lectiones eiusdem familiae cum scripturis alterius classis conuenire, cf. 23, 25. 37, 17. 60, 2. 80, 18 al. inde erat consequens, ut plerumque familiae *KACMT* auctoritatem pressius sequeremur, aliis autem locis, quibus testimonia alterius classis maiorem ueritatis speciem habere uiderentur, huic adstipulari non cunctaremur. id maxime pertinet ad locos scripturae sacrae. persaepe enim accidit, ut *K* ceterum probabilis testis Vulgatae lectiones promat, cf. 40, 2.

104, 9. 146, 5. cum uero inter omnes constet Augustinum Italam quae dicitur secutum esse, talibus locis memoria alterius familiae praeferenda erat. quamquam minime contenderimus classem *LSVPG* ubique Italam offerre. sed haec difficillima causa diligentiori inquisitioni reseruanda est.

Praeterea eorum codicum qui sequuntur alios totos comparauimus, aliorum maximas partes excussimus neque eorum uarietatem in adnotationem recepimus. eorum hi ad classem *LSVPG* referendi sunt: codex Mus. Brit. (Libri bibl. Regiae) 5. B. II saec. XI. codex Casalinus 83 (73) saec. XI—XII. codex Darmstadtensis 524 saec. XI—XII. codex Lipsiensis Uniu. 252 saec. XIV. codex Uniu. Pragensis XIV. D. 22. 2530 saec. XIII ex. codex Vindobonensis 838 (Rec. 3320) saec. XII. codex Parisinus (Nouv. Fonds) 11654 uariantes scripturas octo codicum continens (Apparatus Benedictinorum foll. 171^{a}—185^{a} sic praenotatus: [Tom. 7. Sti. Germani] De baptismo parulorum ad 5^{e} Ms. 1^{m} Tellerium olim S^{ti} Amandi. 2^{m} Beccense. 3^{m} pratellense. 4^{m} S^{ti} Remigii. 5^{m} Corbeiense 206. 6^{m} laudunense. 7^{m} Casalis Benedicti. 8^{m} Cigiranni). codex Parisinus (Nouv. Fonds) 11646 collationes codd. Vaticanorum Latinorum 461 saec. XI ex., 445 saec. XV, 501 saec. XV continens, qui litteris α, β, γ signati sunt

Alteri classi codicibus *KACMT* repraesentatae assignandi sunt: codex Goerresianus 51 in 4° mai. foll. 190 saec. IX—X e monasterio S. Maximini, nunc Monacensis. codex Scaphusiensis 28 saec. XI ex. codex Casinensis CLXVII saec. XII. codex Oxoniensis bibl. Canonicae (Auct. eccles.) 171 saec. XII—XIII. codex Stuttgartensis 256 saec. XIII.

II. De spiritu et littera.

Liber de spiritu et littera anno 412 scriptus est. commemoratur enim in opere De fide et operibus (CSEL XLI 62, 2) initio anni 413 condito. quid Augustinum commouerit, ut hunc tractatum elucubraret, ex ipsius initio comperimus. lectis opusculis, scilicet de peccatorum meritis et remissione, sibi dedicatis Marcellinum rescripsisse Augustino eo moueri se, quod in superiore opere legisset fieri posse, ut sit homo in hac uita sine peccato, si uelit, adiutus a deo, nec tamen ullum umquam in hominibus tam perfectae iustitiae exemplum exstare. hinc Augustino occasio data est contra Pelagianos disputandi, qui docebant sine dei adiutorio uim uoluntatis humanae per se ipsam iustitiam perficere posse, ostenditque

non lege nos diuinitus adiuuari ad operandam iustitiam, sed ipsam uoluntatem nostram, sine qua nihil boni operari possumus, spiritus gratiae auxilio egere. refutatis deinde haereticis Pelagianorum doctrinis ad quaestionem initio operis propositam recurrens probat perfectam in hominibus iustitiam sine exemplo esse, nec tamen esse inpossibilem.

Antequam codices percensere aggrediamur, liceat monere hunc librum in opere Augustini De fide et operibus (CSEL XLI 62, 6), cuius memoria codicibus uetustissimis et optimis nititur, praenotari: De littera et spiritu. cum autem nostri libri manu scripti usitatum titulum praeferant neque Retractationum editio non suffragetur, hunc retinendum esse censuimus.

Codices. Codices quibus in constituendo textu usi sumus omnes fere iidem sunt quos in praecedenti opere descripsimus:

L Codex Lugdunensis 603 (520) saec. VIII—IX cf. pag. II.

S Codex Salisburgensis Sti Petri a. VIII. 29 saec. IX cf. pag. III.

P Codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 12213 saec. X cf. pag. III.

G Codex Sangallensis 171 saec. X cf. pag. IV.

K Codex Augiensis XCV saec. X cf. pag. IV.

C Codex Casinensis CLXIII saec. XI cf. pag. V.

T Codex Vaticanus Latinus 461 saec. XI ex. cf. pag. V.

O Restat unus codex Oxoniensis Laud. Misc. (sic enim omissis uncinis pag. 154 et 422 scribendum erat) 134, qui saec. X in. confectus 110 foliis constat. liber de spiritu et littera fol. 15 Retractatione praemissa fol. 16[a] incipiens hac inscriptione inducitur: *Incipit de spiritu et littera ad marcellinum liber primus augustini aurelii opuscula*, desinit fol. 48[a]; libros contra duas epistulas Pelagianorum foll. 48[a]—108 exhibet. codex a compluribus librariis scriptus quattuor expertus est correctores. paucae correcturae ad m1, m3, m4 referendae, plurimae m2 tribuendae sunt. exemplar enim, ex quo descriptus est, difficile ad legendum fuisse uidetur. nam fol. 31[b] (pag. 189, 9) in margine adnotatur: *quere in aliis codicibus*; saepius in lineis uacuis relictis uerba litteris minoribus uel maioribus, certe ab aliis differentibus reposita sunt; cf. etiam fol. 36[b] notam in margine adscriptam. libri contra duas epistulas Pelagianorum maximam partem correctionibus m1 et m2 foedati sunt. post fol. 52[b] unum quaternionis folium periit; desiderantur uerba: 433,

20 *per legem* — *peccatum* 436, 8. fol. 55[a] (441, 12) post *operor illud* uerba lin. 7 *sed quod habitat* — *operor illud* alia manu repetita m2 delenda assignantur. eadem manu uersus sequentes (*Apertius* — *disputauimus*) exarati sunt. contulit Vrba.

Omnes codices quos enumerauimus in duas classes diuiduntur: unius sunt *LSPG*, ad alteram pertinent *KOCT*, cf. 155, 13. 156, 11. 158, 15. 160, 15. 24. 161, 10. 24. 164, 1. 166, 27. 169, 5. 25. 171, 12. 173, 9. 176, 24. 181, 10. 28. 183, 18. 185, 24. 194, 18. 201, 8. 202, 29. 205, 17. 23. 207, 23. 208, 14. huius auctoritatem secuti sumus. ubi uero deformem quandam lectionem praebere eam manifestum erat, ex altera classe probabiliores scripturas repetere non dubitauimus. ceterum quod in superiore opere cognouimus in singulis rebus codices utriusque classis coire, in aliis libros eiusdem familiae in diuersas partes abire neque hic rarum est, cf. e. gr. 188, 16. 189, 23. 190, 1. 202, 20. 203, 7 al.

Praeter hos codices priori classi (*LSPG*) addendi sunt alii quos conferendos curauimus: codex Musei Brit. 5. B. II saec. XI, codex Mus. Brit. (Add.) 10941 saec. XII, codex Darmstadtensis 524 saec. XI—XII, codex Uniu. Lipsiensis 252 saec. XIV, codex Oxoniensis Laud. Misc. 117 saec. XI—XII (iudicio praesidis eius bibl.), codex Parisinus 12211 (Beccensis) saec. XII, codex Vindobonensis 1593 (Lun. Q. 15) saec. XIII.

Ad alteram familiam (*KOCT*) numerandi sunt: codex Scaphusiensis 28 sacc. XI ex., codex Stuttgartensis 256 saec. XIII, codex Casinensis CLXVII saec. XII.

III. De natura et gratia.

Hoc opere Augustinus Pelagii tractatui 'De natura' respondet, quem Timasius et Iacobus, dilectores et aliquando Pelagii discipuli, ei tradiderunt petentes, ut se de ea quaestione doceret. Augustinus protinus intermissis aliis laboribus quibus tunc ipsum occupatus erat defensionem gratiae contra Pelagii naturam aggressus rem ita egit, ut errorem redargueret, nomen errantis taceret; dicit enim in posteriore scriptione De gestis Pelagii XXIII 47 (CSEL XLII 101, 12): *nec sic tamen operi meo, quo eundem librum refelli, Pelagii nomen inserui facilius me existimans profuturum, si seruata amicitia adhuc eius uerecundiae parcerem, cuius litteris iam parcere non deberem.* librum anno 415 elaboratum esse ex Pauli Orosii Apologetico libro 3, 5 (CSEL V 607, 6) et ex Augustini epistula CLXIX (CSEL

XXXXIIII 621, 20) apparet. anno 417 in manibus Timasii et Iacobi fuit (cf. De gestis Pelagii XXIV 48 pag. 102, 7 sqq.). Augustino autem magna gratia habenda est, quod maiores partes Pelagii scripti nobis seruauit, ut non solum de eius doctrina, sed etiam de eius sermone iudicare possimus.

Codices.

L Codex Lugdunensis 608 (524) membr. misc. iudicio Leopoldi Delisle qui in *Notices et Extraits des Manuscrits de la bibl. Nationale et autres bibliothèques* t. XXIX 388 sqq. eius descriptionem confecit saec. VIII ex. scriptus hunc librum foll. 20[a]—50[b] exhibet. codex madore corruptus (cf. foll. 26. 27. 28), hic illic membrana perforata est, ut non solum litterae sed etiam uocabula pericrint. opusculum ab uno librario descriptum, qui ipse multis locis errores emendauit, alterius correctoris manum expertum est, a quo plurimae deprauationes sublatae, multa omissa uocabula et omissae sententiae s. l. aut in mg. reposita sunt (cf. 234, 13. 235, 6. 238, 3. 245, 5. 250, 18. 252, 24. 272, 7. 275, 4. 276, 18 al.); 238, 9 corruptionem intulit. ceterum codex a multiplici mendorum genere quibus codices foedati esse solent immunis est. de orthographia plerumque ad certas leges exacta haec fere memoratu digna uidentur: *pedagogi questio penitet precepta aegeo piae* (adu.) *mansuefactio*; *orreo ymno habundo*; *ammitto* (*adm.*) *ammoneo assit*; *freneticus triumfas*; *in* ante *l* et *r* non assimilatur; *inpossibilis impero*; *querella* (recte), *quur*; *extinguo* et *extingo expecto exulto*; *consumare suplico* al. contulit Vrba.

D Codex Parisinus n. 2095 signatus membr. misc. saec. IX exaratus olim a Sichelmo quodam ‘sancto Dionysio donatus‘ codicibus Colbertinis insertus et in bibl. Nationalem translatus est. hoc opus foll. 19—47 prostat. folium primum manu posteriore restitutum est, cetera folia ab uno scriba edolata atque passim correcta sunt; saepius manum correctricem alteram passus est, quae etiam sententias interpunctionibus distinxit. hunc codicem Benedictini in adornanda editione sua Colbertini nomine signauerunt. contulit Vrba.

P Codex Parisinus 9544 membr. misc. foll. 214 saec. IX litteris pulcherrimis scriptus opusculum de natura et gratia foliis 25—65 exhibet. hic codex eosdem tractatus eodemque ordine decurrentes atque superior offert. pars codicis nostrum opusculum conseruans ab uno scriba confecta ab eodemque multis locis emendata est; correcturae m2 rariores sunt. in rebus orthographicis hic codex et superior cum *L* semper fere conspirant. contulit Vrba.

R Codex Remensis 393 (E. 285) membr. misc. foll. 172 saec. IX confectus ab Hincmaro archiepiscopo sanctae Mariae Remensi donatus librum foll. 13—34 praebet. ea opuscula, quae duobus superioribus codicibus Parisinis continentur, etiam in hoc codice eodem ordine se excipiunt. praeter librarii correcturas multis locis manu secunda correctus est. codicem Maurinos adhibuisse ex nota apparet pag. 260, 19 M = 252, 27. 28. contulit Vrba.

V De codice Vossiano Latino Leidensi 98 cf. pag. III.

B Codex Bernensis 176 membr. misc. saec. XI exaratus hoc opus foll. 6—14 complectens ad emendationem parui pretii est. contulerunt Vrba et Zycha.

C Codex Carnutensis 93 (48) membr. misc. foll. 128 saec. X scriptus eadem opera exhibet atque codices *DP* et praeterea *aliquot authoritates ex libris* $\overline{sci}$ *augustini*. hic tractatus folia 16^{b}—40^{a} occupat. Benedictinorum codex Carnotensis non hic est sed cod. Carnutensis 60 (97) saec. XII eadem scripta atque ille praebens nisi quod in fine mutilus est.

E Codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 12210 membr. misc. foll. 185 saec. X scriptus est. de natura et gratia foll. 148^{b}–180 complectitur. quae opuscula praeterea contineat cf. CSEL XLII pag. VI. liber ab uno librario exaratus multis correcturis deformatus est, quarum maxima pars ad m1 referenda est, pauciores ad m2 et m3. contulit Vrba.

Praeter hos codices alios contulimus neque tamen eorum uarietatem adnotationi criticae inseruimus. sunt autem hi: cod. Taurinensis I. V. 5. saec. XII ex. simillimus codici Carnutensi 93 (48), cf. 274, 15; cod. Sessorianus 97 (1542) saec. XIII (Bibl. Nazionale Vittorio Emmanuele a Roma), qui codici Remensi 393 proxime accedit; codex Casalinus 83 (73) saec. XI—XII cum codice Bernensi 176 conuenire solet. e codice Vaticano 4991 descripta sunt folia 637^{b}—639 et fol. 690 (Auctarium), quibus uariantes codd. Vaticanorum Lat. 458. 500. 501. 655. 656 ad hoc opus continentur (cf. 274, 27); codex Uniu. Pragensis XIV. D. 22. 2530 saec. XIII persaepe Lugdunensi 608 adstipulatur; codex Vindobonensis 1471 (Rec. 1990) saec. XIV cum codice *V* communes habet multas lectiones; codex Metensis 232 saec. XI, cuius uarietatem iam receptam cum nihil ad recensionem ualere uideremus remouimus. codicum bibl. cath. Sarisberiensis 117 saec. X, qui mediam quandam

uiam tenet modo *RE* modo *LPV* sectans, et Carnutensis (60) 97 insignes locos comparandos curauimus.

Quamquam non dubitandum est, quin aliquod archetypum fuerit ex quo omnes codices deriuati sunt, id quod lacunis corruptelisque multis omnibus codicibus communibus euincitur, tamen suas quisque proprietates prae se ferunt quae ut in certas classes distribuantur dissuadeant. codices *LP* tot locis suarum lectionum praestantiam probauerunt (cf. 239, 13. 242, 6. 250, 11. 282, 3. 286, 11. 287, 25. 297, 16), ut eis primas deferre non dubitauerimus; hic illic aemulum de principatu nacti sunt cod. *V*. hos codices pressius secuti sumus. ubi hi destituerunt (cf. 281, 28), ad aliorum codicum testimonia optima quaeque e singulis repetentes orationem refinximus.

IV. De natura et origine animae libri quattuor.

Quaestio quae est de natura et origine animae Augustinum non semel, sed per totam fere uitam exercuit. in opere quodam de origine animae hominum singulorum, utrum ex illa primi hominis ac deinde ex parentibus propagarentur an sicut illi uni sine ulla propagatione singulae singulis darentur, se nescire confessus est, uerum tamen se scire animam non corpus esse, sed spiritum. quae uerba Vincentio Victori, iuueni in Mauretania nato, qui sectator Rogatistarum fuerat, postea autem catholicae communicauit, non sunt probata. itaque duos libros ad Petrum presbyterum Hispanum, apud quem Augustini libros legerat, scripsit, in quibus Augustinum nominatim reprehendit, quod tractatus sui iudicium deuorasset neque se posse exhinc aliquid determinare professus esset (pag. 381, 5. 6). hos Vincentii Victoris libros Renatus monachus, homo quidem laicus, sed firmissima fide, diligenter descriptos Caesarea, ubi uersabatur, aestate anni 419 Hipponem transmisit, quos tamen Augustinus, quod longius absens fuerat, autumno illius anni accepit. is opusculis lectis librum primum ad Renatum scripsit. librum secundum epistulae forma confectum ad Petrum presbyterum direxit. iam in hoc libro (pag. 341, 9) aperuit se ad Vincentium Victorem ipsum scribere uelle. quod consilium aliquanto post, id est initio anni 420 eum exsecutum esse uerisimile est.

Hoc loco de titulo horum librorum pauca uerba addi oportet. in libro Retractationum (cf. pag. 420) eorum titulus scribitur: *De anima et eius origine libri quattuor* et pag. 125, 9 (ed. Knoell)

breuiter notatur: *ad Vincentium Victorem de animae origine scripsimus.* cum autem nostri codices omnes praenotationem *De natura et origine animae libri quattuor* praebeant, nostrum esse existimauimus titulum codicibus traditum seruare.

Codices. *A* Codex Parisinus (Sangermanensis = uetustissimus Germanensis Benedictinorum) 12207 membr. misc. foll. 144 saec. IX scriptus praeter nostrum opus haec opuscula quae in catalogo non commemorantur continet: *Sermo arianorum* foll. 56[b]—59[b], *Contra sermonem arianorum* foll. 60[b]—76[b], *De coniugiis adulterinis* foll. 76[b]—97[a], *Augustini epist. 36* foll. 97[a]—106[b], *Contra aduersarium legis et proph.* foll. 107[b]—144[b]. singulae paginae sunt uersuum 28. quattuor libri de natura et origine animae foll. 1[a]—56[a] occupant. codex multifariam corruptus est. hic illic uocabula tradita sunt, quae barbare sonant. nullus autem error in eo frequentior est quam singularum litterarum et syllabarum et in mediis uoculis et in extremis omissio: 310, 15. 315, 9. 316, 22. 319, 3. 15. 328, 6. 333, 15. 335, 5. 338, 18. 340, 25. 342, 8. 16. 343, 2. 29. 345, 19 al. totae sententiae per homoeoteleuton exciderunt: 317, 17. 361, 3. 382, 24. 383, 4. 397, 7; aliae omissiones talem explicationem respuunt: 331, 10. 347, 1. 383, 13. 386, 2. 394, 21. pauca quaedam iam m1 emendauit. denique mendis quae ex uocalium et consonarum permutatione originem trahunt hic codex refertus est. contulit Vrba.

B Codex Valentinianus 162 (154) membr. misc. in 4° foll. 211 saec. IX—X exaratus hos libros foll. 1—74[a] offert. unde originem ducat ex adnotatione fol. 1[a] patescit: *liber ecclesie S. Amandi in pabula.* codex ab uno librario confectus et m1 et m2 multum correctus est. contulit Vrba.

C Codex Valentinianus 163 (155) (Sti Amandi) membr. misc. saec. X scriptus est. hoc opus folia 58—137[b] occupat. m1 multos locos corruptos emendauit, m2 plura quae omissa erant in margine addidit. hic codex multas lectiones cum *B* communes habet (cf. 304, 5. 6. 308, 3. 8. 9. 310, 24. 321, 18. 330, 19. 336, 21. 342, 11. 345, 19. 346, 15 al.), multas uero non solum ab hoc sed etiam a ceteris codicibus prorsus alienas, cf. 305, 22. 306, 1. 312, 30. 316, 20. 25. 333, 12. 340, 18 al. contulit Vrba.

D Codex Treuericus 149 membr. misc. saec. X diligentissime scriptus paucis locis correcturas m1 et m2 expertus est. lacunis

foedatus est 322, 18. 333, 5. 394, 26. 417, 19. codici in uniuersum princeps locus assignandus est. contulit Vrba.

E Codex Monacensis 13061 (Rat. ciu. 61) membr. misc. saec. XII exaratus est. hic codex a ceteris quibus usi sumus primum ordine librorum discrepat; sequuntur enim librum I libri III et IV, liber II ultimum locum obtinet. tum unus maiore lacuna in libro III hiscit; desiderantur enim uerba: 363, 7 *sentire* — *uiuamus* 365, 7; unus glossemate 337, 12 insignis est. easdem proprietates ostendunt codex Sanctae Crucis 77 (Heiligenkreuz in Austria inferiore) saec. XII—XIII, codex Zwetlensis (Zwettl in Austria inferiore) 147 saec. XII, cod. Mellicensis 27 saec. XIII, quos contulimus, sed in adnotationem non recepimus. hi 356, 26 *inseruerit* praebent. contulit A. Schreiber.

F Codex Parisinus (Corbeiensis) 12208 membr. misc. foll. 84 saec. XI scriptus foll. 1—21 libros I et II de animae origine, foll. 21^{b}—41^{b} de coniugiis adulterinis, foll. 41^{b}—51^{a} Augustini epist. 36, foll. 51^{a}—84^{b} contra aduersarium legis et proph. exhibet. in margine summo fol. 1^{a} haec appicta sunt: *Ex libris Corbeiensis abbatiae et Sti Germani a Pratis N. 250. 2, olim 221.* codex ab uno scriba edolatus et m1 quae aut scribentis aut coaeui correctoris est et m2 multo posteriore emendatus est. hunc Benedictinos adhibuisse ex adnotationibus fol. 14 apparet. contulit Vrba.

G Codex Metensis 226 membr. misc. saec. X—XI confectus ex tribus codicibus uariis manibus conscriptis constat qui uno uolumine conglutinati sunt. liber neque paginarum neque foliorum numeris instructus est. pars media libros ad Renatum et ad Petrum (qui liber in catalogo desideratur) complectitur. in fine libri secundi subscribitur: *Explicit epła ad petrum presbiterum. Incipit ad uincentium uictorem de eadem re liber primus.* neque tamen liber ad Vincentium Victorem sequitur sed Augustini epist. 166. ea pars codicis quae hos libros continet a pluribus librariis confecta est. correcta non est nisi manibus scribentium. ad emendationem non multum ualet. contulit Vrba.

H Codex Parisinus 13369 membr. misc. saec. IX exaratus est. ad eius originem spectant quae fol. 1^{a} notantur: *N. 1283. ol. 220 Sti Germani a Pratis* et fol. 1^{b}: *Sti Petri Corbeiensis.* duo libri ad V. Victorem folia 80^{a}—115^{a} occupant. liber mendose descriptus a duobus contemporaneis correctoribus purgatus est qui terminis non anguste circumscriptis emendandi negotium factitauerunt neque

non aliquid bonae frugis plenum ad perpoliendum codicem attulerunt corrigendo ea quae a librario mendose erant exarata. ceterum hic codex locis 387, 4. 11. 392, 25 suam bonitatem probauit. contulit Vrba.

I Codex Treuericus 160 membr. misc. foll. 91 saec. IX conscriptus foll. 1^a—33^b duos libros ad V. Victorem exhibet. libri ab uno librario diligenter descripti sunt. idem opus relegit et retractauit et multos locos quos uitiose transcripserat emendauit, cum non solum litteras redundantes deleuit, omissas suppleuit, mendose scriptas litura correxit sed etiam omissas uoces et sententias loco debito superscripsit aut in margine apposuit. alterius correctoris manu aliquot lacunae expletae sunt. saepius accentus syllabis superscripti deprehenduntur: *miscêres uagîne* al. hic codex quanto Treuericum 149 uetustate superat tanto bonitate ei posthabendus est.

T Codex Trecensis 1085 membr. misc. saec. XI libros III et IV offerens quamquam saepius cum codicibus deterioribus conuenit tamen aliquoties aut solus aut optimis suffragantibus natiuas lectiones conseruauit aut tales quae uero proxime accedant, cf. 362, 23. 387, 11. 388, 23. contulit Zycha.

M Codex Monacensis 15826 (Sal. cap. 26) membr. misc. in 2°, foll. 100 saec. IX in catalogo scriptus esse dicitur. liber ad Renatum foll. 83^b—91^b exstat. codex ex archetypo quod ad legendum difficile fuisse uidetur ab uno librario litteris characterem langobardicum imitantibus descriptus est. correcturas manus scribentis expertus est. codici in uniuersum maior auctoritas tribuenda est. contulit Vrba.

Omnes codices quibus in textu constituendo usi sumus ex uno aliquo archetypo originem trahere cum uerborum consensu tum errorum communione confirmatur. discedunt autem, si tantummodo eos respicias qui quattuor libros offerunt in duas classes, quarum unam *DE* efficiunt, cf. 304, 5. 6. 8. 11. 305, 4. 13. 306, 19. 307, 22. 26. 308, 3. 310, 24. 328, 20. 330, 19. 346, 19. 348, 26. 349, 8. 9. 354, 5. 369, 2. 370, 18. 387, 4. 11. 390, 25. 393, 1. 395, 9. 396, 26. 401, 13 al. in libro primo *M* eis adstipulari solet. alteri familiae adnumerandi sunt *ABC*, cf. 360, 10. 370, 18 et locos ad *DE* notatos. hic illic et probas lectiones et corruptelas ex altera in alteram familiam inruere non mirum est, cf. 371, 5. 25. 381, 16. in libris III et IV codicibus *BC* saepe *IT* suffragantur.

Praeter codices quorum testimonia usurpauimus eos qui sequuntur ita examinauimus, ut certis quibusdam locis quantum scripturae cum nostris aut consentirent aut ab eis recederent inuestigaremus. atque quattuor libros complectuntur codex Dauensis 275 saec. X—XI, codex Paris. bibl. Armamentarii (de l'Arsenal) 841 (424) saec. X—XI, codices Oxonienses Bodleiani 804 saec. XII et 387 saec. XIII, codex Casinensis CLXI saec. XIII, codex Vaticanus Latinus 445 saec. XV. hi omnes ad classem *ABC* pertinent. codices Mellicensis, Sanctae Crucis, Zwetlensis, quos in descriptione codicis *E* commemorauimus, familiae *DE* coniungendi sunt. codex Scaphusiensis 36 saec XI ex. libros duos ad Vincentium Victorem exhibens cum codice Parisino 13369 facere solet.

V. Contra duas epistulas Pelagianorum.

Fidelium fratrum cura et uigilantia duae Pelagianorum epistulae, quae per Italiam clam circumferebantur, detectae atque ad Bonifacium papam delatae sunt. alteram epistulam Iulianus, ut dicebatur, Romam miserat, alteram idem cum decem et octo quasi episcopis, qui epistulam tractoriam subscribere recusauerant, Thessalonicam ad Rufum episcopum direxerant, ut eum ad suas partes perducerent. Bonifacius ubi in epistulis Augustini nomen euidenter expressum legit, has per Alypium episcopum sub anni 419 finem ex Italia in Africam reuertentem Augustino mittendas curauit. is non cunctatus est quattuor libris contra epistulas Pelagianorum respondere. itaque uerisimile est hos libros anno 420 editos esse. Alypius ex Africa in Italiam reuersus papae Bonifacio hoc opus tradidit. libro primo Augustinus Iuliani epistulae respondet, in qua hic Augustini doctrinam inpugnat, suam commendat. in ceteris libris Pelagianorum erroribus doctrina catholica opponitur eorumque latentes insidiae aperiuntur.

O De codice Oxoniensi Laud. Misc. 134 saec. X in. *Codices* quem Vrba contulit cf. pag. VII.

B Codex Abrincensis 88 (Michaelinus Benedictinorum) membr. misc. saec. XII scriptus foliis 34—89 hoc opus continet. liber maiore lacuna laborat, quam tamen non incuriae librarii tribuendam esse, sed iam archetypo inhaesisse inde conicias, quod fol. 66 linea 13 uocabulo *ista* finitur, lin. 14 uoce *gratia* incipit, ut inde a pag. 497, 2 *legis* — *sufficit tibi* 507, 16 omnia desiderentur.

codex quae peculiaria habeat, quem locum inter ceteros obtineat, infra disseretur. contulit E. Kalinka.

Codex Mediolanensis Ambros. H 99 sup. membr. misc. foll. 149 iudicio praesidis bibliothecae in qua asseruatur saec. XI scriptus, cum in catalogo saec XIII esse dicatur, foll. 1—62[b] libros de quibus agimus exhibens praeterea haec opera Augustini continet: *de gratia et libero arbitrio ad ualentinum nachum, de correptione et gratia ad eundem ualentinum, de nuptiis et concupiscentia libri II, de natura boni, de diuinatione demonum.* in mg. sup. adnotatum est: *S. 102 comprato dal S. Dominici.*

D Codex Gratianopolitanus 197 membr. misc. saec. XII confectus ordine uerborum secundi libri confuso a ceteris discrepat. cum iam in apparatu critico notatum sit, quid quoque loco turbate traditum sit, reliquum est, ut quae omissa sunt complectar. desiderantur autem haec: 463, 8 *emendare – hominem* 464, 5; 469, 24 *qui dixit — uidetur asserere* 470, 22; 472, 17 *quia dei — acceptio personarum* 473, 16; 475, 13 *gratiam — in gloriam* 476, 15; 481, 6 *responsio — tunc enim bonum* 483, 8. eandem confusionem prae se ferunt codex Paris. Armamentarii (Bibl. de l'Arsenal) 586 (434 T.L.) saec. XII et codex Trecensis 40 (uol. IX) saec. XII, quorum maximae partes collatae uerborum consensu et magna in erroribus concordia similem originem produnt.

EF Lectiones codicum Vaticanorum Latinorum 500 et 501 saec. XV Vrba non ex codicibus ipsis repetiuit, sed ex apparatu Benedictinorum excerpsit, qui in codice Parisino Nouv. Fonds 11646 continetur. hic codex sic incipit: *Contra duas epistolas Pelagii ad Bonifacium R. U. Epum Libri 4. Quos contuli ad 2 codd. m. s. qui reperiuntur in Bibl. Vatic. in libris notatis numo 500 et 501 Eosque notaui inferius per α β.*

V Codex Vindobonensis 873 (Theol. 733) membr. misc. saec. IX scriptus foliis 216 fasciculis XXVII constat. numeri quaternionum in margine inferiore ultimae cuiusque paginae appicti sunt. codex ex archetypo descriptus est, in quo ordo Augustini uerborum nescio quo casu turbatus erat. nam fol. 54[b] medio oratio interrupta foliis 134[b]—143[b] continuatur; fol. 143[b] sequuntur folia 55[a]—134[a]. ea pars orationis, quae fol. 134[b] omissa erat, fol. 144[a] excipitur et foliis sequentibus ad finem perducitur. libri ab uno librario exarati sunt. correcturas autem et ab hoc passi sunt et manu alterius correctoris contemporanea. nihilominus sunt quae

quamuis corrupte tradita intacta reliquerint. neque tamen omnia errata detegere, sed tantummodo grauissima quaeque perstringere et causas corruptelarum inquirere in animo est. qui codicis scripturas examinauerit, nullo uitio magis quam singularum syllabarum litterarumue omissione foedari inueniet; rarius tota uocabula interciderunt, cf. 425, 16. 432, 8. 444, 10. 517 9. 530, 7. 535, 20. 537, 16. 548, 7. 550, 12 al. sed etiam totae sententiae desiderantur, quarum aliae ita sunt comparatae, ut omissio aberratione oculorum librum scribentis facile explicetur (cf. 437, 6. 438, 15. 439, 5. 455, 5. 463, 8. 500, 14. 510, 2. 512, 14 al.), aliae talem explicationem non admittant: 504, 19. 506, 12. 509, 10. 557, 27 al. huc etiam illi errores referendi sunt, qui ex archetypi scriptura uocabulorum continua orti litteris recte diremptis et coniunctis facile sanantur: 452, 8. 19. 465, 22. 468, 16. 497, 8. 512, 7. 543, 14. 550, 25. 552, 14. 561, 17. 570, 1. huic generi similia uitia inde proficiscuntur, ut antecedens uel consequens attributum quod dicitur grammatice praecedenti uel subsequenti nomini accommodetur: 471, 15. 497, 18. 510, 14. 521, 3. 552, 6. aliud genus inde natum est, ut littera *m* parasitice adderetur uelut 431, 7. 474, 12. 521, 22. 548, 5. latissime autem patent errores permutatione et confusione uocalium et consonarum nati. atque uocalium saepissime commutantur *e* et *i*: *turpessima delucidis antestites genetalium displicit habis discendat difinire* al.; *u* et *o*: *gressos natore laudatur* (*or*); *ae* et *e*: *fidaei speciae enigmatę preferatur* al. consonarum *d* et *t* confunduntur: *inquid ueniad cupiad aput aliquit* al. aspiratio neglegitur aut contra tritum usum ponitur: *hapostolus haeremo trait.* *u* cum *b* permutatur in perfecto et futuro uerborum. consonae duplicantur in *uellit*, *cottidie* et *cotidie* fluctuant. praepositionum exeuntes consonantes in uerbis compositis saepius non assimilantur. denique codex lectiones offert, quarum corruptelae minus liqueant, e. gr. 450, 2. 451, 10. 458, 21. 469, 11. 474, 18. 506, 18. 526, 6. 556, 7. 557, 5. contulit Zycha.

G Codex Coloniensis n. LXXX (Darmst. 2081) signatus membr. misc. in 4° foll. 148 saec. IX exaratus librum primum foll. 44ᵇ—62ᵇ exhibet. libellus ab uno librario conscriptus ab eodemque multum correctus est. praeterea manus alterius s. X castigantis uestigia deprehenduntur. contulit Vrba.

L E simili fonte haustus est codex Oxoniensis Laud. Misc. 133 membr. saec. IX ex archetypo litteris semiuncialibus confecto descriptus foll. 22—33 librum primum praebens ita in

omnibus grauioribus rebus cum codice Coloniensi conspirat, ut proprii testimonii auctoritatem habeat paene nullam. abbreuiatio folii 24[a] *dmn* digna nobis memoratu uidetur. hi duo codices spem, quam in eis posuimus, fefellerunt, quippe qui aliis ut uetustate praestant ita bonitate posthabendi sint. ceterum quam arte cohaereant, quantum a ceteris declinent, haec exempla doceant: 423, 4. 8. 424, 6. 8. 14. 16. 23. 425, 8. 11. 426, 2. 24. 427, 27. 428, 4. 6. 18. 21. 23. 25. 430, 5. 26. 431, 5. 13 al. contulit A. Souter.

H Fragmentum codicis Aurelianensis 192 (169) saec. VIII breuius est, quam ut de eius indole aliquid fidentius dicere audeamus.

Praeter codicem Paris. Armamentarii 586 (434) et codicem Trecensem 40 quos supra commemorauimus etiam codicis bibl. Laurentianae plut. XII cod.VIII saec. XV libros II et III conferri iussimus. is multis quidem locis cum codd. Vaticanis 500 et 501 consentit neque tamen ex eodem exemplari atque illi descriptus est.

Omnes codices quos enumerauimus ex eodem fonte etsi uariis uiis manasse grauissimarum quarumque rerum consensu euincitur. abeunt autem in classes duas, quarum unam *D* cum codice Armamentarii et Trecensi efficiunt confusione uerborum libri secundi insignes, laterius ceteri sunt etsi non tam arta affinitate coniuncti ut in aliis operibus uidimus. accidit enim cursu temporum, ut contaminatione quadam ex alia in aliam familiam quiddam mendositatis aut bonitatis inferatur. nam quicumque e. gr. codices *OB* examinauerit facile inueniet iis innumeros errores communes esse, cf. 426, 18. 429, 19. 431, 15. 432, 7. 436, 18. 458, 28. 464, 1. 478, 18. 482, 11. 495, 27. 508, 21. 529, 5 al. iidem tamen in aliis differunt, cf. 529, 27. 532, 18. 535, 10. 544, 1. 567, 3. 569, 16. *OBV* 479, 5 eundem errorem ostendunt. *DEF* in collocatione uerborum saepissime conueniunt. *D* 514, 11. 526, 22 solus genuinas scripturas seruauit, idem 566, 14 cum *O* foedatus est. codicem *V* quamquam aetate ceteros superat tamen peculiaria quaedam habere supra commonuimus. de codd. *GL* in eorum descriptione quae usui sunt disputauimus. quae res cum ita essent, non unum aliquem codicem pro fundamento criseos habuimus, sed singulis locis ad eos principatum deferre statuimus, quorum lectiones maximam ueritatis probabilitatem prae se ferrent.

Editiones. *b* Cum neque in editione quae Basileae a. 1506 apud Io. Amerbachium prodiit neque in uolumine, quod 's. l. et a'.

publicatum librum de spiritu et littera continet, codex uel codices qui adhibiti sunt more tunc ab editoribus usurpato signati sint, tantum accurata uariarum lectionum examinatione coniectura assequimur, ad quorum codicum testimonia singulorum operum oratio reficta sit. atque in editione Amerbachiana codices deteriores ascitos esse e lectionibus apparet. in opere De peccatorum meritis e. gr. cum classe *LSVPG* facere solent; hic illic cum altera classe conueniunt (cf. pag. 56, 4), ut conicere liceat eos mixtae recensionis fuisse. in libris Contra duas epistulas Pelagianorum *b* locis insignibus saepissime cum *D* conspirat (cf. 499, 23. 502, 24. 25. 503, 22. 23. 28. 507, 4. 513, 2. 524, 25. 526, 4 al.). cum in hac editione saepius in margine uariantes lectiones additae sint, quaeritur, utrum editor ex alio codice scripturas petiuerit an sua figmenta protulerit. atque multa additamenta marginalia eiusmodi sunt, ut coniecturae suapte sponte nascantur uelut 31, 13. 49, 25. 81, 25. 90, 17. 321, 3 al., alia nisi codice alio inspecto oriri non potuerint e. gr. 39, 20. 48, 8. 71, 19. 339, 5. 510, 1. 537, 2 al. editio princeps opusculi De spiritu et littera lectiones deterioris classis exhibet, plerumque cum codice *P* illius classis consentit.

d Prorsus alia condicio est editionis Benedictinorum, qui ad singula scripta praeter Germanicos uetustissimos optimosque plerumque libros manu scriptos inuestigauerunt eosque tam distincte signauerunt, ut catalogorum auxilio, si forte non perierint, eos eruere possimus. praeterea eorum apparatus in codicibus Parisinis exstat, de cuius indole R. Kukula diligentissime disputauit[1]), ita ut etiam eorum codicum qui postea perierunt editori lectionum uarietas praesto sit. in textu complurium huius uoluminis operum constituendo mihi occasio data est institutionis illius apparatus cognoscendae. de codice Parisino (Nouv. Fonds) 11654 haec addere liceat. in fronte notatum est (cf. pag. VI) *ad 5e Ms.*, cum octo afferantur. codicem octauum (Cigiranni) Vrba, qui omnia folia accurate descripsit, adnotat postea ceteris adiunctum uideri. quae suspicio eo uerisimilior fit, quod numerus codicis (8) tribus locis aut supra aut infra lineam adscriptus est, aliis locis nusquam legitur. neque codicum 6 et 7 ulla singularis lectio praebetur. collatio codicum Vaticanorum ad tractatum De natura et

---

[1]) *Die Mauriner Ausgabe des Augustinus.* Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften. Band 138, 34 ff.

gratia (cf. pag. X), quam nostrum in usum A. Werkmann pulcherrime descripsit, cum Benedictinorum adnotationibus amicissime conspirat. editio nostra in opusculis De peccatorum meritis, De spiritu et littera, De natura et origine animae a Maurina eo differt, quod Benedictini codicibus in Germania natis uel asseruatis destituti memoriam deteriorum classium pro fundamento criseos habuerunt. cetera scripta non tantum differunt, quia supellex critica fere eadem fuit.

In indice uerborum et elocutionum, ut etiam hanc partem tangamus, id assequi studebamus, ut materiam quam largissimam suppeditaremus.

Restat, ut grato animo memoremus omnes, qui in hoc Augustini operum uolumine edendo nobis adfuerunt. ac multum multis nos debere profitemur, Academiae litterarum Caesareae Vindobonensi, multarum bibliothecarum praefectis commodissimis, iis uiris humanissimis, qui munus codicum conferendorum subierunt, nemini plus quam Augusto Engelbrecht, qui non solum in plagulis tam prolixi uoluminis corrigendis nos adiuuit, sed etiam multos locos emendauit, de singulis lectionibus nos dubitantes saepe confirmauit, saepius correxit.

Dabamus Vindobonae mense Iunio a. MCMXIII.

Carolus F. Vrba. **Iosephus Zycha.**

I.

DE PECCATORVM MERITIS ET REMISSIONE ET DE BAPTISMO PARVVLORVM AD MARCELLINVM LIBRI TRES.

CODICES:

L = *codex Lugdunensis 603 (520) saec. VIII—IX.*
S = *codex Salisburgensis S. Petri a. VIII. 29 saec. IX.*
V = *codex Vossianus Latinus 98 saec. IX.*
P = *codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 12213 saec. X.*
G = *codex Sangallensis 171 saec. X.*
K = *codex Augiensis XCV saec. X.*
A = *codex Parisinus 9546 saec. XI.*
C = *codex Casinensis CLXIII saec. XI.*
M = *codex olim Bobiensis nunc Mediolanensis S. 55. sup. saec. XI—XII.*
T = *codex Vaticanus Latinus 461 saec. XI ex.*
z = *consensus codicum LSVPG.*
r = *consensus codicum KACMT.*
b = *editio Amerbachiana.*
d = *editio Benedictinorum a S. Mauro 1690.*
Eug. = *Eugippii Excerpta ex operibus s. Augustini p. 1010, 24—1012, 8. 1072, 9—1075, 19 ed. P. Knoell (CSEL VIIII).*

LIBER PRIMVS.

I. 1. Quamuis in mediis et magnis curarum aestibus atque taediorum, quae nos detinent a peccatoribus relinquentibus legem dei—licet ea quoque ipsa nostrorum etiam peccatorum meritis inputemus—, studio tamen tuo, Marcelline carissime, quo nobis es gratior atque iucundior, diutius esse debitor nolui atque, ut uerum audias, non potui. sic enim me conpulit uel ipsa caritas, qua in uno incommutabili unum sumus in melius commutandi, uel timor, ne in te offenderem deum, qui tibi desiderium tale donauit, cui seruiendo illi seruiam qui donauit, sic, inquam, me conpulit, sic duxit et traxit ad dissoluendas pro tantillis uiribus quaestiones, quas mihi scribendo indixisti, ut ea causa in animo meo paulisper uinceret alias, donec aliquid efficerem, quo me bonae tuae uoluntati et eorum quibus haec curae sunt etsi non sufficienter, tamen oboedienter seruisse constaret.

II. 2. Qui dicunt 'Adam sic creatum, ut etiam sine peccati merito moreretur non poena culpae, sed necessitate naturae', profecto illud, quod in lege dictum est: qua die ederitis, morte moriemini, non ad mortem corporis, sed ad mortem animae, quae

7 cf. Rom. 12, 5. Gal. 3, 28 (CSEL XXXXII 76, 16. 174, 5) 16 cf. De gestis Pelagii et De peccato originali De haeresibus c. 87 (XLII 48 M) 18 Gen. 2, 17

1 Incipit de baptismo paruulorū liber primus *LPG* Incpt lib prim' sci Aug De baptismo paruulorum ad Marcellinū tribunum et notarium *S* Incipit liber beati Augustini (*litt. mai.*) *et m. saec. XII add.* de baptismo paruulorū *V*; *in K inscr. abest, item in A (Retractatione praemissa);* Incip ad Marcellinū de remissione peccatorum et baptismo paruulorum lib primus *M* Augustinus de peccatorum meritis et de baptismo paruulorum ad Marcellinum liber primus *sequente Retractatione C; de codice T cf. Praef.* 3 detinet *SVm1 G* detinebant *CT* derelinquentibus *zbd* 5 es *om. M* 6 iocundior *Lm2PGKACTb* debitor esse *A* atque iam ut *A* audias] dicam *zbd* dicam ut uerum audias *A* 7 conpulit *ex* conpellit *L* 8 ut melius (in *s.* ut *m2*)*K* 9 tale* *LSV* 10 quo *Lm1SPm1G* 11 *** tantillis *L* tantis *K* 12 ea *m2 ex* hac *K* cū *A* uiceret *Km1* 13 he* *A* 14 cure* (s *eras.*) *S* sunt] erunt *M* deseruisse *LVPGbd* disseruisse *Sm2* 16 dicit *M* si *Km1* creatus est *M* 18 in *om. M*

in peccato fit, referre conantur. qua morte mortuos significauit dominus infideles, de quibus ait: sine mortuos sepelire mortuos suos. quid ergo respondebunt, cum legitur hoc deum primo homini etiam post peccatum increpando et damnando dixisse: terra es et in terram ibis? neque enim secundum animam, sed, quod manifestum est, secundum corpus terra erat et morte eiusdem corporis erat iturus in terram. quamuis enim secundum corpus terra esset et corpus in quo creatus est animale gestaret, tamen, si non peccasset, in corpus fuerat spiritale mutandus et in illam incorruptionem, quae fidelibus et sanctis promittitur, sine mortis supplicio transiturus. cuius rei desiderium nos habere non solum ipsi sentimus in nobis, uerum etiam monente apostolo agnoscimus, ubi ait: etenim in hoc ingemescimus, habitaculum nostrum, quod de caelo est, superindui cupientes, si tamen et induti non nudi inueniamur. etenim qui sumus in hac habitatione ingemescimus grauati, in quo nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur mortale a uita. proinde si non peccasset Adam, non erat expoliandus corpore, sed superuestiendus inmortalitate et incorruptione, ut absorberetur mortale a uita, id est ab animali in spiritale transiret.

III. 3. Neque enim metuendum fuit, ne forte, si diutius hic uiueret in corpore animali, senectute grauaretur et paulatim ueterescendo perueniret ad mortem. si enim deus Israhelitarum uestimentis et calciamentis praestitit, quod per tot annos non sunt ob-

2 Mátth. 8, 22. Luc. 9, 60 5 Gen. 3, 19 8 cf. I Cor. 15, 44 13 II Cor. 5, 2—4
23 cf. Deut. 29, 5. 8, 4

1 fit] sit *b* , conatur *M* qua morte mortuo *C* significabit *A* 2 infideles *om. KCT* 3 respondebant *M* 4 dixisset *Gm1A* 5 in terra *M* 8 et *om. LSVm1 Pm1G* 10 et] ac *b* mortis (i *ex* u) *L* periculo *LVPG*, (*s.l.m2* ul medio) *S bd* 11 nos *ex* non *L* 12 etiam] et *K* ammonente (d *s. pr.* m) *Km2* admonente *AMd* cognoscimus *CMd* 13 *et* 16 ingemiscimus *Pm2Km2ACMd* 14 et *om. z AMbd* 15 inueniamur (m *in ras. m2*) *K* hac *in mg. Lm1* 16 ingrauati *M* spoliari *KAM* exspoliari *Lm2Gd* 17 absurbeatur *Vm1* absorueatur *G* mortalia uita *Lm1 Pm1G* mortali a uita *Vm1* mortali uita *Sa.c.* mortale auita *K* 18 spoliandus *r* exspoliandus *Lm2Gd* 19 absorueretur *C* 20 mortali *Gm1* a *om. Lm1Vm1GSs.l.m1* est *s.l.m2V* . animale *M* 21 si forte (si *s.l.m2*) *L* forte si (si *s.l.m2*) *VSm1 in mg.* forte (*om.* si) *PG* dum forte *b* 22 ueterascendo *Vm2Abd* 23 israelitarum *ACbd* 24 calceamentis *d* attrita *Gm1*

trita, quid mirum si oboedienti homini eiusdem potentia praestaretur, ut animale, hoc est mortale, habens corpus haberet in eo quendam statum, quo sine defectu esset annosus, tempore quo deus uellet a mortalitate ad immortalitatem sine media morte uenturus? sicut enim haec ipsa caro quam nunc habemus non ideo non est uulnerabilis, quia non est necesse ut uulneretur, sic illa non ideo non fuit mortalis, quia non erat necesse ut moreretur. talem puto habitudinem adhuc in corpore animali atque mortali etiam illis, qui sine morte hinc translati sunt, fuisse concessam. neque enim Enoc et Helias per tam longam aetatem senectute marcuerunt, nec tamen eos credo iam in illam spiritalem qualitatem corporis commutatos, qualis in resurrectione promittitur, quae in domino prima praecessit; nisi quia isti fortasse nec his cibis egent, qui sui consumptione reficiunt, sed ex quo translati sunt ita uiuunt, ut similem habeant satietatem illis quadraginta diebus, quibus Helias ex calice aquae et collyride panis sine cibo uixit; aut, si et his sustentaculis opus est, ita in paradiso fortasse pascuntur sicut Adam, priusquam propter peccatum inde exire meruisset. habebat enim, quantum existimo, et de lignorum fructibus refectionem contra defectionem et de ligno uitae stabilitatem contra uetustatem.

IV. 4. Praeter hoc autem quod puniens deus dixit: terra es et in terram ibis, quod nisi de morte corporis quomodo intellegi possit ignoro, sunt et alia testimonia, quibus euidentissime appareat non tantum spiritus, sed etiam corporis mortem propter peccatum meruisse genus humanum. ad Romanos apostolus dicit: si

8 cf. Gen. 5, 24. IV Regn. 2, 11. Eccli. 44, 16. 48, 9. I Mach. 2, 58. Hebr. 11, 5. Op. imp. c. Iul. VI 30 14 cf. III Regn. 19, 8. 6 19 cf. Gen. 2, 9 21 Gen. 3, 19 25 Rom. 8, 10. 11

1 eadem *A* 2 hoc est] hoc *Lm1Vm1SPG* ac *bd* 3 quod *C* annorum (r *m2s.*s) *L, PA* annosus(s/*in.m2s.*ṃ)*V* annosum *SGb* 4 uenturū *A* 5 enim *om. K* 7 moriretur *A* 9 enoch *SPMTbd* henoc *C* 10 elias *CTd* arcuerunt *Lm1Sm1Vm1K* 11 credo eos *zbd* *ante* iam *exp.* iā *V* 12 primam *C* 13 nec isti fort. his *M* in hiis *A* egens *T', om. Sm1* 15 *ante* illis *add. s.l.* qua *Vm2* quibus *om. Lm1 VG* in quibus *s.l.Sm2* quo *s.l.Pm1* elias *SCd* ex *om. Lm1* 16 ex collyr. *zbd* colliride *VPGKTAm1* colluridae *CM* aut (ut *s. l. m2*)*G* hiis (*sic saepissime*) *A* opus est] operū *M* 17 ita fort. in par. *b* forte *A* 18 exinde *zMbd* 19 *uerba* et—refectionem *bis leg. K* 21 propter *Lm1b* h*oc *G* 22 intelligi *LGAbd* 24 set *Lm1* corpori *M*

autem Christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christum Iesum a mortuis uiuificabit et mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. puto quod non expositore, sed tantum lectore opus habet tam clara et aperta sententia. 'corpus', inquit, 'mortuum est' non propter fragilitatem terrenam, quia de terrae puluere factum est, sed 'propter peccatum'. quid quaerimus amplius? et uigilantissime non ait 'mortale' sed 'mortuum'.

V. 5. Namque antequam inmutaretur in illam incorruptionem, quae in sanctorum resurrectione promittitur, poterat esse mortale, quamuis non moriturum, sicut hoc nostrum potest, ut ita dicam, esse aegrotabile, quamuis non aegrotaturum. cuius enim caro est, quae non aegrotare possit, etiamsi aliquo casu priusquam aegrotet occumbat? sic et illud corpus iam erat mortale. quam mortalitatem fuerat absumptura mutatio in aeternam incorruptionem, si in homine iustitia, id est oboedientia, permaneret; sed ipsum mortale non est factum mortuum nisi propter peccatum. quia uero illa in resurrectione futura mutatio non solum nullam mortem, quae facta est propter peccatum, sed nec mortalitatem habitura est, quam corpus animale habuit ante peccatum, non ait 'qui suscitauit Christum Iesum a mortuis uiuificabit et mortua corpora uestra', cum supra dixisset 'corpus mortuum', sed: uiuificabit, inquit, et mortalia corpora uestra, ut scilicet iam non solum non sint mortua,

12 cf. I Cor. 15, 52 25 Rom. 8, 11

1 nobis *K* 4 habitabit *K* habitat — mortuis *om. T* a mortuis ihm uiuificauit *K* 5 uiuificauit *Lm1Vm1SPGKCMT* 6 in nobis *LSVm1P* n *s.l.Km2* expositorem—lectorem *LSPGb* relatore *cod. Casalimus 83 (73)* 8 inquid (*sic saepius m1*)*L* terrae l n̄* *K* terrę·nā *A* 9 quia *om. A* terra et (t *alt. s.l.m2*) puluere *K* 10 amplius quaerimus *d* 12 mutetur *b* 14 non *add. m2V* ita *om. Lm1* 15 ęgrotabile* *LSV* egrotabilem *GCT* egrotarum *Km1* 16 alico *Vm1* aegrotat *Km1* 17 subcumbat *M* 18 fuera *Cm1, om. Gm1* adsumptura *Lm1Vm1* c̄sumptura *A* absuptura *C* 19 **oboedientia *LSV* i̥noboedientia (*exp. m. rec.*) *P* 20 in *(s.l.m2)* illa res. *V* in *om.Lm1SPG* 23 ihm xpm *A.* 24 uiuificauit *Lm1Vm1SPGCT* mortalia *M* 25 uiuificauit *Lm1SVm1PGCT* 26 iam] etiam *CMT* sunt *Gm1*

sed nec mortalia, cum animale resurget in spiritale et mortale hoc induet inmortalitatem et absorbebitur mortale a uita.

VI. 6. Mirum si aliquid quaeritur hac manifestatione liquidius. nisi forte audiendum est, quod huic perspicuitati contradicitur, ut mortuum corpus secundum illum modum hic intellegamus, quo dictum est: mortificate membra uestra quae sunt super terram. sed hoc modo corpus propter iustitiam mortificatur, non propter peccatum; ut enim operemur iustitiam, mortificamus membra nostra quae sunt super terram. aut si putant ideo additum 'propter peccatum', ut non intellegamus quia peccatum factum est, sed ut peccatum non fiat — tamquam diceret: 'corpus quidem mortuum est propter non faciendum peccatum' —, quid sibi ergo uult, quod cum adiunxisset 'spiritus autem uita est', addidit 'propter iustitiam'? suffecerat enim sic adiungere 'uitam spiritus', ut etiam hic subaudiretur 'propter non faciendum peccatum', ut sic utrumque propter unam rem intellegeremus, et mortuum esse corpus et uitam esse spiritum propter non faciendum peccatum. ita quippe, etiamsi tantummodo uellet dicere 'propter iustitiam', hoc est 'propter faciendam iustitiam', utrumque ad hoc posset referri: et mortuum esse corpus et uitam esse spiritum propter faciendam iustitiam. nunc uero et mortuum corpus dixit esse propter peccatum et spiritum esse uitam propter iustitiam, diuersa merita diuersis rebus adtribuens: morti quidem corporis meritum peccati, uitae autem spiritus meritum iustitiae. quocirca si, ut dubitari non potest, 'spiritus uita est propter iustitiam', hoc est merito iustitiae, profecto 'corpus mortuum

1 cf. I Cor. 15, 44. 53. 54. II Cor. 5, 4 · 6 Col. 3, 5 13. 24 Rom. 8, 10

1 ne *A* mortalia (talia *add. m2*)*K* resurgit *M* in *om. M* 2 induerit *KCT* induitur *M* absoruebitur *C* mortale uita *Lm1* mortalia uita *Sm1Pm1* mortali a uita *Va.c.* mortali uita *Gm1* 3 aliquod *M* 4 ut] cū *A* 5 illo *A*, *om. T* intelligamus *Lm2ACbd* quod *SVm1PGACTb* 7 iustitia *Lm1* 8 menbra *Vm1* 9 putant ideo (t *et* i *s. eras.* di)*L* 10 non *om. Km1* *post* quia *add. s.l.* propter *Lm2* 13 addit *A* 14 sufficerat (a *add. m2*) *L*,*Sm1Vm1ACT* sufficeret *KVm2b* si adiungeret *zbd* uita *Km2b* 15 utrunque *A* 16 unā (n *s. eras.* i) 17 non] nos *C* 19 ad utrumque hoc posset ref. *b* ad] ab *K* pesset *L* referre *V* et *om. z* 20 et corpus *M* 21 *pr.* et *om. z* dixit esse corpus *bd* uitam esse *b* 22 diuersis tribuens rebus *b* atribuens *Vm1* adtribuendis *Gm1* 24 quoṭcirca *G* quodcirca *M* poterit *b* 25 merito iustiae *Km1* meritū iust. *T*

propter peccatum‘ quid aliud quam merito peccati intellegere debemus aut possumus, si apertissimum scripturae sensum non pro arbitrio peruertere ac detorquere conamur? huic etiam uerborum consequentium lumen accedit. cum enim praesentis temporis gratiam determinans diceret mortuum quidem esse corpus propter peccatum, quia in eo nondum per resurrectionem renouato peccati meritum manet, hoc est necessitas mortis, spiritum autem uitam esse propter iustitiam, quia licet adhuc corpore mortis huius oneremur iam secundum interiorem hominem coepta renouatione in fidei iustitiam respiramus, tamen, ne humana ignorantia de resurrectione corporis nihil speraret, etiam ipsum, quod propter meritum peccati in praesenti sacculo dixerat mortuum, in futuro propter iustitiae meritum dicit uiuificandum nec sic, ut tantum ex mortuo uiuum fiat, uerum etiam ex mortali inmortale.

VII. 7. Quamquam itaque uerear, ne res manifesta exponendo potius obscuretur, apostolicae tamen sententiae lumen adtende. si autem Christus, inquit, in uobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. hoc dictum est, ne ideo putarent homines uel nullum uel paruum se habere beneficium de gratia Christi, quia necessario morituri sunt corpore. adtendere quippe debent corpus quidem adhuc peccati meritum gerere, quod condicioni mortis obstrictum est, sed iam spiritum coepisse uiuere propter iustitiam fidei, qui et ipse in homine fuerat quadam morte infidelitatis extinctus. ‘non igitur‘, inquit, ‘parum uobis muneris putetis esse conlatum per id quod Christus in uobis est, quod in corpore propter

8 cf. Rom. 7, 24. 22 17 Rom. 8, 10

2 aut *in ras. Gm2* scribturae (*sic saepissime*)*LV* 3 hac *L* quonamur *Sm1Vm1* huic] huc *KAMbd* nunc *m2 ex* hunc *C* 4 accendit *T* accenditur (*s.* attenditur *m2*)*C* 5 dicere *M* propter *om. A* 6 eum *Gm1* renouati *A* 7 merito *A* uita *M* 8 onoremur *A* honeremur *T* 9 fide *Lm1Sm1Vm1PGA* 10 iustitiam (a *in* e *mut.*)*P* iustitia *coni. Benedictini* corporis resurrectione *KCT* 11 nil *KC* 12 meritum iustitiae *d* 15 *post* res *eras.* ex *G* 17 *post* uobis *add.* est *bd* 19 *post* hoc *eras.* ideo *G* 20 parum *LSVP* 21 moritura *Km2* corpora *K* 22 conditioni *codd.* 23 spu *GKAb* iustiam (*sic saepius*) *Km1* 24 hone *Gm1* quidam *Vm1* mortis *Gm1* extinctus *SVGKAb* 25 uobis parum *b* paruum *M* 26 per id] perit *C*

peccatum mortuo iam propter iustitiam uester spiritus uiuit, nec ideo de uita quoque ipsius corporis desperetis. si enim spiritus eius qui suscitauit Christum a mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis uiuificabit et mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis', quid adhuc tantae luci fumus contentionis offunditur? clamat apostolus: 'corpus quidem mortuum est in uobis propter peccatum, sed uiuificabuntur etiam mortalia corpora uestra propter iustitiam, propter quam nunc spiritus iam uita est, quod totum perficietur per gratiam Christi, hoc est per inhabitantem spiritum eius in uobis', et adhuc reclamatur! dicit etiam quemadmodum fiat, ut uita in se mortem mortificando conuertat. ergo, inquit, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. si enim secundum carnem uixeritis, morie-mini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. quid est aliud quam hoc: 'si secundum mortem uixeritis, totum morietur; si autem secundum uitam uiuendo mortem mortificaueritis, totum uiuet'?

VIII. 8. Item quod ait: per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum, quid aliud quam de morte corporis intellegi potest, quando ut hoc diceret de resurrectione corporis loquebatur eamque instantissima et acerrima intentione suadebat? quid est ergo quod hic ait ad Corinthios: per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum; sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur, nisi quod ait etiam ad Romanos: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum

2 Rom. 8, 11 12 Rom. 8, 12. 13 19 I Cor. 15, 21 21 cf. I Cor. 15, 12—20 23 I Cor. 15, 21. 22 26 Rom. 5, 12

1 uester] uestram *V* 2 quoque *s.l.m2G* disperetis *Km1* 3 habitat — mortuis *in mg. Vm3Km2* 4 xpm ihm *Vb* uiuificauit *Lm1Vm1PAm1Gm2* mortua *M* 6 contentiones *S* 7 propter *om. A* 9 iustitiam propter *om. M* spiritus iam *L* (*sign. transpos. add.*)iam spir. *SGd* 11 in nobis *LSPKGm2M* pclamatur *M* 12 uita *ex* uitā*L* uitam *SVPGb* fratres inquit *bd* 15 mortificaberitis *Lm1S in mg.* 17 uiuificaberitis *Lm1Vm1* uiuificaueritis *Lm2Vm2PG* 18 uiuit *M* 22 intantissima *Gm1* instantissime *M* et *om. M* 24 et per hominem *in mg. Vm3* 25 sic *ex* ita *G* om *K* 26 quod ait etiam *in mg. Pm1* 27 intrauit *om. CTm1*

mors? hanc illi mortem non corporis, sed animae intellegi uolunt; quasi aliud dictum sit ad Corinthios ‘per hominem mors‘, ubi omnino animae mortem accipere non sinuntur, quia de resurrectione corporis agebatur, quae morti corporis est contraria. ideo etiam sola mors ibi per hominem facta commemorata est, non etiam peccatum, quia non agebatur de iustitia, quae contraria est peccato, sed de corporis resurrectione, quae contraria est corporis morti.

IX. 9. Hoc autem apostolicum testimonium, in quo ait: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors, conari eos quidem in aliam nouam detorquere opinionem tuis litteris intimasti, sed quidnam illud sit quod in his uerbis opinentur tacuisti. quantum autem ex aliis comperi, hoc ibi sentiunt, ‘quod et mors ista, quae illic commemorata est, non sit corporis, quam nolunt Adam peccando meruisse, sed animae, quae in ipso peccato fit, et ipsum peccatum non propagatione in alios homines ex primo homine, sed imitatione transisse‘. hinc enim etiam in paruulis nolunt credere per baptismum solui originale peccatum quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. sed si peccatum apostolus illud commemorare uoluisset, quod in hunc mundum non propagatione, sed imitatione intrauerit, eius principem non Adam, sed diabolum diceret, de quo scriptum est: ab initio diabolus peccat, de quo etiam legitur in libro Sapientiae: inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. nam quoniam ista mors sic a diabolo uenit in homines, non quod ab illo fuerint propagati, sed quod eum fuerint imitati, continuo subiunxit: imitantur autem eum qui sunt ex parte ipsius. proinde apostolus

8 Rom. 5, 12 21 I Ioh. 3, 8 22 Sap. 2, 24 25 Sap. 2, 25

2 quiasi *M* illud *L* sit] est *Km1A* corinthyos *SV* corynthios *G* 4 aiebatur *PG* agebatur — corporis *om. CTm1* morte corp. *L a.c.* contraria est *G* 6 non *s.l.Gm2* aiebatur *PG* 7 contrariae sunt *CTm1* contrariatur *b* corpori *Am1* 9 intrauit peccatum *b* 12 opinetur *M* 13 ista] ịṭạ (illa *s.m2*)*V* 14 anima *Migne* 15 fit peccato *G* sit *b* 16 paruolis (u *s. o*)*V* 17 nulunt *Lm1* 18 omnino *s. exp.* communio *Vm2* apostolus peccatum *zbd* 19 cōmerare *Gm1* commemorasse *M* 20 intrauerat *Lm2* 21 dicere *b* de quo] quod *M* diab. ab init. *G* 22 legimus *KCT* sapientiae *in ras. Km2* 24 ista (s *s.l.m2*)*K*, *om. b* *pro* prop. — fuerint *s.* imitati *add. m2 C* nati sed quod illū fuerint 25 imitatur *Lm1* 26 ipsius] eius *b* proinde *G p.c.*

cum illud peccatum ac mortem commemoraret, quae ab uno in omnes propagatione transisset, eum principem posuit, a quo propagatio generis humani sumpsit exordium.

10. Imitantur quidem Adam, quotquot per inoboedientiam transgrediuntur mandatum dei; sed aliud est quod exemplum est uoluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus. nam et Christum imitantur sancti eius ad sequendam iustiam. unde et idem apostolus dicit: imitatores mei estote sicut et ego Christi. sed praeter hanc imitationem gratia eius inluminationem iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur illo opere, de quo idem praedicator eius dicit: neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. hac enim gratia baptizatos quoque paruulos suo inserit corpori, qui certe imitari aliquem nondum ualent. sicut ergo ille, in quo omnes uiu ficantur, praeter quod se ad iustitiam exemplum imitantibus praebuit, dat etiam sui spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit et paruulis, sic et ille, in quo omnes moriuntur, praeter quod eis qui praeceptum domini uoluntate transgrediuntur imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentiae suae tabificauit in se omnes de sua stirpe uenturos. hinc omnino nec aliunde apostolus dicit: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors; et ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. hoc si ego dicerem, resisterent isti meque non recte dicere, non recte sentire clamarent. nullam quippe in his uerbis intellegerent sententiam cuiuslibet hominis, qui haec diceret, nisi istam quam in apostolo intellegere nolunt. sed quia eius uerba

1 cf. Rom. 5, 12. 14 8 I Cor. 11, 1 11 I Cor. 3, 7 15 cf. I Cor. 15, 22 19 occulta—uenturos] cf. Contra Iulian. Pel. V 15, 54 (XLIV 814 M) 21 Rom. 5, 12

1 ac] ad *M* 3 et generis *M* homani (u *s.* o) *V* 4 quodquọd *L* quodquod *SVm1* 7 et *om. M* 8 dixit *b* 9 apłs xpi *S* gratie *Lm1* gratiae *SVPGMb* et gratiae *CT* 11 in illo *M* 13 haec *zATb* hae *M* inseri *Gm1* 15 uiuificabunt *Km1* uiuificabuntur *b* propter *m. rec. exp. et in mg.* preter *add. P* 19 ḥocculta *S* etiam *om. Contra Iul.* carnalis *om. A* 20 uenturos] uenientes *Tbd* 21 dixit *b* 23 et ita] etiã *Km1* in] per *KC* pertransiit *KAM* 24 e*go *LG* **ego *K* 26 intellegeret *Vm1* si (si *s.l.m2*) haec diceret *G* haec diceret *LS* qui (qui *s.l.m2*) haec diceret *V* hęc dicere *P* qui haec dicere *M* qui diceret haec *b*, *om. Td*

sunt, cuius auctoritati doctrinaeque succumbunt, nobis intellegendi obiciunt tarditatem, cum ea quae perspicue dicta sunt in nescio quid aliud detorquere conantur. per unum, inquit, hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors: hoc propagationis est, non imitationis; nam ‘per diabolum‘ diceret. quod autem nemo ambigit, istum primum hominem dicit, qui est appellatus Adam. et ita, inquit, in omnes homines pertransiit.

X. 11. Deinde quod sequitur: in quo omnes peccauerunt, quam circumspecte, quam proprie, quam sine ambiguitate dictum est! si enim peccatum intellexeris, quod per unum hominem intrauit in mundum, in quo peccato omnes peccauerunt, certe manifestum est alia esse propria cuique peccata, in quibus hi tantum peccant, quorum peccata sunt, aliud hoc unum, in quo omnes peccauerunt, quando omnes ille unus homo fuerunt. si autem non peccatum, sed ipse unus homo intellegitur, in quo uno homine omnes peccauerunt, quid etiam ista manifestatione manifestius? nempe legimus iustificari in Christo qui credunt in eum propter occultam communicationem et inspirationem gratiae spiritalis, qua quisquis haeret domino unus spiritus est, quamuis eum et imitentur sancti eius. legatur mihi tale aliquid de his, qui sanctos eius imitati sunt. utrum quisquam dictus sit iustificatus in Paulo aut in Petro aut in quolibet eorum, quorum in populo dei magna excellit auctoritas; nisi quod in Abraham dicimur benedici, sicut ei dictum est: benedicentur in te omnes gentes, propter Christum qui semen

3 Rom. 5, 12 11 cf. Aug. c. duas ep. Pelag. lib. IV 4, 7 14 cf. Op. imp. c. Iul. II 178. IV 104 (XLV 1218. 1399 M) 17 cf. Rom. 4, 5. Gal. 2, 16 19 cf. I Cor. 6, 17 24 Gen. 12, 3. Gal. 3, 8 25 cf. Gal. 3, 16

1 subcumbunt *LS* obiicunt intelligendi *Cbd* intelligendo obiciunt *P* 2 sunt hinc nescio *Gm1* in *s.l.m2K* 3 hominem inquit *A* 5 *post* nam *add.* si imitationis *Pd; in cod. G post* nam *eras.* si 6 quem appellat *V* 7 pertransit *Lm1S Vm1 PG* 9 quid(o *s.* i) *P* 11 enim] umū *M* 12 peccato *om. zbd* certum manifestumque *b* 13 hii *Lm2A* hii* *V* hinc *Lm1SG* hinc *P* in *M* 15 fuerit *K* 16 ipse] ille *d* homo unus *V* 17 *post* ista *add.* est *d* nempe legimus] intelligimus *A* 18 propter *bis leg. K* 19 gratia *A* quam qui heret *A* qua] quia *V* qu*a *C* quisq; *Gm1* 21 iis *d* 22 dictū *M* aut *fin.*] a *Gm1* 23 in *om. zb* quodlibet *M* horum *zbd* excellet *Sm1PGM* 24 habraam *G* abraam *A* est *s.l.Km2*

eius dictus est secundum carnem. quod manifestius dicitur, cum hoc idem ita dicitur: benedicentur in semine tuo omnes gentes. dictum autem quemquam diuinis eloquiis peccasse uel peccare in diabolo, cum eum iniqui et impii omnes imitentur, nescio utrum quisquam repperiat. quod tamen cum apostolus de primo homine dixerit — in quo omnes peccauerunt —, adhuc de peccati propagine disceptatur et nescio qua nebula imitationis obponitur.

12. Adtende etiam quae secuntur. cum enim dixisset: in quo omnes peccauerunt, secutus adiunxit: usque enim ad legem peccatum in mundo fuit, hoc est, quia nec lex potuit auferre peccatum, quae subintrauit ut magis abundaret peccatum, siue naturalis lex, in qua quisque iam ratione utens incipit peccato originali addere et propria, siue ipsa quae scripta per Moysen populo data est. si enim data esset lex, quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. peccatum autem non deputabatur, cum lex non esset. quid est 'non deputabatur' nisi 'ignorabatur et peccatum esse non putabatur'? neque enim ab ipso domino deo tamquam non esset habebatur, cum scriptum sit: quicumque sine lege peccauerunt sine lege peribunt.

XI. 13. Sed regnauit, inquit, mors ab Adam usque ad Moysen, id est a primo homine usque ad ipsam etiam legem quae diuinitus promulgata est, quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. regnum enim mortis uult intellegi, quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad uitam aeternam, quae uera uita est,

2 Gen. 22, 18 6 Rom. 5, 12 9 Rom. 5, 13 11 cf. Rom. 5, 20 13 cf. Ex. 34, 28 Ioh. 7, 19 14 Gal. 3, 21. 22 17 Rom. 5, 13 21 Rom. 2, 12 22 Rom. 5, 14

1 dictus *om.zAMbd* quod *om.Lm1* cum *KCT* 2 *ante* idem *eras.* qu *L* 3 peccas * *Gm1* 4 eum (u *s.* n)*G* eo *A* 5 repereat *Pm1* reperiat *KACTbd* 6 dix̄ *A* peccauerunt *in mg. add. Lm2Vm2, om. SPG* 7 discepta*tur *G* et *om. LVPG* quae *Lm2Pm2Km2bd* 8 sequuntur *Vm2CMTbd* 9 adiuxit *Km1* ad legem enim *d* 10 fuit in mundo *b* 11 quae subintrauit *om. A* habundaret *GKA* siue nat. lex *om. M* 12 in quo *M* quisquam *b* incipit] inquit *A* 13 addere] adherere *M* *post* populo *eras. uid.* di *G* 14 lex *om. A* possit *PGKm1 A* 15 cum conclusit *M* 18 lex non est *LSVm1P(* 22 ab *om. Vm1* 24 afferre (u *s. pr.* f *m2*)*L* 25 intelligere *Km1* in] ab *V* omnibus *A* 26 est *om. K*

uenire non sinat, sed ad secundam etiam, quae poenaliter aeterna est, mortem trahat. hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris, quae operata est etiam in antiquis sanctis, quicumque, antequam in carne Christus ueniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam, non ad legis litteram, quae iubere tantum, non adiuuare poterat, pertinebant. hoc namque occultabatur in uetere testamento pro temporum dispensatione iustissima, quod nunc reuelatur in nouo. ergo in omnibus regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, qui Christi gratia non adiuti sunt, ut in eis regnum mortis destrueretur, ergo et in eis qui non peccauerunt in similitudine praeuaricationis Adae, id est qui nondum sua et propria uoluntate sicut ille peccauerunt, sed ab illo peccatum originale traxerunt, qui est forma futuri, quia in illo constituta est forma condemnationis futuris posteris, qui eius propagine crearentur, ut ex uno omnes in condemnationem nascerentur, ex qua non liberat nisi gratia saluatoris. scio quidem plerosque latinos codices sic habere: regnauit mors ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccauerunt in similitudinem praeuaricationis Adae, quod etiam ipsum qui ita leguntad eundem referunt intellectum, ut in similitudinem praeuaricationis Adae peccasse accipiant, qui in illo peccauerunt, ut ei similes crearentur, sicut ex homine homines, ita ex peccatore peccatores, ex morituro morituri damnatoque damnati. graeci autem codices, unde in latinam linguam interpretatio facta est, aut omnes aut paene omnes id quod a me primo positum est habent.

1 cf. Apoc. 20, 14 4 cf. I Ioh. 4, 2. II Ioh. 7 8. 10. 13 Rom. 5, 14 15 cf. Rom. 5, 18 16 cf. Tit. 2, 11 cf. Aug. epist. 157, 19 (CSEL XLIV 468) 17 Rom. 5, 14 20 cf. Op. imp. c. Iul. IV 104 (XLV 1400 M)

1 sed secunda etiam *M* 3 etiam] iustitiam *C* 4 ueniret $\overline{\text{xps}}$ *A* 5 iuberet *P* iuberet *S* 6 ueteri *Lm2Pm2Km2AM* 8 regnabit *Am1* ab *s.l.Vm2* 9 gratiam *S* 10 destruetur *A* et *om. Vm1SPGA* etiam *s. exp.* ergo *Lm2,d* in similitudinem *Lm2 ATd; sed cf. u. 18. 20* 11 idē (*s.l.m2 add. saepius* st)*L* 12 sicut illi *KA* 14 futurę (ę *in ras.*)*V* crearetur *Lm1SVm1Pm1G* 15 in condempnatione *SGM* ex quo *Pm2* 16 grati *S* 18 similitudine *M* 19 quid (o *s.* i)*P* 20 similitudine *M* conspiciant *T* accipiunt *b* 21 simi*Km1* 22 ex peccato peccatum *C* 23 dama*ti *L* dampnati *Vm1* damnandi *cod. Remigianus* greci *LSPGKA1* 24 aut *pr.*] Ut*Gm1* quodā et primo *M* 25 positū (ū *ex* ā) *K*

14. Sed non, inquit, sicut delictum ita et donatio; si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundauit: non ‘magis multos‘, id est multo plures homines — neque enim plures iustificantur quam condemnantur —, sed ‘multo magis abundauit‘. Adam quippe ex uno suo delicto reos genuit; Christus autem etiam quae homines delicta propriae uolun-
tatis ad originale, in quo nati sunt, addiderunt gratia sua soluit atque donauit, quod euidentius in consequentibus dicit.

XII. 15. Verum illud diligentius intuere, quod ait ob unius delictum multos mortuos. cur enim ob unius illius et non potius ob delicta sua propria, si hoc loco intellegenda est imitatio, non propagatio? sed adtende quod sequitur: et non sicut per unum peccantem ita est et donum; nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. nunc dicant, ubi locum habeat in his uerbis illa imitatio. ex uno, inquit, in condemnationem: quo uno, nisi delicto? hoc enim explanat, cum adiungit: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. cur ergo iudicium ex uno delicto in condemnationem, gratia uero ex multis delictis in iustificationem? nonne, si nullum est originale delictum, non solum ad iustificationem gratia, sed etiam iudicium ad condemnationem ex multis delictis homines ducit? neque enim gratia multa delicta donat et non etiam iudicium multa delicta condemnat. aut si propterea ex uno delicto in condemnationem ducuntur, quia omnia delicta, quae condemnantur, ex unius illius imitatione commissa sunt, eadem causa est, cur ex uno delicto etiam ad iustificationem duci intelle-

1 Rom. 5, 15 (XLV 1176. 1179 M) 6 multo magis abundauit] cf. Op. imp. c. Iul. II 85. 96 13 Rom. 5, 16

3 in gratiam *LSVm1P* 4 abundabit *M* plurimos *Gm1* 6 abundabit *CM* delicto suo *bd* 7 in homines *P* propriae (tatis *eras.*) *G* 8 originalē *A* 11 quur *semper fere L* illius unius *z* unius *m2 s. exp.* meritum *G* illius *om. Cm1M* 13 quid *K* sicut delictum (del. *s.l.m3*) per unum peccatorem *V* 16 dicant *s. ras. Lm1* habea*t *K* habeant *C* 17 in quo *M* 18 subiungit *Gm1* adiungit (ad *in ras.*) *S* multis ex *K* 19 cur] quid *M* ego *V* 20 uero *s. exp.* autē *Gm2* 22 gratiam *C* 24 donat—delicta *om. V* 25 ducantur *M* 26 illius unius *z KAMbd* 27 est *s.l.m2K* cur non *A*

gantur, quia omnia delicta, quae iustificatis remittuntur, ex illius unius imitatione commissa sunt. sed hoc uidelicet non intellegebat apostolus cum dicebat: iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia uero ex multis delictis in iustificationem! immo uero nos intellegamus apostolum et uideamus ideo dictum iudicium ex uno delicto in condemnationem, quia sufficeret ad condemnationem, etiamsi non esset in hominibus nisi originale peccatum. quamuis enim condemnatio grauior sit eorum, qui originali delicto etiam propria coniunxerunt, et tanto singulis grauior, quanto grauius quisque peccauit, tamen etiam illud solum, quod originaliter tractum est, non tantum a regno dei separat, quo paruulos sine accepta Christi gratia defunctos intrare non posse ipsi etiam confitentur, uerum et a salute ac uita aeterna facit alienos, quae nulla esse alia potest praeter regnum dei, quo sola Christi societas introducit.

XIII. 16. Ac per hoc ab Adam, in quo omnes peccauimus, non omnia nostra peccata, sed tantum originale traduximus; a Christo uero, in quo omnes iustificamur, non illius tantum originalis sed etiam ceterorum, quae ipsi addidimus, peccatorum remissionem consequimur. ideo non sicut per unum peccantem ita est et donum. nam iudicium quidem ex uno delicto, si non remittitur, id est originali, in condemnationem iam potest ducere, gratia uero ex multis delictis remissis, hoc est non solum illo originali, uerum etiam omnibus ceteris, ad iustificationem perducit.

17. Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt in uita regnabunt per unum Iesum Chri-

3 Rom. 5, 16 11 cf. Esai. 59, 2 20 Rom. 5, 16 25 Rom. 5, 17

1 iustis *CT* 2 imitationē *Lm1* iustificatione *M* 4 gratia—condemnationem *in mg. m2K* uero *s. exp.* autē *Gm2* iustificatione *M* 5 uidea *Vm1* 9 delicto] peccato *K* 10 gratior *M* quisque] quis *zd* illum *Lm1S* illu *Vm1* 11 trac**tum *K* dī separat *s.l.Gm2* 12 *inter* defunctos *et* intrare *add. m3* in regnū celorum *V* ipse *Lm1P* illi ipsi *b* 13 uerum ẹtiā *Gm2* et a *om. A* 14 alia *om. A* societas xpi *A* 15 introduxit *S* 17omnia *ex* nomina *Lm1* peccata nostra *A* 18 iustificantur *V* 19 addimus *AM* 20 peccatum *KCTb* 22 idē* (m *eras., uirg. add. m2*)*V* dicere (u *s.* i)*S* 23 c̣ọ̄missis (re *s.* c̣ọ̄)*G* i̇ḍ (*s.* hoc)*G* illo *om. zd* 26 multo—unum *om. M* habundantiam *A* gratia *G* 27 accipiant *A* unum *s.l.Gm2*

stum. cur ob unius delictum mors regnauit per unum, nisi quia mortis uinculo tenebantur in illo uno, in quo omnes peccauerunt, etiamsi propria peccata non adderent? alioquin non ob unius delictum mors per unum regnauit, sed ob delicta multa multorum per unumquemque peccantem. nam si propterea ceteri ob alterius hominis delictum mortui sunt, quia illum in delinquendo praecedentem subsequentes imitati sunt, ille quoque et multo magis ob alterius delictum mortuus est, quem diabolus delinquendo ita praecesserat, ut ei delictum etiam ipse suaderet. Adam uero nihil suasit imitatoribus suis et multi, qui eius imitatores dicuntur, eum fuisse et tale aliquid commisisse uel non audierunt uel omnino non credunt. quanto ergo rectius, sicut iam dixi, diabolum principem constituisset apostolus, a quo uno peccatum et mortem per omnes transisse diceret, si hoc loco non propagationem, sed imitationem docere uoluisset! multo enim rationabilius Adam dicitur imitator diaboli, quem suasorem peccati habuit, si potest quisque imitari etiam illum, qui nihil ei tale suasit uel omnino quem nescit. quid est autem: qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, nisi quod non ei tantum peccato, in quo omnes peccauerunt, sed eis etiam, quae addiderunt, gratia remissionis datur eisque hominibus tanta iustitia donatur, ut, cum Adam consenserit ad peccatum suadenti, non cedant isti etiam cogenti? et quid est: 'multo magis in uita regnabunt,' cum mortis regnum multo plures in aeternas poenas trahat, nisi intellegamus eos ipsos in utroque dici qui transeunt ab Adam ad Christum, id est

9 cf. Gen. 3, 1 13 cf. Rom. 5, 12 17. 22 Rom. 5, 17

2 tenebatur *M* etiam pro peccato *CT* 3 adderet *M* non solum *b*
per unum mors *G* 4 regnauit] intrauit *CT* 6 subsequen *Vm1* 7 imitanti *A*
8 diabolus *om. A* 11 cummisisse *LS* cummississe *Vm1* non *s.l.m2V*
omnino *om. T* 12 sic etiam dixi *A* 13 morte *A* transire *M* transiisse *Cd*
14 docere] dicere *LVp.c.Pbd* ducere *SVa.c.G* 15 enim *s. eras.* etiā *Gm2* suasione *M*
16 habuit peccati *bd* peccanti habuit *Cm1* quisquam *PCd* ei *om. zATd*
17 autē iā *A* qui (*in mg. m2*) *L* quod *Vm2KACb* abundantia *S* (a */in. in ras.*), *L*
18 eis *Vm1AM* et *C* 19 peccatū *Lm1SPm1Cm2* ***caro *M* in qua (a *ex* o *m2*) *M*
eis *om. z* qui *Km1Cm1AM* 20 repromissionis *C* hom.] omnibus *V*
21 conserit *Vm1* concesserit *M* suadendi *Pa.c.* cedant *A* 22 quod *M*
regnabunt in uita *KC* cum (*s. exp.* quo) *Lm2P* quo *SG* 23 multos *M*
aeternam poenam *zbd* 24 ab *ex* ad *Lm2* usque ad xpm *K*

a morte ad uitam, quia in uita aeterna sine fine regnabunt, magis quam in eis mors temporaliter et cum fine regnauit?

18. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem ita et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae. hoc unius delictum, si imitationem adtendamus, non erit nisi diaboli. sed quia manifestum est de Adam, non de diabolo dici, restat intellegenda non imitatio, sed propagatio peccati.

XIV. Nam et quod ait de Christo: per unius iustificationem, magis hoc expressit, quam si 'per unius iustitiam' diceret. eam quippe iustificationem dicit, qua Christus iustificat impium, quam non imitandam proposuit, sed solus hoc potest. nam potuit apostolus recte dicere: imitatores mei estote, sicut et ego Christi, numquam autem diceret: 'iustificamini a me, sicut et ego sum iustificatus a Christo', quoniam possunt esse et sunt et fuerunt multi iusti homines et imitandi, iustus autem et iustificans nemo nisi Christus. unde dicitur: credenti in eum qui iustificat impium deputatur fides eius ad iustitiam. quisquis ergo ausus fuerit dicere: 'iustifico te', consequens est, ut dicat etiam: 'crede in me'. quod nemo sanctorum recte dicere potuit nisi sanctus sanctorum. credite in deum et in me credite, ut, quia ipse iustificat impium, credenti in eum qui iustificat impium deputetur fides ad iustitiam.

XV. 19. Nam si sola imitatio facit peccatores per Adam, cur non etiam per Christum sola imitatio iustos facit? sicut enim, inquit, per unius delictum in omnes homines ad condemnationem sic et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae. proinde isti 'unus' et 'unus' non Adam et Christus, sed Adam et Abel constitui debuerunt, quoniam cum multi nos in huius uitae tempore praecesserint peccatores

3. 9 Rom. 5, 18 11 cf. Rom. 4, 5 13 I Cor. 11, 1 16 cf. Rom. 3, 26 17 Rom. 4, 5 20 cf. Dan. 9, 24 21 Ioh. 14, 1 24 Rom. 5, 18

2 regnabit *Gm1A* regnet *Mm2* 4 ad condemnationem -homines *in mg. Km2* et *om. z* 7 dicere ista *M* 8 propago *M* 9 iustificatione *G* 11 quia *L* non] nobis *Mm2* 13 mei stote *S* 14 et *om. M* iustificatus sum *A* 17 credendū (*om.* in eum) *M* 18 deputetur *M* eius *om. rb* ad iustitiam *in mg. Lm2Pm2, om. SVm1G* 19 hausus *La.c.* 20 sanctorum] iustorum *M* recte] forte *M* posuit (t *s.* s) *V* 22 credenti—impium *om. LSP* 24 enim *om. A* 26 et *om. z* 27 proinde] sed *V; cf. Praef.* unus et un*us *L*

eosque imitati fuerint qui posteriore tempore peccauerunt, ideo tamen uolunt isti non nisi Adam dictum, in quo omnes imitatione peccauerunt, quia primus hominum ipse peccauit. ac per hoc Abel dici debuit, in quo uno similiter homines imitatione iustificentur, quoniam ipse primus hominum iuste uixit. aut si propter quendam articulum temporis ad noui testamenti exordium pertinentem Christus est positus propter imitationem caput iustorum, Iudas eius traditor caput poni debuit peccatorum. porro si propterea Christus unus est in quo omnes iustificentur, quia non sola eius imitatio iustos facit, sed per spiritum regenerans gratia, propterea et Adam unus est in quo omnes peccauerunt, quia non sola eius imitatio peccatores facit, sed per carnem generans poena. ob hoc etiam dictum est 'omnes' et 'omnes'. neque enim qui generantur per Adam, idem ipsi omnes per Christum regenerantur; sed hoc recte dictum est, quia sicut nullius carnalis generatio nisi per Adam sic spiritalis nullius nisi per Christum. nam si aliqui possent carne generari non per Adam et aliqui regenerari spiritu non per Christum, non liquide 'omnes' siue hic siue ibi dicerentur. eosdem autem 'omnes' postea 'multos' dicit; possunt quippe in aliqua re omnes esse qui pauci sunt. sed multos habet generatio carnalis, multos et spiritalis, quamuis non tam multos haec spiritalis quam illa carnalis. uerum tamen quemadmodum illa omnes habet homines sic ista omnes iustos homines, quia sicut nemo praeter illam homo sic nemo praeter istam iustus homo et in utraque multi. sicut enim per inoboedientiam unius hominis

5 cf. Hebr. 11, 4 24 Rom. 5, 19

1 fuerunt *C* posteriori *G* 2 nolunt *A* iusti *C* dicatum *C* 3 peccauerint *LSm2VPGm2MTd* 4 uno] *add.* omnes *d* homines] omnes *b* imitatio *C* 5 quoniam] quia *KCb* 8 debuit poni *P* unius *s. eras.* iustus *Lm1* 9 iustificentur (a *s.* e *m2*)*V* iustos—imitatio *in mg.Lm2Vm3* 10 spiritum] xpm *CT* regenerans gram iustificationis impertit propterea etiã adam *V* 11 peccauerunt] cdēnantur *V* solum *M* 12 poenã *La.c.* poenam *S* poenaṃ *P* poenam cdēnationis infligit *in mg. add. Vm3* ạb (o *s.* ạ)*Km2* ab *A* hoc *s.l.Lm2* est *om. M* 13 iidem *Mbd* 14 generantur *Sa.c.* 15 generatio nisi] generationis *SVm1G* 16 *alt.* generari *LSVm1PGATbd* 17 non liquide omnes] non oms sed aliqui ḍẹ ọmnẹṣ *V* (*cf. Praef. de hac cod. parte*) diceretur *b* 20 quamuis enim *S* 21 illã omnes habent *CM* omnes *om. K* 22 istã *M* propter *Vm1* 23 illa—ista *M* in *om. V* 24 multi (os *s.* i)*Vm2*

peccatores constituti sunt multi, ita per oboedientiam unius hominis iusti constituentur multi.

20. Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum. hoc ad originale homines addiderunt iam propria uoluntate, non per Adam; sed hoc quoque soluitur sanaturque per Christum, quia ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia, ut, quemadmodum regnauit peccatum in mortem, etiam quod non ex Adam traxerunt homines, sed sua uoluntate addiderunt, sic et gratia regnet per iustitiam in uitam aeternam. non tamen aliqua iustitia praeter Christum, sicut aliqua peccata praeter Adam. ideo cum dixisset: quemadmodum regnauit peccatum in mortem, hic non addidit: 'per unum' aut 'per Adam,' quia supra dixerat etiam de peccato illo, quod subintrante lege abundauit, et hoc utique non est originis, sed iam propriae uoluntatis. cum autem dixisset: sic et gratia regnet per iustitiam in uitam aeternam, addidit: per Iesum Christum dominum nostrum, quia generante carne illud tantummodo trahitur, quod est originale peccatum, regenerante autem spiritu non solum originalis, sed etiam uoluntariorum fit remissio peccatorum.

XVI. 21. Potest proinde recte dici paruulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione omnium mitissima futuros. multum autem fallit et fallitur, qui eos in damnatione praedicat non futuros, dicente apostolo: iudicium ex uno delicto in condemnationem et paulo post: per unius delictum in omnes homines ad condemnationem. quando ergo peccauit Adam non oboe-

3 Rom. 5, 20 5 Rom. 5, 20. 21 17 cf. August. Enchiridii cap. 46 (XL 254 M): parentum quoque peccatis paruulos obligari non solum primorum hominum sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt, non inprobabiliter dicitur 23 Rom. 5, 16 24 Rom. 5, 18

1 ** oboedientia *LS* inobedientiam *K* 2 peccatores (iusti *s.*) constituti sunt multi iusti *K* 3 autem] enim *S* 4 ad] ab *A* originalē *M* homine *Gm1* uoluntate iam propria *b* 5 ubi *s.l.Km2* 6 superabundabit *M* et gratia *b* ut] et *A* 7 regnabit *A* in morte *AM* 9 in *s.l.m2V* uita aeterna *KA* 12 morte *r, sed cf. lin. 7* sicut per (per *s.l.m3*)*V* aut (ut *s.l.m2*)*G* 13 insubtrante *A* 14 iam *s.l.m2G* 16 uita aeterna *K* 17 qui *Vm1* traitur *C* 18 a regenerante *Vm2* 21 damnationē *Lm1Sa.c.VPm1GMb* mitissimā *Vb* mitisma *M* 22 damnationem *Lm1SVPGb* 24 delictum *om. M* 25 ad] in (at *s.* in) *Gm2*

diens deo, tunc eius corpus, quamuis esset animale ac mortale, gratiam perdidit, qua eius animae omni ex parte oboediebat; tunc ille extitit bestialis motus pudendus hominibus, quem in sua erubuit nuditate; tunc etiam morbo quodam ex repentina et pestifera corruptione concepto factum in illis est, ut illa in qua creati sunt stabilitate aetatis amissa per mutabilitates aetatum irent in mortem. quamuis ergo annos multos postea uixerint, illo tamen die mori coeperunt, quo mortis legem. qua in senium ueterescerent, acceperunt. non enim stat uel temporis puncto. sed sine intermissione labitur quicquid continua mutatione sensim currit in finem non perficientem, sed consumentem. sic itaque impletum est quod dixerat deus: qua die ederitis, morte moriemini. ex hac igitur inoboedientia carnis, ex hac lege peccati et mortis quisquis carnaliter generatur regenerari spiritaliter opus habet, ut non solum ad regnum dei perducatur, uerum etiam a peccati damnatione liberetur. simul itaque peccato et morti primi hominis obnoxii nascuntur in carne et simul iustitiae uitaeque aeternae secundi hominis sociati renascuntur in baptismo; sic et in Ecclesiastico scriptum est: a muliere initium factum est peccati et per illam omnes morimur. siue autem a muliere siue ab Adam dicatur, utrumque ad primum hominem pertinet, quoniam, sicut nouimus, mulier ex uiro est et utriusque una caro est. unde et illud quod scriptum est: et erunt duo in carne una. igitur iam non duo, inquit dominus, sed una caro.

XVII. 22. Quapropter qui dicunt paruulos ideo baptizari, ut hoc eis remittatur quod in hac uita proprium contraxerunt, non quod ex Adam traduxerunt, non magno molimine refellendi sunt. quando enim secum ipsi paululum sine certandi studio cogitauerint, quam sit absurdum nec dignum disputatione quod dicunt, continuo

3 cf. Gen. 3, 7 11 Gen. 2, 17 18 Eccli. 25, 24 22 Matth. 19, 5. 6

1 a *Vm1* at *SG* atque *KAMb* 2 anima* *M* *omni* *A* 4 niditate *La.c.* tunc (t *s. eras.* h)*L* repttina *Km1* 5 est in illis *b* 6 ammissa *V* 7 uixerit *M* 8 legem qu*a *V* ueterascerent *Lm2 Vm1Mm2Abd* 9 quidquid *Vm2Km2SCM* 10 perfacientem (i *s.* a)*S* 11 perconsumentem *S* consumantem (e *s.* a)*Vm2* sicut *K* 13 quisque *A* genera*tur *V* 14 regenerati *Vm1* 15 liberatur *Km1* 16 obnixi *Vm1* noscuntur *LSVa.c.* nascuntur (o *s.* a)*G* 17 iustiae *S* uitaque *SVm1* sociari (ti *s.* ri)*S* 18 sic] sicut *Pm1Md* in ecclesiastico libro *M* dictum (scriptū *s.*)*Gm2* 19 est] esse *z* moriuntur *Cb* 22 erant *z* 23 igitur] itaque *K* 25 propria *S* contradixerunt *Vm1* 27 paulolum *KM* cogitauerunt *Vm1K* 28 absordum *A*

sententiam commutabunt. quod si noluerint, non usque adeo de humanis sensibus desperandum est, ut metuamus, ne hoc cuipiam persuadeant. ipsi quippe, ut hoc dicerent, alicuius alterius sententiae suae praeiudicio, ni fallor, inpulsi sunt. ac propterea cum remitti baptizato peccata necessario faterentur nec fateri uellent ex Adam ductum esse peccatum, quod remitti fatebantur infantibus, ipsam infantiam coacti sunt accusare; quasi accusator infantiae hoc seciorior fieret, quo accusatus ei respondere non posset. sed istos, ut dixi, omittamus; neque enim sermone uel documentis opus est, quibus innocentia probetur infantum, quantum ad eorum pertinet uitam, quam recenti ortu in se ipsis agunt, si eam non agnoscit sensus humanus nullis amminiculis cuiusquam disputationis adiutus.

XVIII. 23. Sed illi mouent et aliquid consideratione ac discussione dignum uidentur afferre, qui dicunt paruulos recenti uita editos uisceribus matrum non propter remittendum peccatum percipere baptismum, sed ut spiritalem procreationem habentes creentur in Christo et ipsius regni caelorum participes fiant eodem modo filii et heredes dei, coheredes autem Christi. a quibus tamen cum quaeritur, utrum non baptizati et non effecti coheredes Christi regnique caelorum participes habeant saltem beneficium salutis aeternae in resurrectione mortuorum, laborant uehementer nec exitum inueniunt. quis enim Christianorum ferat, cum dicitur ad aeternam salutem posse quemquam peruenire, si non renascatur in Christo, quod per baptismum fieri uoluit eo iam tempore, quo tale

18 cf. Rom. 8, 17 23 cf. Ioh. 3, 5

1 quod etsi *M* 2 disperandum *Km1* quipiã *SVm1* quippiã *Pm1GM* 3 prosuadeant *Pm1* 4 suae *om. zbd* proiudicio *Vm1* nisi *zbd* hac *G* cum *om. C* emittit *M* 5 fateretur *M* ne *C* 6 dictum (u s. i) *Vm2G* fatebuntur *M* in infantibus (in *s.l.m2*)*K* 7 quoacti *M* accusator (tor *m2 s.ras. 5litt.*)*L* accusaretor *S* accusaretur *PG* accusari (ri *s.l.*; tor—respondere non *om.*)*V* 8 possit *Vm2M* 9 obmittamus *LG* ommittamus *A* uel] ạ (ł *s.* ạ)*G* documento *b* 10 infantium *b* . uitạ *C* 11 ipsi *C* eam] enim *A* 12 adminiculis *Vm2AMbd* 14 uidetur *Lm1SPGVm1* 15 editos ṛẹcẹṇtiụạ *A* 16 ut (*s.l.m2*)*VG* non habentes *Vm2d* crehentur *L* creantur *Km1* recreantur *A* 17 et ipsi regi *M* regno *A* eo modo *KMb* 18 fili *LSVa.c.* quoheredes *L a. c. V a. c.* cum *s.l. L, om. SVm1PGK* dum *C* 19 ạffecti (e *s.* ạ)*G* quoheredes *L a.c. V a.c.* 20 habeat *Km1* saltim *K* salutẽ *AC Γ* 23 salutem (u *in ras. m2*)*G*

sacramentum constituendum fuit regenerandis in spem salutis aeternae? unde dicit apostolus: non ex operibus iustitiae, quae nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. quam tamen salutem in spe dicit esse, cum hic uiuimus, ubi ait: spe enim salui facti sumus. spes autem quae uidetur non est spes; quod enim uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. sine ista ergo regeneratione saluos in aeternum posse paruulos fieri quis audeat adfirmare, tamquam non pro eis mortuus sit Christus? etenim Christus pro impiis mortuus est. isti autem, qui, ut manifestum est, nihil in sua propria uita impie commiserunt. si nec originaliter ullo impietatis uinculo detinentur, quomodo pro eis mortuus est, qui pro impiis mortuus est? si nulla originalis peccati aegritudine sauciati sunt, quomodo ad medicum Christum, hoc est ad percipiendum sacramentum salutis aeternae, suorum curantium pio timore portantur et non eis in ecclesia dicitur: 'auferte hinc innocentes istos; non est opus sanis medicus, sed male habentibus; non uenit Christus uocare iustos, sed peccatores'? numquam dictum est, numquam dicitur, numquam omnino dicetur in ecclesia Christi tale commentum.

XIX. 24. Ac ne quis existimet ideo paruulos ad baptismum adferri oportere, quia, sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt, quomodo ergo quidam meritum huius aetatis a domino laudatum esse commemorant, quando ait: sinite paruulos uenire ad me; talium est enim regnum caelorum? si enim hoc non propter

2 Tit. 3, 5 5 Rom. 8, 24. 25 11 Rom. 5, 6 18 cf. Luc. 5, 31. 32
25 Matth. 19, 14 etc.

1 regenerando *M* 3 fecimus nos *K* 4 nos *om. LSVm1* 5 in spe* *LV* in spem *SPG* 6 autē *s. eras.* enī *G* 7 uidit *Vm1* quis, quid] quid quis *Lm1SP* quisquis *Vm1Gm1* 8 non *om. G* 10 audeat ạụḍẹạṭ *S* sit *s. eras.* ē *Lm1* est *SVPG* 13 si nec] sine *A* nullo *Am3* 14 qui—est *in mg. Km2*, *om. V* nullo *Am1* originali *PAm1* sunt *ante* pecc. *exp. P*, *pon. d* peccata *K m1* 17 curantium *Engelbrecht* currentium *codd.* 18 hinc *om. M* 20 est *s.l.V* dicitur] dicatur *z* dicetur] dicitur *Km1* 23 offerri *M* oportet *Km1* 24 quidem *Lm1 SPG* quidā (ā *in ras.*)*V* 25 commemorat *C* commemorant *V* quando] ubi *d* paruulos] pueros *zMT*, *b in mg.* 26 talie (ū *s.* e)*G*

humilitatis similitudinem, quod humilitas paruulos faciat, sed propter puerorum uitam laudabilem dictum est, profecto et iusti sunt. non enim recte aliter dici potuit: talium est regnum caelorum, cum esse non possit nisi iustorum. sed forte hoc quidem non congruenter dicitur, quod paruulorum uitam laudauerit dominus dicens talium esse regnum caelorum, cum uerax ille sit intellectus, quod humilitatis similitudinem in parua aetate posuerit. uerum tamen forsitan hoc tenendum est, quod dixi, propterea paruulos baptizari debere, quia, sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt. sed cum dictum esset: non ueni uocare iustos, quasi ei responderetur: 'quos ergo uocare uenisti'? continuo subiunxit: sed peccatores in paenitentiam. ac per hoc quomodo si iusti sunt, ita etiam si peccatores non sunt, non eos uenit uocare qui dixit: non ueni uocare iustos, sed peccatores. et ideo baptismo eius, qui eos non uocat, non tantum frustra, uerum etiam inprobe uidentur inruere; quod absit ut sentiamus. uocat eos igitur medicus, qui non est opus sanis, sed aegrotantibus, nec uenit uocare iustos, sed peccatores in paenitentiam. et ideo quia suae uitae propriae peccatis nullis adhuc tenentur obnoxii, originalis in eis aegritudo sanatur in eius gratia, qui saluos facit per lauacrum regenerationis.

25. Dicet aliquis: 'quomodo ergo et ipsi uocantur in paenitentiam? numquid tantillos potest aliquid paenitere?' huic respondetur: 'si propterea paenitentes dicendi non sunt, quia sensum paenitendi nondum habent, nec fideles dicendi sunt, quia similiter sensum credendi nondum habent. si autem propterea recte fideles uocantur, quoniam

3.6 Matth. 19, 14 etc. 10.13 Luc. 5, 32 16 cf. Luc. 5, 31. 32 20 cf. Tit. 3, 5

2 puerum *Vm1* 3 est enim regnum *K* 4 posset *M* quidem hoc *b* non *om. Km1* 5 dicetur *M* 6 regnum est *V* esse] est *LPG d* est enim *S* sit ille *bd* 7 posueri*t *V* 8 est *om. Km1* dixit *C* 9 baptizare *A* nec *om. Gm1* 10 cum dictum esset] cū dicit ꝙm ẹsṣeṭ *L* cū dicit cū esset *SVm1P* cum dicit *Vp.c. b* uocari *Vm1Gm2* 12 in *s. eras.* ad *Gm2* ad *b* inpatientia (in penitentiam *s.*)*Km2* in paenitentia *M* si iusti n̄ sunt (n̄ *s.l.m2*)*LK* sint *M* ita—ueni uocare *in mg. Am2* 13 ut iam (*s.* i *add.* ał etiamsi)*A* ueni *Km1M* 16 qui] quia *Km2* 17 est *s.l.Lm2*, *om. SVm1PG* opus est *Vm2* 18 suę *ex* siue *S* 19 nullis] multis *Lm1P* uultis *S* non *in ras. V* nullis *s. exp.* nris multis *G* tenentibus *Lm1SPG* tenuntur *Km1* 21 dicit *Am2M* ipse *Km1* poenitentiam (e *pr. s.l.*)*G* 22 tantillus *zAMb* hinc *A* huc *M* 23 si] sed *Am1M* 24 nondum] non *zATd* 25 uocantur] dicuntur *KC*

fidem per uerba gestantium quodam modo profitentur, cur non prius etiam paenitentes habeantur, cum per eorundem uerba gestantium diabolo et huic saeculo renuntiare monstrantur? totum hoc in spe fit ui sacramenti et diuinae gratiae, quam dominus donauit ecclesiae.' ceterum quis ignorat quod baptizatus paruulus, si ad rationales annos ueniens non crediderit nec se ab inlicitis concupiscentiis abstinuerit, nihil ei prode erit quod paruus accepit? uerum tamen si percepto baptismate de hac uita emigrauerit, soluto reatu, cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine ueritatis, quod incommutabiliter manens in aeternum iustificatos praesentia creatoris inluminat. peccata enim sola separant inter homines et deum, quae soluuntur eius gratia, per quem mediatorem reconciliamur, cum iustificat impium.

XX. 26. Terrentur autem isti sententia domini dicentis: nisi quis natus fuerit denuo, non uidebit regnum dei — quod cum exponeret, ait: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum — et propterea conantur paruulis non baptizatis innocentiae merito salutem ac uitam aeternam tribuere, sed, quia baptizati non sunt, eos a regno caelorum facere alienos noua quadam et mirabili praesumptione, quasi salus aeternae uitae aeterna possit esse praeter Christi hereditatem, praeter regnum caelorum. habent enim uidelicet quo confugiant atque ubi delitiscant, quia non ait dominus: si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu, 'non habebit uitam', sed ait: non intrabit in regnum dei. nam si illud dixisset, nulla hinc dubitatio posset oboriri. auferatur ergo iam dubitatio, do-

11 cf. Esai. 59, 2 12 cf. Rom. 5, 10. I Tim. 2, 5 13 cf. Rom. 4, 5 14 Ioh. 3, 3 16. 23 Ioh. 3, 5

2 habentur *LSVPbd* haben**tur *G* 3 monstratur *C* 4 uis *Vm2* uisa cremti *Km1* uisacramti (ac *post add.*) *C* 5 et ceterum *S* ignorat *ex* igiturat *Pm1* 6 ab] ad *P* 7 prod*erit *L* proderit *cet.* 8 praecepto *S* solito (u *s.* i *m2*)*V* 10 iustificatus *M* 11 separantur *LSVm1Pm1* sperant *Km1* 12 qui *A* eius] Christi *zAbd* 14 Terrentur — *26, 1* mortalium *om. Am1* 15 renatus *A* 17 spu sco *Gm1A* trabit *Km1* in *om. C* regna *M* 19 ac] et *A* tribuere] permittere *A* 21 salutis *La.c.* salus ęterna et uita ęterna p. e. *A* salus aeterna et uita terrena p. e. *M* salus ac aeterna uita possit esse *T d* 22 regni*Vm1* 23 delitescant *Vm2Km2ACbd* 25 dei] caelorum *K* 26 possit *A* iam *post* dubitatio *pon. zd*

minum audiamus, non suspiciones coniecturasque mortalium, dominum audiamus, inquam, non quidem hoc de sacramento sancti lauacri dicentem, sed de sacramento sanctae mensae suae, quo nemo rite nisi baptizatus accedit: nisi manducaueritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in uobis. quid ultra quaerimus? quid ad hoc responderi potest, nisi pertinacia pugnaces neruos aduersus constantiam perspicuae ueritatis intendat?

27. An uero quisquam etiam hoc dicere audebit, quod ad paruulos haec sententia non pertineat possintque sine participatione corporis huius et sanguinis in se habere uitam, quia non ait 'qui non manducauerit', sicut de baptismo: qui non renatus fuerit, sed ait: si non manducaueritis, uelut eos alloquens qui audire et intellegere poterant, quod utique non ualent paruuli? sed qui hoc dicit, non adtendit, quia nisi omnes ista sententia teneat, ut sine corpore et sanguine filii hominis uitam habere non possint, frustra etiam aetas maior id curat. potest enim, si non uoluntatem, sed uerba loquentis adtendas, eis solis uideri dictum, quibus tunc dominus loquebatur, quia non ait 'qui non manducauerit', sed: si non manducaueritis. et ubi est quod eodem loco de hac ipsa re ait: panis, quem ego dedero, caro mea est pro saeculi uita? secundum hoc enim etiam ad nos pertinere illud sacramentum intellegimus, qui tunc nondum fuimus, quando ista dicebat, quia non possumus dicere ad saeculum nos non pertinere, pro cuius uita Christus suam carnem dedit. quis autem ambigat saeculi nomine homines significasse, qui nascendo in hoc saeculum ueniunt? nam, sicut alibi ait.

4 Ioh. 6, 54 10 cf. August. Ep. 186 (CSEL LVII 67). 182 (CSEL XXXXIV 720). Contra duas ep. Pel. II 7. De pecc. mer. III 4, 7. Tract. in Ioh. 26 (XXXV 1613 M) 12 Ioh. 3, 5 13 Ioh. 6, 54 20 Ioh. 6, 52

1 suscipiones *Lm1SG* conicetur absque *C* 2 quidạē *K* sancti *om. zbd* 3 quae *Sm1* rite] rectae *M* 4 manducaberitis *Gm1* 5 biberetis *b* 6 ad huc *K* ad hoc (*in mg.* ał adhuc) *b* respondere *Km1b* poterunt *b* 9 audeuit *C* 10 possitque *M* 14 prạeualent (*exp. m2*)*S* 15 nisi *s.l.Gm2* teneant *P* tenea∗t *A* 16 fili *LSVm1* 17 etiam] enim *S* maiori de urat *C* ad id *Lm2* currat *LSP* cur∗at *VG* 18 tunc (t *in ras.*)*V* 20 de eodem loco *S* ac *Gm1* 21 saeculi] mundi *b* 22 illum *C* 23 quia] qui *z* 25 homines eū (eū *s. l. m2 add.*)*L* significatos esse *d*

filii saeculi huius generant et generantur. ac per hoc etiam pro paruulorum uita caro data est, quae data est pro saeculi uita; et si non manducauerint carnem filii hominis, nec ipsi habebunt uitam.

28. Hinc est etiam illud: pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. qui credit in filium, habet uitam aeternam; qui autem incredulus est filio, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum. in quo igitur horum genere ponemus infantes? in eorum qui credunt in filium, an in eorum qui sunt increduli filio? 'in neutro', ait aliquis, 'quia cum adhuc credere non possunt, nec increduli deputandi sunt'. non hoc indicat ecclesiastica regula, quae baptizatos infantes fidelium numero adiungit. porro si isti, qui baptizantur, propter uirtutem celebrationemque tanti sacramenti, quamuis suo corde atque ore non agant quod ad credendum confitendumque pertineat, tamen in numero credentium computantur, profecto illi, quibus sacramentum defuerit, in eis habendi sunt qui non credunt filio; atque ideo si huius inanes gratiae corpore exierint, sequetur eos quod dictum est: non uidebunt uitam, sed ira dei manet super eos. et unde hoc, quando eos clarum est peccata propria non habere, si nec originali peccato teneantur obnoxii?

XXI. 29. Bene autem non ait: ira dei 'ueniet super eum', sed manet super eum. ab hac quippe ira, qua omnes sub peccato sunt, de qua dicit apostolus: fuimus enim et nos aliquando naturaliter filii irae sicut et ceteri, nulla res liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. haec gratia cur ad illum ueniat, ad illum non ueniat, occulta esse causa potest, iniusta non potest. numquid enim iniquitas apud deum? absit. sed prius sanctarum scripturarum auctoritatibus colla subdenda

1 Luc. 20, 34 5 Ioh. 3, 35. 36 14 cf. Rom. 10, 10 18 Ioh. 3, 36 22 Ioh. 3, 36 24 Eph. 2, 3 26 Rom. 7, 25 28 Rom. 9, 14

1 ac—habebunt uitam *om. Am1* 2 etiam *om. P* caro $\overline{\text{xpi}}$ *A* quia *A* 6 in *s.l.m2K* manū *M* manus *b* 9 ponimus *M* in filium dei *K* 10 in filio *L* 11 putandi sunt *VA* indicat (*in mg.* ał dicat)*b* 13 porro si *s. ras. m2G* si *s.l.m2L*, *om. SVPK* 14 oro *P* 16 illa *Va.c.* 18 uidebunt (habe *s.* uidę *m2*)*L* habebunt *d* 19 et *om. z Td* inde *M* 20 tenentur *KCb* 23 hoc *Vm1* 24 enim *om. KCMb* 25 et *om. S* 29 subdanda *A*

sunt, ut ad intellectum per fidem quisque perueniat. neque enim frustra dictum est: iudicia tua sicut multa abyssus. cuius abyssi altitudinem ueluti expauescens exclamat apostolus: o altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei! praemiserat quippe sententiam mirae profunditatis dicens: conclusit enim deus omnes in incredulitate, ut omnibus misereatur. cuius profunditatis ueluti horrore percussus; o altitudo, inquit, diuitiarumsapientiaeetscientiaedei!quaminscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius! quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius illius fuit? aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in saecula saeculorum amen. ualde ergo paruum sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudiciorum dei, ad discutiendam gratiam gratuitam, nullis meritis praecedentibus non iniquam, quae non tam mouet, cum praestatur indignis quam cum aeque indignis aliis denegatur.

30. Nam et hi, quibus uidetur iniustum, ut paruuli sine gratia Christi de corpore exeuntes non solum regno dei, quo et ipsi fatentur nisi per baptismum renatos intrare non posse, uerum etiam uita aeterna et salute priuentur, quaerentes quomodo iustum sit, ut alius ab originali impietate soluatur, alius non soluatur, cum eadem sit utriusque conditio, ipsi respondeant secundum sententiam suam, quomodo identidem iustum sit, ut huic praestetur baptismus, quo intret in regnum dei, illi non praestetur, cum sit utriusque par causa. si enim mouet, cur ex his duobus, cum ex aequo ambo sint

2 Ps. 35, 7 3 Rom. 11, 33 5 Rom. 11, 32 7 Rom. 11, 33—36

2 abyssus multa *Abd* 3 exclamans *C* 4 diuiciarū *s.l.m1G* 5 quippe] enim *b* enim *om. V* 6 ut omnium misereatur *rb* 7 perculsus *A* o altitudinem *z* 8 incomprehensibilia *C* 9 sunt *om. zd, sed cf. p. 29, 15* 10 illius] illi *KA* eius *Gm1CM* 11 ut retribueretur *LSVP* ut retribuetur *G* qnm *s.l.m2G* 13 ẹț in scła *V* paruulum *M* 14 iustitiam *in mg. P* 15 praecidentibus (e *s.* i *pr.*)*V* 18 hii *VA* *post* paruuli *eras. uid.* sine *in V* 19 regni (o *s.* i)*P* 20 etiam *s. eras.* tam̄ *Gm2* 21 querentes *L* 22 ab *om. KCM* alius non saluatur *Vm1A* 23 secundam (u *s.* a)*P* suam sententiam *bd* 24 hic *Vm1* baptismū *K* 25 intraret *S* pręstentur *LSVm1* 26 cum —quod ex duobus *om. K* aequo] eo quo *Lm1SVm1PGA*

originaliter peccatores, alius ab hoc uinculo soluitur, cui conceditur baptismus, alius non soluitur, cui talis gratia non conceditur, cur non taliter mouet, quod ex duobus originaliter innocentibus alius accepit baptismum, quo in regnum dei possit intrare, alius non accepit, ne ad regnum dei possit accedere? nempe in utraque causa ad illam exclamationem reditur: o altitudo diuitiarum! ex ipsis deinde baptizatis paruulis dicatur mihi, cur alius rapitur, ne malitia mutet intellectum eius, et alius uiuit impius futurus? nonne, si ambo raperentur, ambo in regnum caelorum ingrederentur? et tamen non est iniquitas apud deum. quid? illud quem non moueat, quem non in tanta altitudine exclamare conpellat, quod alii paruuli spiritu inmundo uexantur, alii nihil tale patiuntur, alii etiam in uteris matrum, sicut Hieremias, sanctificantur, cum omnes, si est originale peccatum, pariter rei sint, si non est, pariter innocentes sint? unde ista tanta diuersitas, nisi quia inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius?

XXII. 31. An forte illud iam explosum repudiatumque sentiendum est, quod animae prius in caelesti habitatione peccantes gradatim atque paulatim ad suorum meritorum corpora ueniant ac pro ante gesta uita magis minusue corporeis pestibus adfligantur? cui opinioni quamuis sancta scriptura apertissime contradicat, quae cum gratiam commendaret, nondum natis, inquit, nec qui aliquid egerint boni aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, quod maior seruiet minori, nec ipsi tamen qui hoc sentiunt euadunt huius quaestionis angustias, sed in eis

6 Rom. 11, 33 7 Sap. 4, 11 10 cf. II Par. 19, 7. Rom. 9, 14 12 cf. Luc. 6, 18
13 cf. Hier. 1, 5 15 Rom. 11, 33 17 cf. Retract. I 1 22 Rom. 9, 11. 12

1 conceditur (ce *s.ras.m2*)*G* 2 baptismus—conceditur *om. V* 3 taliter] pariter *ACMbd* **nocentibus *A* 4 accipit *utroque loco Lm2ACbd* 5 posset *M* in utramque causam *P* 6 redditur *M* 7 deinde ịnḍẹ *K* 9 rapirentur *A* grederentur *Lm1S* graderentur *V* ingredi mererentur *KC* 10 Quid illud? *b* illud *ex* aliud *Gm1* moueat? *b* 12 uexentur *LSVm1PG* etiam *s.l.m2G* 13 heremias *P* ieremias *K* geremias *G* hyeremias *M* 14 sunt *La.c.Ka.c.* 20 gesta uita] gestauit a *Lm1SVG* gesta uita (*all.* ta *s.l.m. rec.*)*P* minusde *M* 21 apertissime sca scriptura *KC* 22 gratiam *om. A* de nondum (de *s.l.m2*)*L* non dāpnatis *A* inquit natis *bd* neque qui (qui *s.l.m2*)*V* neque *LSPGA* 23 egerant *d*

coartati et haerentes similiter ‘o altitudo!‘ exclamare coguntur. unde enim fit, ut homo ab ineunte pueritia modestior, ingeniosior, temperantior, ex magna parte libidinum uictor, qui oderit auaritiam, luxuriam detestetur atque ad uirtutes ceteras prouectior aptiorque consurgat, [et] tamen eo loco sit, ubi ei praedicari gratia christiana non possit — quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent, quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante? — alius autem tardus ingenio, libidinibus deditus, flagitiis et facinoribus coopertus ita gubernetur, ut audiat, credat, baptizetur, rapiatur aut, si detentus hic fuerit, laudabiliter uiuat? ubi duo isti tam diuersa merita contraxerunt, non dico, ut iste credat, ille non credat, quod est propriae uoluntatis, sed ut iste audiat quod credat, ille non audiat — hoc enim non est in hominis potestate — ubi, inquam, haec tam diuersa merita contraxerunt? si in caelo egerunt aliquam uitam, ut pro suis actibus propellerentur uel laberentur in terras congruisque suae ante actae uitae corporeis receptaculis tenerentur, ille utique melius ante hoc mortale corpus uixisse credendus est, qui eo non multum meruit praegrauari, ut et bonum haberet ingenium et concupiscentiis eius mitioribus urgeretur, quas posset facile superare, et tamen eam sibi gratiam praedicari non meruit, qua sola posset a secundae mortis pernicie liberari; ille autem pro meritis deterioribus, sicut putant, grauiori corpori inplicitus et ob hoc cordis obtunsi, cum carnis inlecebris ardentissima cupidine uinceretur et per nequissimam uitam peccatis pristinis, quibus ad hoc uenire

6 Rom. 10, 14 22 cf. Apoc. 20, 6 sqq.

1 coartiti *A* coarctati *d* 2 ineunti *zbd* ingeniosi *Km1* 3 qui *in mg. m2L* 4 luxoriam *Sm1* detestatur (e *s.* a)*LVP m. rec.* detestatur *GA* de*testatur *S* abtiorque *Km1* raptiorque *A* 5 et *inclusimus* sint *A* gratiam P 6 enī *s. eras.* ergo *G* 7 credent ei quem *Md* 9 libidinosus *LVPGAT* libidinosis *S* 10 gubernatur *K* 11 hic *ante* uiuat *add. zd* iste *Lm1* ista (i *s.* a)*G* 14 *post* enim *eras.* ē *L* potestatem *LSM* 15 merita] materia *P* 16 propellentur *V* propelleretur *M* uel laberentur *om. V* laberetur *M* 17 actae *om. K* 18 credendū *P* qui eo] quae *C* 19 multo *M* 20 concupiscentibus *M* urgueretur *PGKAM* surgeretur *C* 22 a *om. Km1* 23 putant *s.l.Km2* corpore *Lm2* 24 obtonsi *L* obtusi *PKCbd* uinciretur *Vp.c.* uincerentur *M* 25 per *ex* pro *P* quibus *bis a.c.V*

meruerat, adderet peiora terrena, aut in cruce tamen audiuit: hodie mecum eris in paradiso, aut alicui cohaesit apostolo, cuius praedicatione mutatus et per lauacrum regenerationis saluus effectus est, ut ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia. quid hinc respondeant omnino non uideo, qui uolentes humanis coniecturis iustitiam dei defendere et ignorantes altitudinem gratiae fabulas inprobabiles texuerunt.

32. Multa enim dici possunt de miris uocationibus hominum, siue quas legimus siue quas experti sumus, quibus eorum opinio subuertatur, qui credunt ante ista corpora sua quasdam proprias uitas gessisse animas hominum, quibus ad haec uenirent pro diuersitate meritorum diuersa hic experturae uel bona uel mala. sed terminandi huius operis cura non sinit in his diutius inmorari. unum tamen, quod inter multa mirabile comperi, non tacebo. quis non secundum istos, qui ex meritis prioris uitae ante hoc corpus in caelestibus gestae animas terrenis corporibus magis minusue grauari opinantur, adfirmet eos ante istam uitam sceleratius inmaniusque peccasse, qui mentis lumen sic amittere meruerunt, ut sensu uicino pecoribus nascerentur, non dico tardissimi ingenio — nam hoc de aliis dici solet — sed ita excordes, ut etiam cirrati ad mouendum risum exhibeant cordatis delicias fatuitatis, quorum nomen ex graeco deriuatum moriones uulgus appellat? talium tamen quidam fuit ita christianus, ut, cum esset omnium iniuriarum suarum mira fatuitate patientissimus, iniuriam tamen nominis Christi uel in se ipso religionis,

1 Luc. 23, 43 3 cf. Tit. 3, 5. I Petr. 3, 21 4 cf. Rom. 5, 20 16 cf. Sap. 9, 15

1 addere *SVGPa.c.rec.m.* adhaeret *M* in *s.l.Gm2* odie *V* 3 mutatur (s *s.* ṛ *m. rec.*)*P* et] aut *P* est *SA* est et *M* saluus est *A* effectus est *om. Am1* 4 abunda *Gm1* et gratia *b* hic *V* huic *b* 5 humanis coniecturis uolentes *KC* uolentis *Lm1* 8 multę *A* de miris] demissis *M* 10 sua* *L* suas *KCM* proprias uitas (*utrumque* s *s.l.*)*Lm1* propria sua uitas *S* propria suauitas *G* propria suaùitate (te *s.l.m2*)*V* 12 merito**rum *G* diuersę (ae)*PG* 13 operọs (i *s.* ọ)*G* cura (*in mg.* ał causa) *b* hiis *A* 15 iustos *A* ex] ob *KC* merita *Km2* 16 magṇis *K* grauiori *M* affirme*t *K* 18 uicini *A* 20 excordes sunt *M* ut *om. M* cirriti *Vm2* curati *b et cod. Vatic. 445* āmouendum (*om.* ad)*K* risu *C* 21 cordates *Vm1* et nomen *M* greco *z* deribatum *SVm1* diribatum *Gm1* 22 moriones (e *s. pr.* o)*V* ¬uulcis appellant *C* ita *om. zb* 24 $\overline{\text{xpi}}$ nominis *zMTbd* uel religionis *A* *post* religionis *add.* reuerentia *b*

qua inbutus erat, sic ferre non posset, ut blasphemantes uidelicet cordatos, a quibus haec ut prouocaretur audiebat, insectari lapidibus non desisteret nec in ea causa uel dominis parceret. tales ergo praedestinari et creari arbitror, ut qui possunt intellegant dei gratiam et spiritum, qui ubi uult spirat, ob hoc omne ingenii genus in filiis misericordiae non praeterire itemque omne ingenii genus in gehennae filiis praeterire, ut qui gloriatur in domino gloriet-tur. illi autem qui pro meritis uitae superioris accipere quasque animas diuersa terrena corpora adfirmant, quibus aliae magis, aliae minus grauentur, et pro eisdem meritis humana ingenia uariari, ut acutiora sint quaedam et alia obtunsiora, proque ipsius uitae superioris meritis diuinam quoque gratiam liberandis hominibus dispensari, quid de isto poterunt respondere? quomodo ei tribuent et teterrimam uitam superiorem, ut ex hoc fatuus nasceretur, et tam bene meritam, ut ex hoc in Christi gratia multis acutissimis praeferretur?

33. Cedamus igitur et consentiamus auctoritati sanctae scripturae, quae nescit falli nec fallere, et, sicut nondum natos ad discernenda merita eorum aliquid boni uel mali egisse non credimus, ita omnes sub peccato esse, quod per unum hominem intrauit in mundum et per omnes homines pertransiit, a quo non liberat nisi gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum, minime dubitemus.

XXIII. Cuius medicinalis aduentus non est opus sanis, sed aegrotantibus, quia non uenit uocare iustos, sed peccatores, in cuius regnum non intrabit nisi qui renatus fuerit ex aqua et spiritu

5 cf. Ioh. 3, 8 7 I Cor. 1. 31. II Cor. 10, 17 18 cf. Rom. 9, 11 20 cf. Rom. 5, 12 21 Rom. 7, 25 23 cf. Luc. 5, 31. 32 25 cf. Ioh. 3, 5

1 posse *S* 3 dominus *Km1* ego *M* 4 praetistinari *Km1* praedistinari *Gm1* 6 praeterisse *zAT* ingenii (in *s. l. m2*) *K* 7 gloriantur *M* glorientur *M* 8 uitae meritis *b* quas *Lm1* quasquas *Lm2SVPGAb* 9 terrena] in terra (in *add. m2*) *L* terra *SP* 10 ingenua *Km1* uariant *LSPG* ueniant *V* 11 cautiora *z* alii *M* obtonsiora *Lm1* obtusiora *Pbd* 12 superioribus *PGm2* liberantis *Km1* 13 tribuant (e *s.* a) *G* 14 et] ex *z*, om. *b* teterrima uita *Vm2* superiorem uitam *KAM* 15 ex hoc *pon. ante* tam *KC* meritum *P* in *om. V* gratiam *M* a*cutissimis *K* 16 p̄feretur *Km1C* 17 igitur *ex* ergo *Gm2* auctoritati*VM* 18 nec] uel *M* n̄ec̣dum *P* necdum *KC* 22 nostrum *om. LSG* Christum *om. C* *post* Christum *add.* nasci *b* 23 sanis medicus *M* 24 non conuenit *K* 25 intrauit *Lm1SVm1Gm1AM* quis *Sp. c.CM* quiṣ *GK*

nec praeter regnum eius salutem ac uitam possidebit aeternam, quoniam qui non manducauerit carnem eius et qui incredulus est filio, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum. ab hoc peccato, ab hac aegritudine, ab hac ira dei, cuius naturaliter filii sunt, qui etiam si per aetatem non habent proprium, trahunt tamen originale peccatum, non liberat nisi agnus dei qui tollit peccata mundi, non nisi medicus qui non uenit propter sanos, sed propter aegrotos, non nisi saluator, de quo dictum est generi humano: natus est uobis hodie saluator, non nisi redemptor, cuius sanguine deletur debitum nostrum. nam quis audeat dicere non esse Christum infantium saluatorem nec redemptorem? unde autem saluos facit, si nulla in eis est originalis aegritudo peccati? unde redimit, si non sunt per originem primi hominis uenundati sub peccato? nulla igitur ex nostro arbitrio praeter baptismum Christi salus aeterna promittatur infantibus, quam non promittit scriptura diuina humanis omnibus ingeniis praeferenda.

XXIV. 34. Optime punici Christiani baptismum ipsum nihil aliud quam salutem et sacramentum corporis Christi, nihil aliud quam uitam uocant. unde, nisi ex antiqua, ut existimo, et apostolica traditione, qua ecclesiae Christi insitum tenent praeter baptismum et participationem mensae dominicae non solum ad regnum dei, sed nec ad salutem et uitam aeternam posse quemquam hominum peruenire? hoc enim et scriptura testatur secundum ea quae supra diximus. nam quid aliud tenent qui baptismum nomine salutis appellant, nisi quod dictum est: saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et quod Petrus ait: sic et uos simili forma baptisma saluos facit? quid aliud etiam qui sacramentum mensae

2 cf. Ioh. 6, 54 cf. Ioh. 3, 36 4 cf. Eph. 2, 3 6 Ioh. 1, 29
8 Luc. 2, 11 13 cf. Rom. 7, 14 20 cf. Marc. 16, 16. Ioh. 3, 5. I Cor. 10, 16
25 Tit. 3, 5 26 I Petr. 3, 21

1 hac *L* 2 est] fuerit *b* 3 nec (c *s.l.m 2*)*V* habet *z* manebit *M*
4 iram *S* fili *S* 5 si per] super *V* 6 dei *om. K* 9 hodie uobis *A*
redemtor *V* saluator *KC* deleretur *LSPG* deleṛetur *V* 11 infantum *K*
facit *s.l.Gm2* 12 redemit *Lm1SV Pm1* redimet *Km1* 13 uenumdati *bd*
15 promittitur infantibus *Lm1SP* 16 proferenda *V* 18 saluam *SV*
19 extimo *SVm1* ęstimo *AM* et *om. A* 20 quae *SPG* qua* *VM* tenet *M*
21 dom. mensae *b* non solum non *b* 22 omiu *A* 23 et *om. Gm1KA*
ante scriptura *eras.* ē *K* 26 quod] *add.* et *A* similis *M* baptismum *M*
saluos facit baptisma *KC* 27 faecit *V* quid (d *s.l.m2*)*L*

dominicae uitam uocant, nisi quod dictum est: ego sum panis uiuus, qui de caelo descendi, et: panis, quem ego dedero, caro mea est pro saeculi uita, et: si non manducaueritis carnem filii hominis et sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis? si ergo, ut tot et tanta diuina testimonia concinunt, nec salus nec uita aeterna sine baptismo et corpore et sanguine domini cuiquam speranda est, frustra sine his promittitur paruulis. porro si a salute ac uita aeterna hominem nisi peccata non separant, per haec sacramenta non nisi peccati reatus in paruulis soluitur, de quo reatu scriptum est neminem esse mundum, nec si unius diei fuerit uita eius. unde est et illud in Psalmis: ego enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis mater mea me in utero aluit; aut enim ex persona generali ipsius hominis dicitur aut, si proprie Dauid hoc de se dicit, non utique de fornicatione, sed de legitimo conubio natus fuit. non itaque dubitemus etiam pro infantibus baptizandis sanguinem fusum, qui priusquam funderetur, sic in sacramento datus est et commendatus, ut diceretur: hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. negant enim illos liberari, qui sub peccato esse nolunt fateri. nam unde liberantur, si nulla seruitute peccati tenentur obstricti?

35. Ego, inquit, lux in saeculum ueni, ut omnis, qui crediderit in me, non maneat in tenebris. hoc dicto quid ostendit nisi in tenebris esse omnem qui non credit in eum et credendo efficere, ne maneat in tenebris? has tenebras quid nisi peccata intelleginus? sed quodlibet aliud intellegantur hae tenebrae, profecto qui non credit in Christum manebit in eis, et utique poenales sunt, non quasi nocturnae ad quietem animantium necessariae.

1 Ioh. 6, 51 2—5 Ioh. 6, 52. 54 8 cf. Esai. 59, 2 10 Iob 14, 5 12 Ps. 50, 7 18 Matth. 26, 28 22 Ioh. 12, 46

2 uiuuus *V* uitae *b* 4 fili *LS* 5 ut *s.l.Gm2* 6 sine *om. Vm1* et corpore et ꝯporꝯ sanguine (*exp. m1*)*G* 7 hi*s *A* 11 ei** *K* 12 *pr.* in *om. AC* 13 a*luit *V* aut] $\overline{\text{A}}$ *G* 14 propriae *SV* propria *K* de se Dauid hoc *bd* hoc *om. A* 15 conubio legitimo *A* 16 baptizatis (*in mg.* ał baptizandis) *b* 17 fundaretur *Lm1SV* est *post* commendatus *KAMb* cōmodatus *P* 19 remissione *VKCM* 20 fatari (c *s.* a)*G* 22 ego enim *KC* 24 credidit *A* 25 *post* has *eras.* eni *K* 26 intellegamus *Km1* hę*(c *eras.*)*L* hc *V* haec *S* 27 in $\overline{\text{xpo}}$ *z* 28 quicte *Pm1*

XXV. Proinde paruuli, si per sacramentum, quod ad hoc diuinitus institutum est, in credentium numerum non transeant, profecto in his tenebris remanebunt.

36. Quamuis eos nonnulli mox natos inluminari credant sic intellegentes quod scriptum est: erat lumen uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. quod si ita est, multum mirandum est, quomodo inluminati ab unico filio, quod erat in principio uerbum deus apud deum, non ammittantur ad regnum dei nec sint heredes dei, coheredes autem Christi. hoc enim eis nisi per baptismum non praestari etiam qui hoc sentiunt confitentur. deinde iam inluminati, si ad consequendum regnum dei nondum sunt idonei, saltem ipsum baptismum, quo ad hoc idonei fiunt, laeti suscipere debuerunt; cui tamen eos uidemus cum magnis fletibus reluctari eamque ignorantiam in illa aetate contemnimus, ut sacramenta, quae illis prodesse nouimus, in eis etiam reluctantibus compleamus. cur enim et apostolus dicit: nolite pueri esse mentibus, si iam lumine illo uero, quod uerbum dei est, eorum mentes inluminatae sunt?

37. Itaque illud, quod in euangelio positum est: erat lumen uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, ideo dictum est, quia nullus hominum inluminatur nisi illo lumine ueritatis, quod deus est, ne quisquam putaret ab eo se inluminari, a quo aliquid audit ut discat, non dico, si quemquam magnum hominem, sed nec si angelum ei contingat habere doctorem. adhibetur enim sermo ueritatis extrinsecus uocis ministerio corporalis, uerum tamen neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. audit quippe homo dicentem uel hominem uel angelum; sed ut sentiat et cognoscat uerum esse quod dicitur, illo lumine intus mens eius aspergitur, quod aeternum

5 Ioh. 1, 9 8 cf. Ioh. 1, 1 9 cf. Rom. 8, 17 16 I Cor. 14, 20
17 cf. Ioh. 1, 9.1 19 Ioh. 1, 9 23 cf. Ioh. 6, 45 26 I Cor. 3, 7

1 adhuc *Lm1SVPG* 2 numeṛorum *S* 4 natus *Lm1* credunt *Km1* 8 deus uerbum deus *AM* admittantur *S* (d *s.* m), *VKm2AMT* 10 nisi *om. K* non nisi *b* n̄ *eras. K*, *om. b* 11 iam *om. C* luminati *A* inluminatis (*om.* si) *M* 12 saltim *PGKm1A* a quo *M* 13 uidimus *M* 16 nolite (te *s.l.m1*) *V* 17 illo lumine *b* illi (o *s. alt.* i) *V* illuminatae sunt eorum mentes *b* 22 nec *M* 23 aliquid *om. zd* 24 sed *om. z* rec̣torem (*in mg. m1* doc) *P* 25 uoci *V* misterio *Km1* 27 hominem *M*

manet, quod etiam in tenebris lucet. sed sicut sol iste a caecis, quamuis eos suis radiis quodam modo uestiat, sic ab stultitiae tenebris non conprehenditur.

38. Cur autem, cum dixisset: quod inluminat omnem hominem, addiderit: uenientem in hunc mundum — unde haec opinio nata est, quod in exortu corporali ab utero matris recentissimo inluminet mentes nascentium paruulorum —, quamuis in graeco ita sit positum, ut possit intellegi etiam ipsum lumen ueniens in hunc mundum, tamen, si hominem uenientem in hunc mundum necesse est accipi, aut simpliciter dictum arbitror, sicut multa in scripturis repperiuntur, quibus etiam detractis nihil sententiae minuatur, aut, si propter aliquam distinctionem additum esse credendum est, fortasse hoc dictum est ad discernendam spiritalem inluminationem ab ista corporali, quae siue per caeli luminaria siue quibusque ignibus inluminat oculos carnis, ut hominem interiorem dixerit uenientem in hunc mundum, quia exterior corporeus est, sicut hic mundus, tamquam diceret: 'inluminat omnem hominem uenientem in corpus' secundum illud quod scriptum est: sortitus sum animam bonam et ueni in corpus incoinquinatum. aut ergo sic dictum est, si distinctionis alicuius gratia dictum est, inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, tamquam dictum esset: 'inluminat omnem interiorem hominem', quia homo interior, cum ueraciter fit sapiens, non nisi ab illo inluminatur, quod est lumen uerum; aut, si rationem ipsam, qua humana anima rationalis appellatur, quae ratio adhuc uelut quieta et quasi sopita, tamen insita et quodam modo inseminata in paruulis latet, inluminationem uoluit appellare tamquam interioris oculi creationem, non resistendum est tunc eam fieri, cum anima creatur, et non absurde hoc

1 cf. Ioh. 1, 5 4 Ioh. 1, 9 18 Sap. 8, 19. 20 20 Ioh. 1, 9 23 cf. Ioh. 1, 9

1 *post* caecis *add.* non uidetur *b* 2 quodam modo suis radiis *KC* *ad* uestiat *in mg. m2 add.* non uidetur *V* sic (c *s.l.m2*)*V* 5 hec (e *ex* o)*V* 7 mentes *om. A* nascentiū *in ras. m2G* greco *zK* 8 etiam intelligi *d* lumen ipsum *zbd* 10 accipiant (*om.* aut)*M* 11 reperiuntur *PGr* 14 ad ista *Vm1* quibus *A* 15 ut] et *A* 17 tamquam] *add.* hic (o *s.* i *m2*)*L* 19 inquoinquinatum *Lm1SV* 20 si —dictum est *in mg. Km2* distinctiones *Vm1* dictionis *M* 22 omnem *s.l.Km2* hom. inter. *b* 23 qui *d* 24 quā propter (propter *s.l.m2add.*)*L* quam *SG* 25 apellatur *saepius K* uelut *om. KC* 26 et *om. V* quod amodo *C* quod admodo *M* 27 creatione *C* 28 de hoc *b*

intellegi, cum homo uenit in mundum. uerum tamen etiam ipse quamuis iam creatus oculus necesse est in tenebris maneat, si non credat in eum qui dixit: ego lux in saeculum ueni, ut omnis qui credit in me non maneat in tenebris. quod per sacramentum in paruulis fieri non dubitat mater ecclesia, quae cor et os maternum eis praestat, ut sacris mysteriis inbuantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam nec ore proprio confiteri ad salutem. nec ideo tamen eos quisquam fidelium fideles appellare cunctatur, quod a credendo utique nomen est, quamuis hoc non ipsi, sed alii pro eis inter sacramenta responderint.

XXVI. 39. Nimis longum fiet, si ad singula testimonia similiter disputemus. unde commodius esse arbitror aceruatim multa congerere, quae occurrere potuerint uel quae sufficere uidebuntur, quibus appareat dominum Iesum Christum non aliam ob causam in carne uenisse ac forma serui accepta factum oboedientem usque ad mortem crucis, nisi ut hac dispensatione misericordissimae gratiae omnes, quibus tamquam membris in suo corpore constitutis caput est ad capessendum regnum caelorum, uiuificaret, saluos faceret, liberaret, redimeret, inluminaret, qui prius fuissent in peccatorum morte, languoribus, seruitute, captiuitate, tenebris constituti, sub potestate diaboli principis peccatorum, ac sic fieret mediator dei et hominum, per quem post inimicitias impietatis nostrae illius gratiae pace finitas reconciliaremur deo in aeternam uitam ab aeterna morte quae talibus inpendebat erepti. hoc enim cum abundantius apparuerit, consequens erit, ut

3 Ioh. 12, 46 7 cf. Rom. 10, 10 14 cf. I Ioh. 4, 2. II Ioh. 7 15 cf. Phil. 2, 7. 8 17 cf. Col. 1, 18. Eph. 5, 23 21 cf. I Tim. 2, 5 22 cf. Rom. 5, 10

1 homo] ho (*in mg. m2* hunc)*V* 2 necesse est ut *b* ē *s.l.Gm2* t∗enebris *G* 3 ego sum lux *S* saeculum] mundum *M* 4 quod per sacr. non dub. in paruulis (paruulos *C*) fieri mater *KC* *post* sacr. *add.* baptismatis *bd̄* 5 dubitet *M* cor et os] correctos *Lm1SVPGM* et os *om. b* 8 filium *Km1* 9 cunctantur *S* cuncta∗tur *K* 10 ipsis *M* ipsis sed aliis *A* ipsi sed aliis *C* 11 si *add. m2K* similiter] fideliter *A* 12 acerbatim *Lm1VGm1C* acerbatum *S* multa congerere] cogere *zbd*, *sed cf. p. 38, 17* 14 xp̄m ih̄m *V* in carnem *M* 15 ac *s. exp.* et *Gm2* 16 haec *V* misericordissima egregię (*om.* gratiae)*A* quibus *om. Gm1* 17 suo *om. zb* ad capescendum *Lm1SVm1PGAC* 19 langoribus *LGm1* 20 costituti *Gm1* principes *M* 21 si *Km1* 22 gratia et pace *KA* gratiae et pace *CM* 23 aeternū *Vm1* aeterna uita ab ineterna *A* impediebat (i *alt. s.l.m2*)*V*

ad istam Christi dispensationem, quae per hanc eius humilitatem facta est, pertinere non possint, qui uita, salute, liberatione, redemptione, inluminatione non indigent. et quoniam ad hanc pertinet baptismus, quo Christo consepeliuntur, ut incorporentur illi membra eius, hoc est fideles eius, profecto nec baptismus est necessarius eis, qui illo remissionis et reconciliationis beneficio, quae fit per mediatorem, non opus habent. porro quia paruulos baptizandos esse concedunt, qui contra auctoritatem uniuersae ecclesiae procul dubio per dominum et apostolos traditam uenire non possunt, concedant oportet eos egere illis beneficiis mediatoris, ut abluti per sacramentum caritatemque fidelium ac sic incorporati Christi corpori, quod est ecclesia, reconcilientur deo, ut in illo uiui, ut salui, ut liberati, ut redempti, ut inluminati fiant. unde, nisi a morte, uitiis, reatu, subiectione, tenebris peccatorum? quae quoniam nulla in ea aetate per suam uitam propriam commiserunt, restat originale peccatum.

XXVII. 40. Haec ratiocinatio tunc erit fortior, cum ea quae promisi testimonia multa congessero. iam supra posuimus: non ueni uocare iustos, sed peccatores. item cum ad Zaccheum esset ingressus: hodie, inquit, salus domui huic facta est, quoniam et iste filius est Abrahae. uenit enim filius hominis quaerere et saluare quod perierat. hoc et de oue perdita et relictis nonaginta nouem quaesita et inuenta, hoc et de dragma quae perierat ex decem. unde oportebat, ut dicit, praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. Marcus etiam in fine euangelii sui dominum dixisse testatur: euntes in mundum uniuersum praedicate euangelium omni

4 cf. Rom. 6, 4. Col. 2, 12 11 cf. Eph. 1, 22. 23. 5, 23. I Cor. 12, 27 17 Luc. 5, 32 19 Luc 19, 9. 10. Matth. 18, 11 21 cf. Luc. 15, 3—10 23 Luc. 24, 46. 47 26 Marc. 16, 15. 16

1 hanc *om. zbd* 2 possunt *Km1* possent *M* quia *M* 3 baptismum *z* per baptismum *b* 6 illa *M* beneficia *M* 7 qui *Km2* 9 concedant** *L* concedantur *V* 10 illis (o *s.* i *m1*) *L* obliti *Lm1SVG* ablati *Km1* oblati *Km2A1CMb* 11 incorporiti *Vm1* 13 redemti *A* 14 nulla in ea] in*illa *A* 15 propria *V* restat—peccatum *om. M* peccatorum *V* 17 promisi* *LVG* promisit *S* 18 zacheum *VKA* zacchaeum *CT* 20 *abrahae *G* abrae *A* uenit enī (t enī *s.l.m2*) *K* 21 saluum facere *Km1* hęc *A* 22 derelictis *G* 23 drachma *bd* decim *PG* p̄dicare *A* 25 ierusalem *CM* ierłm *A*

creaturae. qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit; qui uero non crediderit, condemnabitur. quis autem nesciat credere esse infantibus baptizari, non credere autem non baptizari? ex Iohannis autem euangelio quamuis iam nonnulla posuerimus adtende etiam ista. Iohannes Baptista de illo: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi; et ipse de se ipso: qui de ouibus meis sunt uocem meam audiunt, et ego noui illas et secuntur me; et ego uitam aeternam do illis et non peribunt in aeternum. quia ergo de ouibus eius non esse incipiunt paruuli nisi per baptismum, profecto, si hoc non accipiunt, peribunt; uitam enim aeternam, quam suis dabit ouibus, non habebunt. item alio loco: ego sum uia, ueritas et uita; nemo uenit ad patrem nisi per me.

41. Hanc doctrinam suscipientes apostoli uide quanta contestatione declarent. Petrus in prima epistola: benedictus est, inquit, deus, pater domini nostri Iesu Christi, secundum multitudinem misericordiae suae qui regenerauit nos in spem uitae aeternae per resurrectionem Iesu Christi, in hereditatem inmortalem et intaminatam, florentem, seruatam in caelis uobis, qui in ueritate dei conuersamini per fidem in salutem paratam palam fieri in tempore nouissimo. et paulo post: inueniamini, inquit, in laudem et honorem Iesu Christi, quem ignorabatis, in quem modo non uidentes creditis, quem cum uideritis exultabitis gaudio inenarrabili et honorato gaudio percipientes testamentum fidei, salutem animarum

5 Ioh. 1, 29 7 Ioh. 10, 27. 28 12 Ioh. 14, 6 15 I Petr. 1, 3—5 22 I Petr. 1, 7—9

1 *ante* qui *add.* et *LSPG* 2 damnabitur *K* autem] enim *KT* 3 non credere—baptizari *om. M* 5 attendere *Sm1* iohannis *Sm2M* baptistę *AM* Baptista inquit *b* 7 audient *K* 8 cognoui *M* sequuntur *rbd* et *om. LVPGb* 9 quoniam *b* esse non *b* 10 baptismate *K p.c.* 11 enim *om. KA* suis] uis *V* 12 sū (ū *s.l.m2*)*G* et ueritas *K* uita *ex* uera *V* 13 ad (d *s.l.m2*) *L* 15 epistula *SV* est *om. SAbd* 16 et pater *GKACbd* 17 qui *om. M* 18 in] per *KC* spe *z* 19 mortalem *Vm1* incontaminatam *Sm2Vm2ACbd* 20 ueritate] uirtute *d*, *b* (*in mg.* ał ueritate) dei *in mg. m2G* conseruamini *Ad*, *b* (*in mg.* ał conuersamini) 21 fieri item in temp. *M* 23 in *s.l.m2K* 25 exultabitis] gaudebitis *b* gaudia *fin. M*

uestrarum. item alio loco: uos autem, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in adoptione, ut uirtutes enuntietis eius qui uos de tenebris uocauit in illud admirabile lumen suum. etiterum: Christus, inquit, pro peccatis nostris passus est, iustus pro iniustis, ut nos adducat ad deum. item cum commemorasset in arca Noe octo homines saluos factos: sic et uos, inquit, simili forma baptisma saluos facit. ab hac ergo salute et lumine alieni sunt paruuli et in perditione ac tenebris remanebunt, nisi per adoptionem populo dei fuerint sociati tenentes Christum passum iustum pro iniustis, ut eos adducat ad deum.

42. Ex epistola etiam Iohannis haec mihi occurrerunt, quae huic quaestioni necessaria uisa sunt. quodsi in lumine, inquit, ambulauerimus, sicut et ipse est in lumine, societatem habemus in inuicem et sanguis Iesu filii eius purgabit nos ab omni delicto. item alio loco: si testimonium, inquit, hominum accipimus, testimonium dei maius est, quia hoc est testimonium dei. qui crediderit in filium dei, habet testimonium in semet ipso. qui non crediderit deo, mendacem facit eum, quia non credidit in testimonium, quod testificatus est de filio suo. et hoc est testimonium, quia uitam aeternam dedit nobis deus, et haec uita in filio eius est. qui habet filium, habet uitam; qui non habet filium, non uitam habet. non solum igitur regnum caelorum, sed nec uitam paruuli habebunt, si

1 I Petr. 2, 9 4 I Petr. 3, 18 6 cf. I Petr. 3, 20 7 I Petr. 3, 21 10 cf. I Petr. 3, 18 13 I Ioh. 1, 7 16 I Ioh. 5, 9—12

2 populus adquisitionis in adopt. *K* adoptionem *M* 3 uirtute *Gm1* enuntiemus *Lm1Pm1SVGACM* adnuntiemus *K* nos *KAM*, *om. C* uocabit *A* 4 illud *om. zbd* ammirabile *SVPGA* inquit xps *K* 5 pro *om. A* iustus] uirtus (*in mg.m2* iustus) *V* pro iniustus *S* 6 ad dnm *A* deo *M* archa *K* 8 baptismi *Km2ACT* ergo *in mg. P* 10 *post* iustum *eras.* et *L* 12 epistula *Vm1* 14 et *om. Gm1AC* in lumine est *K* 15 Iesu Christi *d* fili *M* purgauit *A* purgat *KC* 18 *post* dei *add.*: quod maius est, quia iustificatus est de filio suo (suo *om. b*) *bd* credit *S* 19 testimonium dei *K* 20 crediderit *S* 22 nobis dedit *KC* 24 non habet uitam *Cbd*

filium non habebunt, quem nisi per baptismum eius habere non possunt. item alio loco: in hoc, inquit, manifestatus est filius dei, ut soluat opera diaboli. non ergo pertinebunt parunli ad gratiam manifestationis filii dei, si non in eis soluet opera diaboli.

43. Iam nunc adtende in hanc rem Pauli apostoli testimonia tanto utique plura, quanto plures epistolas scripsit et quanto diligentius curauit commendare gratiam dei aduersus eos, qui operibus gloriabantur atque ignorantes dei iustitiam et suam iustitiam uolentes constituere iustitiae dei non erant subditi. in epistola ad Romanos: iustitia, inquit, dei in omnes qui credunt; non enim est distinctio. omnes enim peccauerunt et egent gloriam dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quae est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae eius propter propositum praecedentium peccatorum in dei patientia, ad ostendendam iustitiam ipsius in hoc tempore, ut sit iustus et iustificans eum, qui ex fide est Iesu. item alio loco: ei qui operatur, inquit, merces non inputatur secundum gratiam, sed secundum debitum; ei uero qui non operatur, credit autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. sicut et Dauid dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus: ‘beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. beatus uir, cui non inputauit dominus peccatum‘. item paulo post: non est autem scriptum,

2 I Ioh. 3, 8 8 cf. Rom. 10, 3 10 Rom. 3, 22—26 18 Rom. 4, 4—8
24 Ps. 31, 1. 2 26 Rom. 4, 23—25

1 habent *A* eius *om. A* 2 manifestus *b* 3 saluat *Vm1 Pm1* dissoluat *b* di (*in mg. m1* diaboli) *A* 4 soluat *b* 5 in] ad *b* hac *Cm1* paulo apostolo *Gm1* 6 pluras *A* epistolas (u *s.* o) *SV* 7 de (*s.l.m2*) operibus *L,b* 8 et *om. Gm1* iustitiam *om. d* 9 iustitia *Lm1 Vm1* iustiam *S* subiecti *zbd* epistula *Vm1* epystola *K* 10 omnes] homines (i *s.l.*) *V* 11 addistinctio *V* eger *A* 12 gloria *Lm2VKm2CMd* gratia *b* di *G* 13 quae] qui *A* 14 propitiatorem *Lm2b* ipsius] istius *in ras. V* 15 iustitiaei *V* positum *Vm1* remissionem *b* 16 patientiam *zC* 18 iustificatus *A* 19 putatur *Km1* 22 fides] *add.* eius *Kd* 24 iniquitates sunt *K* 25 inputabit *KA*

inquit, propter illum tantum, quia deputatum est illi, sed et propter nos, quibus deputabitur credentibus in eum, qui excitauit Iesum Christum dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. et paulo post: si enim Christus, inquit, cum infirmi essemus adhuc, iuxta tempus pro impiis mortuus est. et alibi: scimus, inquit, quia lex spiritalis est; ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. quod enim operor, ignoro; non enim quod uolo, hoc ago, sed quod odi, illud facio. si autem quod nolo, hoc facio, consentio legi, quoniam bona. nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. uelle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. non enim quod uolo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. si autem quod nolo, ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. inuenio ergo legem mihi uolenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. dicant qui possunt hominem nasci nisi in corpore mortis huius, ut possint etiam dicere non ei necessariam gratiam dei per Iesum Christum, qua liberetur de cor-

6 Rom. 5, 6 7 Rom. 7, 14—25

1 pro *Gm1* illi ad iustitiam *b* .2 quibus] quidem *b* 6 xpe *A* 7 mortuis *b* 9 uenumdatus *bd* 10 quod inquit uolo *A* *odi *VK* 11 bona est *ACb* 12 non iam *d* non *s.l.Vm2Km2* 13 quo *A* non *om. M* hoc] id *bd* 14 nam uelle enim *A* nam bonum uelle *b* nam uelle *d* 15 inuenio *om. CMT* non enim *s.l.Km2* 17 hoc *om. S* 18 ergo] igitur *bd* uolenti mihi *A* 22 *pr.* legē *Lm1SPG* lege *Vm1* legis *C* captiuante *LS* *alt.* legem *LV* 23 meis *om. b* liberauit *SC* 24 nisi gratia *G* 25 dominum nostrum *om. A* hominēs (*sic*)*L* hominēs *V* homines *SPGbd* 26 nisi] non nisi *b* non *d* mortis *s. exp.* xpi *Vm2* eis *bd* 27 necessaria gratia *A* qui *Lm1* quia *S* qu*a *V* liberet *A* liberentur *bd*

pore mortis huius. item paulo post: quod enim inpossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum misit in similitudine carnis peccati et de peccato damnauit peccatum in carne. dicant qui audent oportuisse nasci Christum in similitudine carnis peccati, nisi nos nati essemus in carne peccati.

44. Item ad Corinthios: tradidi enim uobis in primis, inquit, quod et accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. item ad eosdem Corinthios in secunda: caritas enim Christi conpellit nos iudicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt et pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem et, si noueramus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. si qua igitur in Christo, noua creatura; uetera transierunt, ecce facta sunt noua. omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum et dedit nobis ministerium reconciliationis. quemadmodum? quia deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum et ponens in nobis uerbum reconciliationis. pro Christo ergo legatione fungimur tamquam deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo reconciliari deo. eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. cooperantes autem et rogamus, ne in uacuum gratiam dei suscipiatis. dicit enim: tempore acceptabili exau-

1 Rom. 8, 3 7 I Cor. 15, 3 10 II Cor. 5, 14—6, 2

2 est *Gm1* legi *Ab* 3 similitudinē *AM* 4 audient *K* audient *A* 5 simlitudinē *A* 8 inquit *om. M* 11 quoniam si *bd* 12 mortuus est xps *PAd* 13 ut et *b* 15 nouissimus *Sm1* noumus *Gm1* etsi *b* nouerimus *Lm1Ga.c.* 16 nunt *Vm1* 17 creatur *Lm1S* creatur* *G* 18 sunt] *add.* omnia *d* 20 quemadmodum? quia] qmquidem *A* 21 reconcilias *Km1* 23 pro—tamquam *in mg.Lm2* per *Vm1* legationē *M* 24 exortante *SVm1PGKAM* per xpo *V* 25 reconciliare *Km1* 26 ipso] illo *b* 27 et *om. Ab* 28 rescipiatis *A* acceptabile *V* accepto *A*

diui te et in die salutis adiuui te. ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. ad hanc reconciliationem et salutem si non pertinent paruuli, quis eos quaerit ad baptismum Christi? si autem pertinent, inter homines mortuos sunt, pro quibus ille mortuus est, nec ab eo reconciliari et saluari possunt, nisi dimissa non reputet delicta eorum.

45. Item ad Galatas: gratia uobis et pax a deo patre et domino Iesu Christo, qui dedit semet ipsum pro peccatis nostris, ut eximeret nos de praesenti saeculo maligno. et alio loco: lex transgressionis gratia proposita est, donec ueniret semen cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. mediator autem unius non est; deus uero unus est. lex ergo aduersus promissa dei? absit! si enim data esset lex, quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

46. Ad Ephesios etiam: et uos, cum essetis mortui delictis et peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus eius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae, in quibus et nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostrae, facientes uoluntatem carnis et affectionum, et eramus naturaliter filii irae sicut et ceteri; deus autem, qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem, qua dilexit nos et, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. et paulo post:

7 Gal. 1, 3. 4 10 Gal. 3, 19—22; cf. Retract. I 23. II 50 (Knoell)
18 Eph. 2, 1—5

2 ecce *s. exp.* en *Km2* 3 quid (d *s.l.m2*)*V* eos *s.l.Km2* queret *M* 4 homines (h *et* i *ras.*) *L* om *K* oms *ACM* mortui *zb* 5 demissa *A* remissa *b* 6 non *om. b* 7 galathas *VPGb* 8 dno nro *M* 9 eximetur *Vm1* 10 lex *s.l.m2K* proposita (pro *ras.*) *V* posita *b* 11 disposita est *A* disposita *b* 13 unus *Va.c.* uero] autem *KC* ergo] uero *Lm1SVPG* 15 possit *KC* 18 efesios *K* effesios *A* 20 hius *La.c.* principes *Gm1* 21 aeris huius *A* eius *om. A* 22 omnes et nos *A* omnes nos *V* 24 uoluntates *A* affectionē *K* 25 fili *Lm1* qui *om.K* diuis *Lm1* 27 et *om. A* conuificauit *G* uiuificauit *A* 28 salui facti sumus *b*

gratia, inquit, salui facti estis per fidem et hoc non ex uobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit deus, ut in illis ambulemus. et paulo post: qui eratis, inquit, illo tempore sine Christo, alienati a societate Israhel et peregrini testamentorum et promissionis, spem non habentes et sine deo in hoc mundo, nunc autem in Christo Iesu qui aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine Christi. ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum et medium parietem maceriae soluens, inimicitias, in carne sua legem mandatorum decretis euacuans, ut duos conderet in se in unum nouum hominem faciens pacem et commutaret utrosque in uno corpore deo per crucem, interficiens inimicitias in semet ipso. et ueniens euangelizauit pacem uobis, qui eratis longe, et pacem his, qui prope, quia per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. item alibi: sicut est ueritas in Iesu, deponere uos secundum priorem conuersationem ueterem hominem, eum qui corrumpitur secundum concupiscentias deceptionis; renouamini autem spiritu mentis uestrae et induite nouum hominem, eum qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate ueritatis. et alibi: nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

47. Ad Colosenses etiam ita loquitur: gratias agentes patri idoneos facienti nos in partem sortis sanctorum

1 Eph. 2, 8—10 5 Eph. 2, 12—18 19 Eph. 4, 21—24 24 Eph. 4, 30 27 Col. 1, 12—14

5 erat *A* in illo *VGm2Ab* illo in *KCM* 6 isrł *SG* irł *LP* ierłm *A* 9 facti autem estis *b* 11 macheriae *LVm1G* macherie *S* 12 inimicitiam *in mg.m2A* 13 in decretis *AC* duo *Gm1* *alt.* in *om. LSVPb* 14 et] ut *M* commutans *Vm2* cōmutas *G* commutasset *LSVm1Pb* 15 inimicitiā *A* 16 pace *G* 18 ambo *s. l. K* spiritu] xpo (o *s. l.*) *V* 19 ueritas est *V* (est *in mg.m2*), *bd* est *om. LSPG* deponite *A* 21 concupiscentiis *Gm1* 22 spiritū *M* 23 eum *om. A* 24 contristari *PG* 25 in dieṃ (*exp. m2*) *L* in die *K* 27 colosenses *omnes codd.* ita n̤o n̤ *K* 28 faciens *A* in parem sortem *b* parte *KAC* tempore *M*

in lumine, qui eruit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae, in quo habemus redemptionem in remissione peccatorum. et alio loco: et estis, inquit, in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis, in quo etiam circumcisi estis circumcisione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo et conresurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum a mortuis, et uos, cum essetis mortui delictis et praeputio carnis uestrae, uiuificauit cum illo, donans nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decretis, quod erat contrarium nobis, tollens illud de medio et adfigens illud cruci, exuens se carnem principatus et potestates exemplauit fiducialiter triumphans eos in semet ipso.

48. Et ad Timotheum: humanus, inquit, sermo et omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus sum ego. sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem ad informationem eorum qui crediturui sunt illi in uitam aeternam. item dicit: unus enim deus, unus et mediator dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semet ipsum redemptionem pro omnibus. in secunda etiam ad eundem: noli ergo, inquit, erubescere testimonium domini nostri neque me uinctum eius, sed conlabora euangelio secundum uirtutem dei saluos nos facientis et uocantis

4 Col. 2, 10—15 16 I Tim. 1, 15. 16 22 I Tim. 2, 5. 6 25 II Tim. 1, 8—10

1 eripuit *zbd* 3 in] et *M* remissionē *AM* 4 et *om. G* in *om. z* ille *Vm1* 5 in quo *bis pos. semel exp. V* circuncisione *A* 6 exspoliatione *CMd* expoliationē *Lm2* 7 sed in circumcisione *Ab* Christi] carnis *V* consepulti—dei *in mg. A* ei] et *C* baptisma *M* 8 consurrexistis *SVPGKMbd* 10 conuiuificauit *bd* 11 uobis *VA* delicto *Lm1SVm1Pm1G* 12 cyrographum *LP* cirografum *SVC* cyrografum *GM* cirographum *A* decreti* (s *eras.*)*L* decreti *Vbd* in decretis *r* 14 exuit *M* carne *Vp.c.* 16 thimotheum *V* omni* *V* 17 inunc *C* hunc *om. zbd* 18 ego sum *bd* 20 ostenderet primo *LSVP* primū ost. *CM* ihs xps *KC* 22 unus est enim *A* 23 homo *om. A* 24 redēptione *G* 26 me *s.l. Gm2* 27 uocatis *P*

uocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum et gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu ante saecula aeterna, manifestata autem nunc per aduentum domini nostri Iesu Christi, euacuantis quidem mortem, inluminantis autem uitam et incorruptionem per euangelium.

49. Ad Titum etiam: expectantes, inquit, illam beatam spem et manifestationem gloriae magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et mundaret nos sibi populum abundantem, aemulatorem bonorum operum. et alio loco: cum autem benignitas et humanitas inluxit saluatoris dei nostri, non ex operibus iustitiae, quae nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti, quem ditissime effudit super nos per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati ipsius gratia heredes efficiamur secundum spem uitae aeternae.

50. Ad Hebreos quoque epistula, quamquam nonnullis incerta sit, tamen, quoniam legi quosdam huic nostrae de baptismo paruulorum sententiae contraria sentientes etiam ipsam quibusdam opinionibus suis testem adhibere uoluisse magisque me mouet auctoritas ecclesiarum orientalium, quae hanc etiam in canonicis habent, quanta pro nobis testimonia contineat aduertendum est. in ipso eius exordio legitur: multis partibus et multis modis olim deus locutus est patribus in prophetis, postremo in his diebus locutus est nobis in filio, quem constituit

7 Tit. 2, 13. 14 12 Tit. 3, 4—7 21 cf. De ciuit. dei XVI 22 (CSEL XXXX p. II 164). De doctr. christ. II 8, 13 (XXXIV 41 M) 26 Hebr. 1, 1—3

2 propositum suum *b* gratia *M* 3 nobis *om. S* uobis *M* 4 $\overline{\text{xpi}}$ $\overline{\text{ihu}}$ *KC* 5 inluminatis *Vm1* 7 ad Titum] additū *Km1M* inquid *s. exp.* etiā *Gm2* illam *om. b* be**atam *G* 9 $\overline{\text{xpi}}$ $\overline{\text{ihu}}$ *K* 11 sibi nos *b* *abundantem *G* 15 lauachrum *PG* 16 effundit *Lm1SPG* 17 nos *in mg. add. Gm2* 20 hebraeos *VACT* epistola *SVm2PGKCT* apls *A* 21 huic -quibusdam *om. Lm1* 22 etiam ipsam] eā *s. exp.* etiā *Lm2Vm2* etiam *SPG* etiam ipsa *b* eam *d* 23 noluissent *Lm1Vm1SPG* uoluissemus *M* me *s. ras. A* 24 ęcclesiaṣṭiçarum (*exp. m2*)*V* 26 **multis *G* 27 est *om. KC* 28 ē *s. l. m2 G*

heredem uniuersorum, per quem fecit et saecula. qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius gerens quoque omnia uerbo uirtutis suae purgatione peccatorum a se facta sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. et post pauca: si enim qui per angelos dictus sermo factus est firmus et omnis praeuaricatio et inoboedientia iustam accepit mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus tantam neglegentes salutem? et alio loco: propterea ergo pueri communicauerunt sanguini et carni et ipse propemodum eorum participauit, ut per mortem euacuaret eum qui potestatem habebat mortis, id est diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam rei erant seruitutis. et paulo post: unde debuit, inquit, secundum omnia fratribus similis esse, ut misericors fieret et fidelis princeps sacerdotum eorum, quae sunt ad deum propitiandum pro delictis populi. et alibi: teneamus, inquit, confessionem; non enim habemus sacerdotem, qui non possit conpati infirmitatibus nostris; etenim expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato. et alio loco: intransgressibile, inquit, habet sacerdotium. unde et saluos perficere potest eos qui adueniunt per ipsum ad deum, semper uiuens ad interpellandum pro ipsis. talem enim decebat habere nos principem sacerdotum, iustum, sine malitia, incontaminatum, separatum a peccatoribus, altiorem a caelis factum, non habentem

5 Hebr. 2, 2. 3 9 Hebr. 2, 14. 15 14 Hebr. 2, 17 17 Hebr. 4, 14. 15 21 Hebr. 7, 24—27

1 et fecit *KM* 2 figura∗(e *eras.*)*G* 3 purgationē *Lm1SVPGKA* 4 factam *Lm1SVPG* sedit *CM* ad] in *M* dextera *SM* 5 *post* angelos *add.* inquit *M* dictus] *add.* est *zbd* 6 firmus *om. Lm1SVPG* et firmus *C* 7 accipit *G* 8 si tantam neglexerimus salutem *zd, b in textu* 9 loco *om. A* *post* ergo *add.* quia *d* pueri *om. A* 10 participauit] cōmunicaū *Gm1* 12 habeat *Vm1* 15 *post* esse *exp.* perhibetur *K* fieret] esset *KCb* et princeps *V* 16 qui *A* ad dn̄m *A* 17 peccatis *Gm1* populū *V* 18 habemus enim *b* 21 intransgressibilē *Lm1SVPG* 22 potest perficere *KCb* 23 dn̄m *A* 24 nos habere *M* 25 sine macula *P* 26 et altiorem *M* a *om. Kb*

cotidianam necessitatem sicut principes sacerdotum primum pro suis peccatis sacrificium offerre, dehinc pro populo; hoc enim semel fecit offerens se. et alio loco: non enim in manu fabricata sancta introiit Christus, quae sunt similia uerorum, sed in ipsum caelum, apparere ante faciem dei pro nobis, non ut saepius offerat semet ipsum, sicut princeps sacerdotum intrat in sancta in anno semel cum sanguine alieno. ceterum oportebat eum saepius pati a mundi constitutione, nunc autem semel in extremitate saeculorum ad remissionem peccatorum per sacrificium suum manifestatus est. et sicut constitutum est hominibus semel tantum mori et post hoc iudicium, sic et Christus semel oblatus est, ut multorum peccata portaret, secundo sine peccatis apparebit eis, qui eum sustinent ad salutem.

51. Apocalypsis etiam Iohannis has laudes Christo per canticum nouum testatur offerri: dignus es accipere librum et aperire signacula eius, quoniam occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo de omni gente et lingua et populo et natione.

52. Item in Actibus apostolorum inceptorem uitae Petrus apostolus dixit esse dominum Iesum increpans Iudaeis, quod occidissent eum, ita loquens: uos autem sanctum et iustum onerastis et negastis et postulastis hominem homicidam uiuere et donari uobis; nam inceptorem uitae occidistis. et alio loco: hic est lapis reprobatus a uobis

4 Hebr. 9, 24—28 17 Apoc. 5, 9 23 Act. 3, 14. 15 26 Act. 4, 11. 12

1 quottidianam *K* quotidianam *Gd* princips *AM* 2 dehinc] dein *M* 3 populi *d* fecit* *V* loco (co *s.l.m2*) *G* 4 introiuit *Kbd* introibit *A* 5 similia* *G* uirorum *PGm1A* ueterū *K a.c.* in *om. z* appare *Gm1* 6 offeret *Vm1* 7 princes *C* principes *M* intrant *M* 8 an*no *Gm2* 9 *pati *V* nunc *Kp.c.* 10 extrem.] consumatione *M* 11 et *om. KCM* 13 sic et] sicut *M* 14 appẽrebit *V* 16 apocalipsis *VGAC* apocalipsys *K* ioh̄ *PG* ioannis *Md* 18 apperire *GK* redemisti] emisti *M* 20 nationes *S* 21 incoeptorem *LSPG* inc̄ceptorem *A* incoeptorē autē *M* 22 iude(ae)os *KAbd* iudeis *G* 24 onerastis *Lm1SPGr, b* (*in mg.* al occidistis), exonerastis *Lm2* onorastis *Vm1* inhonorastis *Vm2d* 25 et inauceptorem *S* inauceptorem *Lm1Vm1P* inceptatorē *A* auctorem *M*, *b in mg.* 26 occidisti *S* *ante* a uobis *exp.* a deo *S*

aedificantibus, qui factus est in caput anguli. non est enim aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oportet saluos fieri nos. et alibi: deus patrum ⟨nostrorum⟩ suscitauit Iesum, quem uos interfecistis suspendentes in ligno. hunc deus principem et saluatorem exaltauit gloria sua, dare paenitentiam Israhel et remissionem peccatorum in illo. item alio loco: huic omnes prophetae testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per manum illius omnem credentem in eum. item in eodem libro apostolus Paulus: notum ergo sit uobis, inquit, uiri fratres, quoniam per hunc uobis remissio peccatorum annuntiatur; ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi iustificari, in hoc omnis credens iustificatur.

53. Hoc tanto aggere testimoniorum cuius aduersus ueritatem dei elatio non prematur? et multa quidem alia repperiri possunt, sed et finiendi huius operis cura non neglegenter habenda est. de libris quoque ueteris testamenti multas contestationes diuinorum eloquiorum adhibere in hanc sententiam superuacaneum putaui, quando quidem illic quod occultatur sub uelamento uelut terrenarum promissionum, hoc in noui testamenti praedicatione reuelatur. et ipse dominus librorum ueterum utilitatem breuiter demonstrauit et definiuit dicens oportuisse inpleri, quae de illo scripta essent in Lege et Prophetis et Psalmis, et haec ipsa esse, 'quod oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertia die et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem'. et Petrus dicit, quod paulo ante commemoraui, huic omnes prophetas testimonium perhibere 'remissionem peccatorum accipere per manum eius omnem credentem in eum'.

3 Act. 5, 30. 31 7 Act. 10, 43 10 Act. 13, 38. 39 23 cf. Luc. 24, 44—47 27 cf. Act. 10, 43

1 factis *Lm1* 3 oporteat *d* nos saluos fieri *b* nostrorum *addidimus* 5 salutare *M* exultauit *V* exaltabit *A* 8 reddi perhibent *A* 10 paulos *Vm1* uobis sit *b* 15 agere *Lm1Km1G* testimoniū *Lm1* 16 multa] nulla *M* possent *V* 17 et *Lp.c.* effiniendi (*om.* et) *M* 19 hac *SM* sententia *M* superuacuū *A* potaui *Lm1* 20 in illis *L* (in *s.l.m2*), *d* illis *SVPG* 21 in hoc *M* 26 per omnes gentes *om. Gm1* 27 iersłm *A* ierłm *C* hyerusalem *M* hierosolymis *b* paulo *s. l.Gm2* 28 prophetae *Km1Mb* perhibent in remissionem *M*

54. Verum tamen commodius est, etiam ex ipso uetere testamento testimonia pauca depromere, quae uel ad supplementum uel potius ad cumulum ualere debebunt. ipse dominus per prophetam in psalmo loquens ait: sanctis qui in terra sunt eius mirificauit omnes uoluntates meas in illis, non 'merita eorum', sed uoluntates meas. nam illorum quid nisi quod sequitur? multiplicatae sunt infirmitates eorum, supra quod infirmi erant. ad hoc et lex subintrauit, ut abundaret delictum. sed quid adiungit? postea adcelerauerunt. multiplicatis infirmitatibus, hoc est abundante delicto, alacrius medicum quaesierunt, ut, ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia. denique: non congregabo, inquit, conuenticula eorum de sanguinibus, quoniam multis sacrificiorum sanguinibus, cum prius in tabernaculum uel in templum congregarentur, conuincebantur potius peccatores quam mundabantur. 'non ergo iam', inquit, 'de sanguinibus congregabo conuenticula eorum'; unus enim sanguis pro multis datus est, quo ueraciter mundarentur. denique sequitur: nec memor ero nomina illorum per labia mea, tamquam mundatorum, tamquam innouatorum. nam nomina eorum erant prius 'filii carnis, filii saeculi, filii irae, filii diaboli, inmundi, peccatores, inpii', postea uero 'filii dei', homini nouo nomen nouum cantanti canticum nouum per testamentum nouum. non sint ingrati homines gratiae dei, pusilli cum magnis, a minore usque ad maiorem. totius ecclesiae uox est: erraui sicut

4 Ps. 15, 3 7 Ps. 15, 4 8 cf. Rom. 5, 20 9 Ps. 15, 4 11 cf. Rom. 5, 20 11. 17 Ps. 15, 4 20 cf. Rom. 9, 8. Luc. 20, 34 cf. Eph. 2, 3. I Ioh. 3, 10. 23 cf. Hier. 38, 34 cf. Hebr. 8, 11 24 Ps. 118, 176

1 ueteri *Km2* 2 supplimentum *LSVm1* suplementum *KAM* 3 debuit *A* 4 in psalmo *om. A* sunt *post* qui *pon. bd* 5 in illis—meas *in mg. Lm2* eis *P* meriti *C*, *om. K* 6 illorum *d* nā *ex* n *Gm2* 7 illorum *P* supra] *add.* id *b* 9 quod *b* acceleraauerunt *SVm2PGm1K* accelauerunt *A* 10 est *om. V* 11 ut] et *Lm2* abundabit *A* delictum *M* superabundauit *LSPG* superhabundauit *V* non *s.l.Km2* 12 conuenticuli *Km1* 13 multi *A* primum *zbd* tabernaculo *A* 14 templo *A* 17 deinque *A* 18 nominum *Gm2KCMTbd* eorum *LP* tamquam mundotorum (mandatorū *A*)*KA*, *om. zbd* 19 nouatorū *A* 20 fili irae *L* filii irae *s.l.m2K* 21 nomen nouum *om. KCT* 22 cant. nouum cantanti (cantanti *s.l.m2K*) cant. nouum *KCT* cantanti] cantate *A*, *om. z* per test. nouū *s. ras. Gm2* 23 pusillis *A* 24 eraui *Km1*

ouis perdita, omnium membrorum Christi uox est: omnes ut oues errauimus et ipse traditus est pro peccatis nostris. qui totus prophetiae locus apud Esaiam, quo per Philippum sibi exposito spado ille Candacis reginae in eum credidit, uide quotiens hoc ipsum commendet et tamquam superbis nescio quibus uel contentiosis identidem inculcet. homo, inquit, in plaga et qui sciat ferre infirmitates, propter quod et auertit se facies eius, iniuriata est nec magni aestimata est. hic infirmitates nostras portat et pro nobis in doloribus est. et nos existimauimus illum in doloribus esse et in plaga et in poena. ipse autem uulneratus est propter peccata nostra et infirmatus est propter iniquitates nostras. eruditio pacis nostrae in eum, liuore eius sanati sumus. omnes ut oues errauimus et dominus tradidit illum pro peccatis nostris. et ipse, quoniam male tractatus est, non aperuit os; ut ouis ad immolandum ductus est et ut agnus ante eum, qui se tonderet, fuit sine uoce, sic non aperuit os suum. in humilitate sublatum est iudicium eius. generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra uita eius. ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. dabo ergo malos propter sepulturam eius et diuites propter mortem eius, ob hoc quod iniquitatem non fecerit nec dolum ore suo. dominus uult purgare illum de plaga. si dederitis uos ob delicta uestra animam uestram, uidebitis semen longissimae uitae. et uult dominus auferre a doloribus animam eius,

1 Esai. 53, 6 3 cf. Act. 8, 27—39 6 Esai. 53, 3—12

2 est *om. A* 3 totius *A* propheticę *Pm1* *post* Esaiam *add.* est *d* quoque *Lm1SVP* quod *M* phylippum *S* filippum *M* 4 expositum *C* pado *Vm1Gm1* regnę *La.c.* quoties *d* 6 conculcet *KC* 8 magnis *Lm1SVPG* magna *K* aestimatus *M* 9 exęstimabimus *Lm1* exęstimaųimus *Lm2* existimabimus *SPGC* estimabimus *Vm1A* 10 esse et in plaga *om. z* 11 propter—est *in mg. K* 12 et *om. zbd* infirmitatus *S* 13 in eum *om. zbd* super eum *bd* in liuore *zbd* nos sanati *Km2C* 16 apperuit *K* os suum *M* 17 ante—tonderet] corā tondente se *M* si *Vm1* 19 eius *ex* ē *Gm2* generationes *A* enarrauit *SVC* 21 pro *KCTb* sepulchra *T* sepultura *b* 22 ob *Vp.c.* 23 uult dominus *z* 25 uestram *om. KC* longae uitae uestrae *KCb* longae uitae *d* 26 a *om. z*

ostendere illi lucem et figurare per sensum, iustificare iustum bene seruientem pluribus, et peccata illorum ipse sustinebit. propterea ipse hereditabit conplures et fortium partietur spolia, propter quod tradita est ad mortem anima eius et inter iniquos aestimatus est et ipse peccata multorum sustinuit et propter iniquitates eorum traditus est. adtende etiam illud eiusdem prophetae, quod de se completum lectoris etiam functus officio in synagoga ipse recitauit: spiritus domini super me, propter quod unxit me euangelizare humilibus, misit me, ut refrigerent qui in pressura cordis sunt, praedicare captiuis remissionem et caecis uisum. omnes ergo agnoscamus nec ullus exceptus sit eorum, qui uolumus corpori eius haerere, per eum in ouile eius intrare, ad uitam et salutem, quam suis promisit, perpetuam pertinere, omnes, inquam, agnoscamus eum, qui peccatum non fecit et peccata nostra pertulit corpore suo super lignum, ut a peccatis separati cum iustitia uiuamus, cuius cicatricibus sanati sumus, infirmi cum essemus tamquam pecora errantia.

XXVIII. 55. Quae cum ita sint, neminem umquam eorum, qui ad Christum accesserunt per baptismum, sana fides et sana doctrina putauit exceptum a gratia remissionis peccatorum nec esse posse alicui praeter regnum eius aeternam salutem. haec enim parata est reuelari in tempore nouissimo, hoc est in resurrectione mortuorum pertinentium non ad mortem aeternam, quae secunda mors appellatur, sed ad uitam aeternam, quam promisit non mendax

9 Esai. 61, 1. Luc. 4, 18. 19 15 I Petr. 2, 22. 24. 25 18 cf. Rom. 5, 6 24 cf. I Petr. 1, 5 25 cf. Apoc. 2, 11. 20, 6. 19

1 fugare *P* 2 et *ante* pluribus *pon. V* 3 hereditauit *Lm1Vm1SPG* 4 patietur *Sb* trad. est an. eius *bd* 5 in *s.* ad *Vm2* morte *Lm1* aestimata *KA* 8 de se *Kp.c.* esse *T* funtus *Gm1* officiū *Gm1* sinagoga *LSGKA* 9 recitabit *A* spiritus] super *A* 10 humilibus] hominibus *V* pauperibus *d* refrigerem *Vd* refrigentur *K* 11 hi qui *KCT* 12 indulgentiam (*in mg.* temissionem) *b*. 13 exceptus *om. M* adhaerere *b* et per *Lm2* 14 ad] ac *M* 15 pertinire *V* peruenire *bd* inquā *s. exp.* ergo *Gm2* 16 in corpore *SPd* suo *om. A* 17 a *om. A* liberati *M* 18 cicatricibus] uulnere plagarum *Ambrosius de spir. 1, 9* *post* essemus *Maurinis aliquid deesse uidetur* 20 ista *M* 21 fide *A* 22 putabit *M* 23 posse esse *A* 25 q: *V* 26 promittit *zd* mtax *A*

deus sanctis et fidelibus suis, cuius uitae participes omnes non uiuificabuntur nisi in Christo, sicut in Adam omnes moriuntur. quemadmodum enim omnes omnino pertinentes ad generationem uoluntatis carnis non moriuntur nisi in Adam, in quo omnes peccauerunt, sic ex his omnes omnino pertinentes ad regenerationem uoluntatis spiritus non uiuificantur nisi in Christo, in quo omnes iustificantur, quia sicut per unum omnes ad condemnationem sic per unum omnes ad iustificationem. nec est ullus ulli medius locus, ut possit esse nisi cum diabolo, qui non est cum Christo. hinc et ipse dominus uolens auferre de cordibus male credentium istam nescio quam medietatem, quam conantur quidam paruulis non baptizatis tribuere, ut quasi merito innocentiae sint in uita aeterna, sed, quia non sunt baptizati, non sint cum Christo in regno eius, definitiuam protulit ad haec ora obstruenda sententiam, ubi ait: qui mecum non est, aduersum me est. constitue igitur quemlibet paruulum: si iam cum Christo est, ut quid baptizatur? si autem, quod habet ueritas, ideo baptizatur, ut sit cum Christo, profecto non baptizatus non est cum Christo et, quia non est cum Christo, aduersus Christum est; neque enim eius tam manifestam debemus aut possumus infirmare uel immutare sententiam. unde igitur aduersus Christum, si non ex peccato? neque enim ex corpore et anima, quae utraque dei creatura est. porro si ex peccato, quod in illa aetate nisi originale et antiqūum? una est quippe caro peccati, in qua omnes ad damnationem nascuntur, et una est caro in similitudine carnis peccati, per quam omnes a damnatione liberantur. nec ita dictum est omnes, uelut quicumque nascuntur in carne peccati, idem ipsi omnes mundari intellegantur per carnem similem carni peccati — non enim omnium est fides — sed omnes pertinentes

2 cf. I Cor. 15, 22 4 cf. Ioh. 1, 13. Eph. 2, 3 7 cf. Rom. 5, 18
11 cf. De animae origine I 9, 11 De haeresibus c. 88 (XLII 48 M) 14 cf. Rom. 3, 19
15 Matth. 12, 30 24 cf. Rom. 8, 3 28 II Thess. 3, 2

1 uita *M* 3 non pertinentes *S* 4 in *ante* quo *om. M* 7 omnes *om. M* 8 ullus] ullius *V* 9 hic *VPG* 11 baptizantis *P* 14 proculit *Vm1,om.Gm1* 15 aduersus *SG p. c.* 18 et—Christo *om. C* 20 aut] ā *G* 21 si non] nisi *KCb* pecto *Lm1SVm1Gm1* ex *om. C* 22 porro—peccato *s.l.m2G* peccato ē *A* quid *Km2* 23 anticum *Lm1SG* antium *V* 24 adamnationem *Lm1Gm1* adamnatione *SM* 27 iidem *Cbd* idem—carni peccati *om. M* intelligatur *Cb* similem carnis *d* 28 est *om. Sm1V*

ad generationem conubii carnalis non nascuntur nisi in carne peccati et omnes pertinentes ad generationem conubii spiritalis non mundantur nisi per carnem similem carni peccati; hoc est: illi per Adam ad condemnationem, isti per Christum ad iustificationem. tamquam si dicamus uerbi gratia: 'una est obstetrix in hac ciuitate, quae omnes excipit, et unus est hic litterarum magister, qui omnes docet', neque ibi possunt intellegi omnes, nisi qui nascuntur, neque hic omnes, nisi qui discunt; non tamen omnes qui nascuntur litteras discunt, sed cuiuis claret, quod et illic recte dictum est: 'omnes excipit, praeter cuius manus nemo nascitur', et hic recte dictum est: 'omnes docet, praeter cuius magisterium nemo discit'.

56. Consideratis autem omnibus diuinis testimoniis, quae commemoraui siue singillatim de unoquoque disputans siue aceruatim multa congestans, uel quaecumque similia non commemoraui, nihil inuenitur nisi, quod uniuersa ecclesia tenet, quae aduersus omnes profanas nouitates uigilare debet, omnem hominem separari a deo, nisi qui per mediatorem Christum reconciliatur deo, nec separari quemquam nisi peccatis intercludentibus posse, non ergo reconciliari nisi peccatorum remissione per unam gratiam misericordissimi saluatoris, per unam uictimam uerissimi sacerdotis ac sic omnes filios mulieris, quae serpenti credidit, ut libidine corrumperetur, non liberari a corpore mortis huius nisi per filium uirginis, quae angelo credidit, ut sine libidine fetaretur.

16 cf. I Tim. 6, 20 17 cf. Rom. 5, 10 18 cf. Esai. 59, 2 19 cf. Tit. 2, 11 21 filios—fetaretur] cf. Contra Iul. Pelag. VI 22, 68 (XLIV 864 M) Gen. 3, 1—6 22 cf. Rom. 7, 24 23 cf. Luc. 1, 26—38

1 ad *s.* et *Gm2* conubii—generationem *om. Am1* 2 mundatur *G* renascuntur *A* 3 similẽtudinem *S* carnis *Lm1SVPGd* peccati *om. Lm1SVG* 5 est *om. A* obsetrix *V* 6 excepit *M* hi *S* quo *Lm1SVm1Gm2* 7 int. poss. *bd* quia *LSGm1* quo *Va.c.* 9 discant *V* cuius *Lm1SVPGA* cui uix *T* claret] *add.* ingenium *b* excepit *M* 11 cuiuis *Lm2* discet *Lm1SVm1PG* 12 testimoniũ *Vm1* 13 singilatim *A* unaqq̃ *Gm1* acerbatim *Lm1SVG* 15 *in L uerba* quod uniuersa—*56, 22* altero, *quae fol. 119*[b] *exciderunt, postea in singulari fol. 120 a m1 suppleta sunt* 16 natiuitates *Lm1* separare *A* 17 qui *om. Gm1* quia *M* 18 nec errogare conciliari *T* 19 conciliari *C* peccatorẽ *Vm1* 20 uerissimã *KCT* si *V* 21 omnis *M* filio *Gm1* filius *M* serpentis *V* 23 ut *om. Lm1SVPGm1* fateretur *V*

XXIX. 57. Bonum ergo coniugii non est feruor concupiscentiae, sed quidam licitus et honestus illo feruore utendi modus propagandae proli, non explendae libidini accommodatus. uoluntas ista, non uoluptas illa nuptialis est. quod igitur in membris corporis mortis huius inoboedienter mouetur totumque animum in se deiectum conatur adtrahere et neque cum mens uoluerit exsurgit neque cum mens uoluerit conquiescit, hoc est malum peccati, cum quo nascitur omnis homo. cum autem ab inlicitis corruptionibus refrenatur et ad sola generis humani supplementa ordinate propaganda permittitur, hoc est bonum coniugii, per quod ordinata societate nascitur homo. sed nemo renascitur in Christi corpore, nisi prius nascatur in peccati corpore. sicut autem bono male uti malum est, sic malo bene uti bonum est. duo igitur haec, bonum et malum, et alia duo, usus bonus et usus malus, sibimet adiuncta quattuor differentias faciunt. bene utitur bono continentiam dedicans deo, male utitur bono continentiam dedicans idolo; male utitur malo concupiscentiam relaxans adulterio, bene utitur malo concupiscentiam restringens conubio. sicut ergo melius est bene uti bono quam bene uti malo, cum sit utrumque bonum, ita qui dat uirginem suam bene facit et qui non dat nuptum melius facit. de qua quaestione multo uberius et multo sufficientius in duobus libris, uno De bono coniugali, altero De sancta uirginitate, quantum dominus dedit, pro mearum uirium exiguitate disserui. non itaque per nuptiarum bonum defendant concupiscentiae malum, qui carnem et sanguinem praeuaricatoris aduersus carnem et sanguinem redemptoris ex-

19 cf. I Cor. 7, 38

1 n̄ *add. m. rec. A* 2 quidem *P* feruore* *G* utendis *M* 3 prole *Sm1, om. A* acōmodatus *K* · uoluntas—est *om. z, uncis incluserunt Benedictini* 4 non uoluptas, illa n. est *b* uoluntate *A* uoluntas *M* quid (o *s.* i) *P* menbris *S* 5 mortis *om. M* tantumque *A* 6 exurgit *VAb* 7 noluerit *b* adquiescit *Gm1K* cum] in *zbd* 9 ad] a *M* supplimenta *Lm1G* suplementa *S* ordinat *M* 10 p̄mittitur *V* dimittitur *C* quem *M* 12 si autē (*in mg. m2* ł sicut)*V* uti male *bd* 13 male *V* bene *om. Cm1* 14 quatuor *GCd* 16 malo] male *VT* 17 concupiscentiae *SVP* relaxans] uel *T* concupiscentia *S* 18 ergo *om.Gm1* 19 sit] si *LSVGm1* *post* sit *eras.* ut *K* dat *Vp.c.* *post* suam *inserit* nuptum *d* nuptui *b* 20 nuptum *om. b* 21 uberius] uerius *K* 22 in altero *Ga.c.* 24 concupiscentia *Vm1* 25 praeuaricatores *Lm1SVPGM*

tollunt, non erigantur in superbia erroris alieni, de quorum paruula aetate nobis dedit dominus humilitatis exemplum. solus sine peccato natus est, quem sine uirili complexu non concupiscentia carnis, sed oboedientia mentis uirgo concepit; sola nostro uulneri medicinam parere potuit, quae non ex peccati uulnere germen piae prolis emisit.

XXX. 58. Iam nunc scrutemur diligentius, quantum adiuuat dominus, etiam ipsum euangelii capitulum ubi ait: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum dei. qua isti sententia nisi mouerentur, omnino paruulos nec baptizandos esse censerent. *sed quia non ait*, inquiunt: '*nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non habebit salutem uel uitam aeternam*', *tantummodo autem dixit: non intrabit in regnum dei, ad hoc paruuli baptizandi sunt, ut sint etiam cum Christo in regno dei, ubi non erunt, si baptizati non fuerint, quamuis et sine baptismo si paruuli moriantur salutem uitamque aeternam habituri sint, quoniam nullo peccati uinculo obstricti sunt.* haec dicentes primo numquam explicant isti, qua iustitia nullum peccatum habens imago dei separetur a regno dei. deinde uideamus utrum dominus Iesus, unus et solus magister bonus, in hac ipsa euangelica lectione non significauerit et ostenderit non nisi per remissionem peccatorum fieri, ut ad regnum dei perueniant baptizati, quamuis recte intellegentibus sufficere debuerit, quod dictum est: nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum dei et: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum dei. cur enim nascatur denuo nisi renouandus?

2 cf. II Cor. 5, 21 7 Ioh. 3, 5 10 Pelagiani 18 cf. Matth. 23, 10 22 Ioh. 3, 3 23 Ioh. 3, 5

1 superbiam *KCbd* 2 humilitate *P* 3 uiri *M* 4 medicina *GM* 5 parare *AC* prolixe misit *P* proli semisit *K* 6 scretemur *Gm1* 7 uti *Gm1* 9 quia *Sm1Km1* nisi *om. V* omnino nec *V* baptizatos *V* 10 ee *s.l.P* concenserent *V* censeret *M* qui *A* 11 habit *Km1* 12 *in P post fol. 24 excidit fol. uerba*: non intrabit—*60, 2* regeneratio *continens; lacuna m. saec. XII, quam siglo m3 notaui, expleta est folio formae minoris* dei] caelorū *Km1* 13 baptizadi *A* 15 sunt *KM* 16 nullius *Vm2b* nulli *LSVm1* 17 qui *Lm1SVG* quia *b* iustitiā *SVG* per iustitiam *b* imago *s. exp.* magno *Km2* do *Gm1* separaretur *Lm1VG* separatur *KAb* 18 et] ē *SVG*, *om. b* 20 et] ac (c *add. m2*)*M* ut *s.l.L* 22 debuerat *Mm2* renatus *LSVPm1G* 23 denuo—fuerit *om. VG* regnum *om. P* 24 spu sco *AMm2* intraire *A* 25 renouandus *Gm1 bis*

unde renouandus nisi a uetustate? qua uetustate, nisi in qua uetus homo noster simul confixus est cum illo, ut euacuetur corpus peccati? aut unde imago dei non intrat in regnum dei nisi impedimento prohibente peccati? uerum tamen, ut proposuimus, totam ipsam circumstantiam euangelicae lectionis ad rem de qua agitur pertinentem intente, quantum possumus, diligenterque uideamus.

59. Erat autem homo, inquit, ex pharisaeis, Nicodemus nomine, princeps Iudaeorum. hic uenit ad eum nocte et dixit ei: rabbi, scimus, quia a deo uenisti magister; nemo enim potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit deus cum eo. respondit Iesus et dixit ei: amen, amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum dei. dicit ad eum Nicodemus: quomodo potest homo nasci, cum senex sit? numquid potest in utero matris suae iterum introire et nasci? respondit Iesus: amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum dei. quod natum est de carne, caro est, et quod natum est ex spiritu, spiritus est. non mireris, quia dixi tibi: oportet uos nasci denuo. spiritus ubi uult spirat et uocem eius audis; sed non scis unde ueniat et quo uadat. sic est omnis, qui natus est ex spiritu. respondit Nicodemus et dixit ei: quomodo possunt haec fieri? respondit Iesus et dixit ei: tu es magister in Israhel

2 cf. Rom. 6, 6 8 Ioh. 3, 1—21

1 qua uetustate *om. M* quia *V* nisi *om. V* in qua] quia *P* 2 ur *V* crucifixus *P* crucifixus est cruci *KAC* confixus est cruci *M* 3 *pr.* di *s.l.Km2* di *s.l.Gm2* 5 ipsam] pacis *M* circunstantiā *A* substantiā *Km1* rem de qua querimus *in ras. G* qua de *Km1* 8 phariseis *SVGKA* fariseis *M* nichodimus *VG* nichodemus *PAM* 9 iudeorum *GCM* eum] Iesum *d* 10 ei *om. VP* rapbi *K* 13 *alt.* amen *om. M* tibi] uobis *M* renatus *A* 14 potest *s.l.P* uide *Sm1* nichodimus *VG* nichodemus *PA* 15 sit senex *KCbd* 16 uterum *VPKCTbd* introire iterum *Km2C* renasci *K* 17 *alt.* amen *om. M* nisi *s.l.Gm2* 18 spiritu sancto *zb* introire *s.l.P* intrare *M* 19 de *s.exp.* ex *Gm2* 20 de *Kbd* e *C* 22 et] aut *Kbd* 23 *pr.* est] et *M* ex spu ē *K* 24 nichodimus *V* nichodemus *PA* nicodimus *G* 25 in *om. Am1M* isrł *GA*

et haec ignoras? amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur et quod uidemus testificamur, et testimonium nostrum non accipitis. si terrena dixi uobis et non credidistis, quomodo, si dixero uobis caelestia, credetis? nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. sic enim dilexit deus mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. qui credit in eum, non iudicatur; qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine uniġeniti filii dei. hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; erant enim eorum mala opera. omnis enim qui male agit odit lucem et non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius; qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta. huc usque est ad rem, de qua quaerimus, pertinens totus sermo ille contextus; deinceps in aliud narrator abscedit.

XXXI. 60. Cum ergo Nicodemus quae dicebantur non intellegeret, quaesiuit a domino, quomodo possent ista fieri. uideamus quid dominus ad hoc respondeat. profecto enim si ad interrogata

1 *alt.* amen *om. M* 2 uidimus *PGKm2AMb* testamur *Pbd* 3 accipistis *V* accipietis *M* crediditis *P* creditis *KAC* 5 et nemo *Cd* ascendit *bis m1P* 6 fi∗lius *G* qui—hominis *s.l.Km2* in caelo est *bd* et *om. A* exaltauit moyses *G* 7 desertum *Lm1SG* deserto (v̄ *s.* o)*V* 8 crediderit *M* sed habeat *om. P* habea *Gm1* 9 deus dilexit *P* 10 unigenitum *s.l.S* oms *K* 14 iam—credit *om. Lm1SVG* 15 credidit *KCM* 16 autem *s. ras. Gm2* 17 tenebras magis *KAC* 18 oms *Km1* mala *Gm1* ait *P* 19 ut non] ne *KCb* 20 manifestetur *M* 21 opera eius *M* dm̄ *M* hoc *Lm1 SVGKm1C* 22 est *om. Sm1A* pertinentes *Km1* totos *M* sermones *Lm1M* sermonis *KA* nisi ille *C* 23 narratur *M* 24 nichodimus *V* nichodemus *P* nicodimus *G* ea quae *d* 25 quae s̄ dicta *ex* quaes *Km2* possint *K* 26 si *om. z*

respondere dignabitur: ‘quomodo possunt ista fieri?‘, hoc dicturus est, quomodo possint fieri regeneratio spiritalis uenientes homines ex generatione carnali. notata itaque paululum eius inperitia, qui se ceteris de magisterio praeferebat, et omnium talium incredulitate reprehensa, quod testimonium non acciperent ueritatis, addidit etiam se illis terrena dixisse nec eos credidisse, quaerens uel ammirans, quomodo essent caelestia credituri. sequitur tamen et respondet, quod alii credant, si illi non credunt, ad illud quod interrogatus est, quomodo possint ista fieri: nemo, inquit, ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. ‘sic‘, inquit, ‘fiet generatio spiritalis, ut sint caelestes homines ex terrenis, quod adipisci non poterunt, nisi membra mea efficiantur, ut ipse ascendat qui descendit, quia nemo ascendit nisi qui descendit‘. nisi ergo in unitatem Christi omnes mutandi leuandique concurrant, ut Christus, qui descendit, ipse ascendat, non aliud deputans corpus suum, id est ecclesiam suam, quam se ipsum — quia de Christo et ecclesia uerius intellegitur: erunt duo in carne una, de qua re ipse dixit: igitur iam non duo, sed una caro —, ascendere omnino non poterunt, quia nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. quamuis enim in terra factus sit filius hominis, diuinitatem tamen suam, qua in caelo manens descendit ad terram, non indignam censuit nomine filii hominis, sicut carnem suam dignatus est nomine filii dei, ne quasi duo Christi

1 Ioh. 3, 9 9 Ioh. 3, 13. cf. Eugippii Exc. ed. Knoell (CSEL VIIII 1010—1012) 16 cf. Eph. 5, 23 18 Gen. 2, 24. Matth. 19, 5. Marc. 10, 8 20 Ioh. 3, 13

1 ista] hęc *P* 2 possit *codd. praeter L* generatione *Lm2* generatio *Lm1SVPG* spiritales *Lm2* uenientis *Sm1KACTbd* hominis *SKACTbd* 3 et *Km1* natata *Gm1* paulolum *SGK* inpertia *Km1A* 4 proferebat *V* 5 testimon∗um *V* 6 terrena illis *P* et nec *M* nec—quaerens *om. KC* admirans *ACMbd* 7 *ante* essent *exp.* possint *G* sequitur *om. A* et tamen *A* 8 respondit *z* credant] credunt *Sm1* credent *Am1bd* ad illud] et aliud *V* ad aliud *Gm1* 9 quomo *V* possunt *KAC* 10 ascendet *Lm2* 12 caelestis *S* potuerunt *V* 13 mea membra *AM* ut *om. A* ascend∗t *V* ascendit *A* quia—descendit *om. Sm1* 14 unitate *A* 15 mutandi] *add.* omnes *M* ļauandique (*in mg.* al. leuandi)*b* 16 ipse ē qui ascendat *K* ascendit *Sm1* 17 et *s.l. Km2* eccłiam *SVm1* 18 ipsa *Eugippii cod. V* igitur] ergo *A* itaque *bd* 20 ascendet *Lm2* 22 sit] est *Eug. Pm2V* quam *SV* 23 indigne∗ *V* fili *LS*; *sic etiam l. 24* 24 Christi] *add.* ista *zd*

accipiantur, unus deus et alter homo, sed unus atque idem deus et homo: deus, quia in principio erat uerbum et deus erat uerbum, homo, quia uerbum caro factum est et habitauit in nobis. ac per hoc per distantiam diuinitatis et infirmitatis filius dei manebat in caelo, filius hominis ambulabat in terra; per unitatem uero personae, qua utraque substantia unus Christus est, et filius dei ambulabat in terra et idem ipse filius hominis manebat in caelo. fit ergo credibiliorum fides ex incredibilioribus creditis. si enim diuina substantia longe distantior atque incomparabili diuersitate sublimior potuit propter nos ita suscipere humanam substantiam, ut una persona fieret ac sic filius hominis, qui erat in terra per carnis infirmitatem, idem ipse esset in caelo per participatam carni diuinitatem, quanto credibilius alii homines sancti et fideles eius fiunt cum homine Christo unus Christus, ut omnibus per eius hanc gratiam societatemque ascendentibus ipse unus Christus ascendat in caelum, qui de caelo descendit! sic et apostolus ait: sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum est corpus, ita et Christus. non dixit: 'ita et Christi', id est corpus Christi uel membra Christi, sed: ita et Christus, unum Christum appellans caput et corpus.

XXXII. 61. Magna haec et mira dignatio! quae quoniam fieri non potest nisi per remissionem peccatorum, sequitur et dicit: et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui crediderit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. quid tunc in deserto factum sit nouimus: serpentum morsibus multi moriebantur. tunc populus peccata sua confitens per Moysen deprecatus est dominum, ut hoc

2 Ioh. 1, 1. 14 17 I Cor. 12, 12 24 Ioh. 3, 14. 15 27 cf. Num. 21, 6—9

1 accipi dicatur *A* et *om. A* 2 deus homo et homo deus *A*. *post* uerbum *add. d* et uerbum erat apud deum 3 habitabit *CM* 5 ambulabat] manebat *A* 6 quia *Km2* est xps *LS* 8 credibilior fides *b* ex *s. ras. Gm2* 12 est *A* participatā (ā *in ras.*)*G* 13 carnis *Eug.* 16 ascendit *PKm1* in caelo *z* 18 est *om. Eugippii V* 20 et *om. z* 21 appellat *A* 22 et *s. exp.* hęc *Lm2*, *om. SVG* miraque *Pd* 24 moses *Eugippii V* 25 ita] sic *A* 26 credit *SM* cre**diderit *A* uitiā *G* 27 serpentis *Gm1Mm1* 29 mosen *Eugippii V* dm̄ *Kb*

ab eis uirus auferret. ac sic Moyses ex praecepto domini exaltauit in deserto aeneum serpentem ammonuitque populum, ut illum exaltatum quisquis a serpente morderetur adtenderet; hoc facientes continuo sanabantur. quid est exaltatus serpens nisi mors Christi eo significandi modo, quo per efficientem id quod efficitur significatur? a serpente quippe mors uenit, qui peccatum, quo mori mereretur, homini persuasit. dominus autem in carnem suam non peccatum transtulit tamquam uenenum serpentis, sed tamen transtulit mortem, ut esset in similitudine carnis peccati poena sine culpa, unde in carne peccati et culpa solueretur et poena. sicut ergo tunc qui conspiciebat exaltatum serpentem, et a ueneno sanabatur et a morte liberabatur, sic nunc qui conformatur similitudini mortis Christi per fidem baptismumque eius, et a peccato per iustificationem et a morte per resurrectionem liberatur. hoc est enim quod ait: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. quid igitur opus est, ut Christi morti per baptismum conformetur paruulus, si morsu serpentis non est omnino uenenatus?

XXXIII. 62. Deinde si — quod consequenter dicit — deus sic dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam, periturus erat paruulus nec habiturus uitam aeternam, si per sacramentum baptismi non crederet in unigenitum dei filium, dum interim sic uenit, ut non iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum, praesertim quia sequitur et dicit: qui credit in

9 cf. Rom. 8, 3 14 Ioh. 3, 15 18 Ioh. 3 16 23 cf. Ioh. 3, 17 24 Ioh. 3, 18

1 uiros *Lm1SVm1PGm1* si *Km1* moses *Eug.* cepto *Sm1* 2 eneū *PG* ammouitque (d *s.* ṃ *et s.* uit *m2* ł nuit) *K* 4 sanabantur continuo *KCb* serpens *bis Sm1* 5 ego *Pm1* eo* *C* id] et *M* significatur *s.l.m2G* 6 quippe] quidem *Eugippii V* quo *ex* cō *Gm2* mori mereretur] mori moreretur *V* moreretur *Eug.* 7 carne sua *A* 8 tantū *s.exp.* tamen *Lm2* 9 esset *s. exp.* et nae *Gm2* similitudinē *M* sine] sic̄ *A* 10 peccati—poena *om. Sm1* sicur *S* 11 conspiciebant *LSVm1Gm1* sanabantur *Lm2Gm1* 12 liberatur *Km1* similitudine *Lm1SVm1PGm1* 13 per iustitiam *K* 14 liberantur *Lm2* 15 in *s.l.m2V* 16 morte *Gm1K* 17 paruulis *Lm1* uenatus *S* 18 si quod consequenter] si quod sequenter *LSVG* sic cons. *d* sic deus *A* 19 dilexit deus *S* 21 periturus—aeternam *om. V* erat *om. LSPG* erat] *add.* ergo *z* 22 non *exp. V* creditur *Vm2* in *om. Gm1b* filium dei *b* 24 sequatur (i *s.* a) *V*

eum, non iudicatur; qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filii dei. ubi ergo parvulos ponimus baptizatos nisi inter fideles, sicut universae ubique ecclesiae clamat auctoritas? ergo inter eos qui crediderunt — hoc enim eis adquiritur per uirtutem sacramenti et offerentium responsionem — ac per hoc eos, qui baptizati non sunt, inter eos qui non crediderunt. porro si illi, qui baptizati sunt, non iudicantur, isti, quia carent baptismo, iudicantur. quod uero adiungit: hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum et dilexerunt homines tenebras magis quam lucem, unde lux uenit in mundum, nisi de suo dicit aduentu? sine cuius aduentus sacramento quomodo paruuli esse dicuntur in luce? aut quomodo non et hoc in dilectione tenebrarum habent, qui quemadmodum ipsi non credunt, sic nec baptizandos suos paruulos arbitrantur, quando eis mortem corporis timent? in deo autem facta dicit opera eius, qui uenit ad lucem, quia intellegit iustificationem suam non ad sua merita, sed ad dei gratiam pertinere. deus est enim, inquit apostolus, qui operatur in nobis et uelle et operari pro bona uoluntate. hoc modo ergo fit omnium ex carnali generatione ad Christum uenientium regeneratio spiritalis. ipse hoc aperuit, ipse monstrauit, cum ab eo quaereretur quomodo possent ista fieri, nemini humanam argumentationem in hac causa liberam fecit. non alienentur paruuli a gratia remissionis peccatorum; non aliter transitur ad Christum, nemo aliter potest deo reconciliari et ad deum uenire nisi per Christum.

XXXIV. 63. Quid de ipsa forma sacramenti loquar? uellem aliquis istorum, qui contraria sapiunt, mihi baptizandum paruulum afferret. quid in illo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non

9 Ioh. 3, 19 15 cf. Ioh. 3, 21 17 Phil. 2, 13

1 iudica*tur *G* credidit *Lm1Vm1* 4 eos] $\overline{\text{oms}}$ *V* 5 offerentium *in ras. m2G* 6 eos *om. V* eos *s.l.m2V* 9 autem *om. z* 10 magis tenebras *M* 11 dicit *in mg. m2A* aduentu et sacramento *A* 13 delictione (i *pr. m2 in ras.*) *A* 14 si nec *Lm1SVm1Pm1* 15 dicit facta *bd* 17 gratia *S* 18 enim *om. KC* uobis *ACMTd* et *om. V* uellet (*om.* et) *A* et *om. Lm1SVm1PGm1* 20 generationē *La.c.* 22 possint *Km1* opus $\overline{\text{s}}$ *A* ista *s.* haec *G* humana *S* 23 ut non *b* a *s.l.m2L* 25 $\overline{\text{dnm}}$ *A* peruenire *M* nisi *om. KAM* 26 quid (d *s.l.*) *V* de** G 28 exorchismus *VG* nisi *V*, *om. M*

tenetur? ipse certe mihi fuerat responsurus pro eodem paruulo, quem gestaret, quia pro se ille respondere non posset. quomodo ergo dicturus erat eum renuntiare diabolo, cuius in eo nihil esset? quomodo conuerti ad deum, a quo non esset auersus? credere inter cetera in remissionem peccatorum, quae illi nulla tribueretur? ego quidem, si contra haec eum sentire existimarem, nec ad sacramenta cum paruulo intrare permitterem, ipse autem in hoc qua fronte ad homines, qua mente ad deum se ferret ignoro nec uolo aliquid grauius dicere. falsam igitur uel fallacem tradi paruulis baptismatis formam, in qua sonare atque agi uideretur et tamen nulla fieret remissio peccatorum, uiderunt aliqui eorum nihil execrabilius ac detestabilius posse dici atque sentiri. proinde quod adtinet ad baptismum paruulorum, ut eis sit necessarius, redemptionem etiam ipsis opus esse concedunt, sicut cuiusdam eorum libello breuissimo continetur, qui tamen ibi remissionem alicuius peccati apertius exprimere noluit. sicut autem mihi ipse litteris intimasti, fatentur iam, ut dicis, etiam in paruulis per baptismum remissionem fieri peccatorum. nec mirum; non enim redemptio alio modo posset intellegi. *non tamen originaliter*, inquiunt, *sed in uita iam propria, posteaquam nati sunt, peccatum habere coeperunt.*

64. Quamobrem uides quantum iam distet inter eos, contra quos in hoc opere diu iam multumque disserui, quorum etiam unius legi librum ea continentem, quae ut potui refutaui. inter istos ergo, ut dicere coeperam, qui omnino paruulos ab omni peccato, et originali et proprio, puros et liberos esse defendunt, et istos, qui eos iam natos propria putant contraxisse peccata, a quibus eos credunt per baptismum oportere purgari, quantum intersit uides. proinde

19 Pelagiani

1 mihi certe *A* edem *Vm1* 2 ille pro se *KAMb* possit *Km1* 3 renuntiasse *M* 4 conuertit *A* a *Lm1SGm1* dnm *A* 5 in *ras. L, exp.G, om.SP* remissione *S* ulla *Lm1SVm1G* 6 exęstimarem *L* exestimarem *S* 8 ferre *A* 9 paruulis tradi *KCb* tradit *M* 10 quo *SM* sonaret quod utique agi uid. *b* sonare] *add.* utique *z* atque *om. z* 11 exsecrabilius *PCMd* 12 dici posse *zbd* 13 baptismom *Sa.c.* redemptione *Lp.c.Mbd* 14 ipsis etiam *zd* 15 peccati* *G* 16 nolunt *Lm1SVPGb* uoluit *T* ipse mihi *A* 19 possit *K* posse *A* 20 habe *A* 21 distat *KA* 22 diserui *Vm1* desserui *M* 23 librum legi *P* refugitaui *V* istos *in ras. Gm2* 24 ut dicere *ex* uidere *S* dicere *om. K* 26 notos *Va. c.* 27 per baptismum *om. A*

isti posteriores intuendo scripturas et auctoritatem totius ecclesiae et formam ipsius sacramenti bene uiderunt per baptismum in paruulis peccatorum fieri remissionem, sed originale esse quicquid illud in eis est uel nolunt dicere uel uidere non possunt. illi autem priores in ipsa natura humana, quae ab omnibus ut consideretur in promptu est, bene uiderunt—quod facile fuit—aetatem illam in sua iam uita propria nihil peccati potuisse contrahere, sed, ne peccatum originale fateantur, nullum esse omnino peccatum in paruulis dicunt. in his ergo, quae singula uera dicunt, prius inter se ipsi consentiant, et consequenter fiet, ut a nobis nulla ex parte dissentiant. nam si paruulis baptizatis remissionem fieri peccatorum concedant illi istis, paruulos autem, ut ipsa natura in tacitis infantibus clamat, suae uitae propriae nullum adhuc contraxisse peccatum concedant isti illis, concedant utrique nobis nullum nisi originale restare, quod per baptismum soluatur in paruulis.

XXXV. 65. An uero et hoc quaesituri et de hoc disputaturi et tempus ad hoc inpensuri sumus, ut probemus atque doceamus, quomodo per propriam uoluntatem, sine qua nullum uitae propriae potest esse peccatum, nihil mali commiserint infantes, qui propter hoc uocantur ab omnibus innocentes? nonne tanta infirmitas animi et corporis, tanta rerum ignorantia, tam nulla omnino praecepti capacitas, nullus uel naturalis uel conscriptae legis sensus aut motus, nullus in alterutram partem rationis usus hoc multo testatiore silentio quam sermo noster proclamat atque indicat? ualeat aliquid ad se ipsam persuadendam ipsa euidentia; nam nusquam sic non inuenio quod dicam, quam ubi res, de qua dicitur, manifestior est quam omne quod dicitur.

3 *post* sed *exp.* ut *L*, *add. SVPGb* esset *b* quidquid *SGm1KCMbd* 4 esse *V* *alt.* uel *om. Lm1SVG* uidere *om. zd* 5 promtu *LSVm1G* 8. peccatum *in mg. m2 A* 9 singuli *Lm2A* ipsi] ipse ipsi *LSVm1G* 10 consequentur *V* 11 in paruulis *Lm2Vm2* concedunt *Lm2* *cf. lin. 7..18* concedentur *M* 12 isti *L* autem *om. z* 13 proprium *z* proprie *A*, contraxisse (*in mg.* ał habuisse) *b* 14 concedent *Vm2KACbd* 16 quaeritur *zd* de *om. z* disputari *Lm1SVm1Gm1* 18 uoluptatem *A* si *Km1* 19 male *A* 20 uocatur *Vm1* 22 aut] ac *A* 23 nullus *om. V* orationis *A* testatiori *M* 24 ueleat *V* 26 quid dicam *b* manifestatior *z* 27 ome (e *in ras. m2*)*L* omne (e *in ras.*)*V* oms *SP*

66. Vellem tamen quisquis hoc sapit diceret, quod peccatum uiderit uel putarit infantis recentis ab utero, cui redimendo fatetur iam baptismum necessarium, quid mali in hac propria sua uita per animum proprium corpusue commiserit. si forte quod plorat taedioque est maioribus, mirum si hoc iniquitati, non infelicitati potius deputandum est. an quod ab ipso fletu nulla sua ratione, nulla cuiusquam prohibitione compescitur? at hoc ignorantiae est, in qua profundissima iacet, qua etiam matrem, cum post exiguum tempus ualuerit, percutiet iratus et saepe ipsas eius mammas, quas, dum esurit, exigit. haec non modo feruntur, uerum etiam diliguntur in paruulis, et hoc quo affectu nisi carnali, quo etiam risus iocusque delectat, acutorum quoque hominum ipsa quasi absurditate conditus? qui si eo modo sentiretur, ut dicitur, non iam illi tamquam faceti, sed tamquam fatui riderentur. ipsos quoque fatuos uidemus, quos uulgo moriones uocant, ad cordatorum delicias adhiberi et in mancipiorum aestimatione pretiosiores esse cordatis: tantum ualet carnalis affectus etiam minime fatuorum in delectatione alieni mali. nam cum homini iucunda sit aliena fatuitas, nec ipse tamen talis esse uoluisset; et si suum paruulum filium, a quo garriente talia pater lactus expectat et prouocat, talem praesciret futurum esse cum creuerit, nullo modo dubitaret miserabilius lugendum esse quam mortuum. sed dum spes subest incrementorum et ingenii lumen accessurum creditur aetatis accessu, fit ut conuicia paruulorum etiam in parentes non solum iniuriosa non sint, uerum etiam grata atque iucunda sint. quod quidem prudentium nemo probauerit, ut a dictis uel factis huiusmodi non tantum non prohibeantur, cum prohiberi

2 putaret *Vm1* infantes recentes *M* cui] sui *M* 3 uitam *Lm1* 5 iniquitatę (i *s.* ę *m2*) *K* 6 deputantum *Vm1* 7 proibitione *K* compescitur *Vm2* conpescitis *P* c̄pesc̣itis (en *s.* ị *m2*)*G* at *om. A* adhoc *Lm1Vm1GCm1M* adhuc *SP* 8 quae *M* 9 percutiet] percutienti et *Lm1SVm1PG* percutit *Lm2Cbd* ipsas eius] ipse (*om. V*) eius *z* ipsas etiam *b* mannas *V* quas *om. A* 10 exegit *M* exsugit *d* exugit *b* 12 absorditate *A* 13 se *Lm1* 14 tamquam] tam *M* redirentur *Gm1* fatuos (*in mg.* al cirratos)*b* 16 prętiosior *Lm1* tantịũ *K* 17 malo *Gm1* 18 iocunda *Lm2Vm2PGKA* 19 uolutse (t *in ras.*)*L* e talia (e *m2 ins.*)*L* et alia *SPG* 20 prouocaṛę (t *s.* ṛę *m2*)*K* si talem *P* 21 creberit *SGm1* cre∗uerit *V* 23 conuitiata *S* conuitia *cet.* 25 iocunda *Lm2PGKAM* sint *V* ut] et *Pm1* addictis *Lm1SVm1Gm1Pm1M* 26 non tantum *om. z* prohibere *V*

iam possunt, uerum in haec etiam concitentur studio ridendi et uanitate maiorum. nam plerumque illa aetas iam patrem matremque agnoscens neutri eorum audet maledicere nisi ab altero eorum aut ab utroque uel permissa uel iussa. uerum haec eorum sunt paruulorum, qui iam in uerba prorumpunt et animi sui motus qualibuscumque linguae signis promptare iam possunt. illam potius recentium natorum profundissimam ignorantiam uideamus, ex qua ad istam non permansuram balbutientem fatuitatem tamquam ad scientiam locutionemque tendentes proficiendo uenerunt.

XXXVI. 67. Illas, inquam, consideremus tenebras mentis utique rationalis, in quibus et deum prorsus ignorant, cuius sacramentis etiam cum baptizantur obsistunt; in has quaero unde et quando summersi sint. itane uero eas hic contraxerunt et in hac uita sua iam propria per nimiam neglegentiam obliti sunt deum, prudentes uero et religiosi uixerunt uel in uteris matrum? dicant ista qui ausi fuerint, audiant qui uoluerint, credant qui potuerint; ego autem puto, quod omnes, quorum mentem non obnubilat defendendae suae sententiae peruicacia, haec sentire non possunt. an nullum est ignorantiae malum et ideo nec purgandum? et quid agit illa uox: delicta iuuentutis et ignorantiae meae ne memineris? etsi enim damnabiliora peccata sunt, quae ab scientibus committuntur, tamen, si ignorantiae peccata nulla essent, hoc non legeremus quod commemoraui: delicta iuuentutis meae et ignorantiae meae ne memineris. in illas igitur ignorantiae densissimas tenebras, ubi anima infantis recentis ab utero, utique anima hominis, utique anima rationalis, non solum indocta, uerum

20. 23 Ps. 24, 7

1 concitantur *VGm2* 2 uanitate] uarietate *M* matrem *Sm1* 4 aut *om. A* ue permissa *A* 5 motos *Lm1SVPm1Gm1* 6 lingua *Gm2* signis *om. zd* indiciis *b in mg.* promtare *SG* promitare *V* promere *A* promptitare *b* 11 rationabilis *M* et *add. m2C* 13 sumersi *P* sūmisi *Km1* submersi *CMbd* sunt *C* ea sic *M* contraxerunt hic *K* 15 et] uel *P* 16 fuerunt *Sm1* 17 mentes *zbd* 18 prouicacia *A* haec *in ras. V* non *in ras. V* 19 nec oppugnandum *C* ait *Lm2P* 21 peccata (ta *s.l.m2*)*V* 22 committantur (u *s.* a *m2*)*VG* 23 mea *SVm1*, *om. KCMbd* 24 agitur *Vm1* ignorantia *A* 25 recentes *Km1* 26 hominis utique anima *om. A*

etiam indocilis iacet, quare aut quando aut unde contrusa est? si naturae est hominis sic incipere et non iam uitiosa est ista natura, cur non talis creatus est Adam? cur ille capax praecepti et ualens uxori et omnibus animalibus nomina inponere? nam et de illa dixit: haec uocabitur mulier, et: quodcumque uocauit Adam animam uiuam, hoc est nomen eius. iste autem nesciens ubi sit, quid sit, a quo creatus, ex quibus genitus sit, iam reus delicti, nondum capax praecepti, tam profunda ignorantiae caligine inuolutus et pressus, ut neque tamquam de somno excitari possit, ut haec saltem demonstrata cognoscat, sed expectetur tempus, quo hanc nescio quam uelut ebrietatem non per unam noctem, sicut quaelibet grauissima solet, sed per aliquot menses atque annos paulatim digerat — quod donec fiat, tam multa, quae in maioribus punimus, toleramus in paruulis, ut numerari omnino non possint — hoc tam magnum ignorantiae atque infirmitatis malum si in hac uita iam nati paruuli contraxerunt, ubi, quando, quomodo magna aliqua impietate commissa repente tantis tenebris inuoluti sunt?

XXXVII. 68. Dicet aliquis: ‘si haec naturae purae non sunt, sed uitiosae primordia, quia talis non est creatus Adam, cur Christus longe excellentior et certe sine ullo peccato natus ex uirgine in hac tamen infirmitate atque aetate procreatus apparuit?‘ huic propositioni respondemus Adam propterea non talem creatum, quia nullius parentis praecedente peccato non est creatus in carne peccati, nos ideo tales, quia illius praecedente peccato nati sumus in carne peccati. Christus ideo talis, quia, ut de peccato condemnaret peccatum, natus est in similitudine carnis peccati. non enim hoc agitur de Adam, quod pertinet ad corporis quantitatem, quia non paruulus factus est, sed perfecta mole membrorum — potest enim dici etiam

4 Gen. 2, 23. 19 25 cf. Rom. 8, 3

1 iacet et *LSVPA* *pr.* aut *om.LSVm1PG* natura *zd* 2 quur *Lm1SG; sic saepius, sed cf. Praef.* 5 uocabit *AM* 7 ex] a *zMTbd* necdum *Kb* 8 tam *om. A* 9 saltim *PKM* 10 quoḍ *V* quod *LSPG* 12 aliquod *Lm1SGm1* aliquos *V* paruulatim *T* 15 ut si (ut *exp. m2*)*KC* iam] non *P* 16 aliạ qua (qua *s.l.m2*)*K* pietate *A* 18 natura *zbd* pura *zKCMPbd* 19 uitiose *A* uitiosa *zCMTb* uiciosa *K* longę *PGm2* 20 excellentiae *Lm1SPG* excellentius (us *s.* ạę)*V* 21 apparuit *in ras. m. rec. L* 22 respondeamus *L* nullus *Vm1Gm1* 24 natus est *Vm2* 25 xpi ideo *in ras. G* 26 hic *bd* 28 more *Vm1*

pecora sic creata, nec tamen eorum peccato factum esse, ut ex eis pulli paruuli nascerentur, quod quale sit nunc non quaerimus — sed agitur de illius mentis quadam ualentia usuque rationis, quo praeceptum dei legemque mandati et docilis Adam caperet et facile posset custodire, si uellet. nunc autem homo sic nascitur, ut hoc omnino non possit propter horrendam ignorantiam atque infirmitatem non carnis, sed mentis, cum omnes fateamur in paruulo non alterius, sed eiusdem substantiae, cuius in primo homine fuit, hoc est rationalem animam degere. quamquam etiam ipsa tanta carnis infirmitas nescio quid, quantum arbitror, poenale demonstrat. mouet enim, si illi primi homines non peccassent, utrum tales essent filios habituri, qui nec lingua nec manibus nec pedibus uterentur. nam propter uteri capacitatem fortasse necesse fuerit paruulos nasci, quamuis, cum exigua sit pars corporis costa, non tamen propter hoc deus paruulam uiro coniugem fecit, quam aedificauit in mulierem. unde et eius filios poterat omnipotentia creatoris mox editos grandes protinus facere.

XXXVIII. 69. Sed, ut hoc omittam, poterat certe, quod multis etiam pecoribus praestitit, quorum pulli, quamuis sint paruuli neque accedentibus corporis incrementis etiam mente proficiant, quoniam rationalem animam non habent, tamen etiam minutissimi et currunt et matres agnoscunt nec sugendis uberibus cura et ope admouentur aliena, sed ea ipsi in materni corporis loco abdito posita mirabili facilitate nouerunt. contra homini nato nec ad incessum pedes idonei nec manus saltem ad scalpendum habiles et, nisi opere nutrientis inmotis labris papilla uberis ingeratur, nec ubi sint sentiunt et iuxta se iacentibus mammis

15 cf. Gen. 2, 22

1 peccatum *A* 3 ualenti ausuque *LSG* ualentia ausuque *V* 4 possit *Km1* 5 custodiret *Km1* si *s.l.m2A* hoc *om.zbd* 6 posset *M* carni *Lm1G* 9 degeret *LSVm1* 10 quid *om. A* demonstrạnt (e *s.* ạn *m2*)*L* demonstrant *SVm1* mobet *Vm1Gm1* 11 primi illi *zbd* illius *Lm1VPm1G*, *om. S* homines illius *S* 14 cum] enim *ACm2*, *om. K* 15 uero *M* 16 omnino potentia *V* omnipotenti *Cm1* 18 obmittam *L* mittam *Cm1* 22 matris *S* sugendi *LSVm1PG* operibus *LSVm1G* 23 ammouentur *Km1* maternis corporibus *zAbd* 24 possit amirabili *S* possita mir. *VG* 25 nec –idonei *om. M* saltim *Km1 AM* 26 habilis *Vm1* ope *CT* immotis *rb* admotis *d* papillae *Cd* 27 ingerantur *Lm1SPGC* ingeṇeraṇtur *V*

magis possint esurientes flere quam sugere. proinde infirmitati mentis congruit haec omnino infirmitas corporis. nec fuisset caro Christi in similitudine carnis peccati, nisi caro esset ista peccati, cuius pondere rationalis anima sic grauatur, siue et ipsa ex parentibus tracta sit siue ibidem creata siue desuper inspirata, quod nunc quaerere differo.

XXXIX. 70. In paruulis certe gratia dei per baptismum eius, qui uenit in similitudine carnis peccati, id agitur, ut euacuetur caro peccati. euacuatur autem, non ut in ipsa uiuente carne concupiscentia conspersa et innata repente absumatur et non sit, sed ne obsit mortuo, quae inerat nato. nam si post baptismum uixerit atque ad aetatem capacem praecepti peruenire potuerit, ibi habet cum qua pugnet eamque adiuuante deo superet, si non in uacuum gratiam eius suscepit, si reprobus esse noluerit. nam nec grandibus hoc praestatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili omnipotentissimi creatoris, ut lex peccati, quae inest in membris repugnans legi mentis, penitus extinguatur et non sit, sed ut quicquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum est, cum eidem concupiscentiae subiecta mente seruiret, totum aboleatur ac uelut factum non fuerit habeatur, ipsa uero soluto reatus uinculo, quo per illam diabolus animam retinebat, et interclusione destructa, qua hominem a suo creatore separabat, maneat in certamine, quo corpus nostrum castigamus et seruituti subicimus, uel ad usus licitos et necessarios relaxanda uel continentia cohibenda. sed quoniam diuino spiritu, qui multo melius quam nos omnia generis humani nouit, uel praeterita uel praesentia uel futura, talis uita humana praecognita atque praedicta est, ut

4 cf. Sap. 9, 15 8 cf. Rom. 8, 3. 6, 6 16 cf. Rom. 7, 23 22 cf. I Cor. 9, 27

1 possunt *KAM* suggere *LAm1* infirmis nutrimentis *M* 2 fuisse *M* 3 similitudinem *LSVm1PG* nisi—peccati *in mg. P* 4 pondera *A* et *om. M* 8 similitudinē *M* agitur] igitur *M* et *Vm1* 9 euacuetur *A* 10 recente *M* assumatur *A* oberat *M* 11 inerant *M* 12 percepti *P* 13 dn̄o *Am1* gratia *M* 14 eius *om. A* suscipit *KC* susceperit *Tbd* reprobatus *zbd* 15 omnipotentis simil̨i *P* 16 ut lex] uel ex *M* 17 *ante* pen. *add.* prorsus *zd* penitis *P* exstinguatur *K* estinguatur *Cm1* quidquid *Vm1KMTbd* 18 idem *z* 19 oboleatur *Vm1* aboletur *K* ableatur *M* 20 ipso *P* is *A* solute *Vm1* soluta *C* per quod illam *A* per *om. b* 21 et *om. M* distructa *Lm1SVm1G* quam *Lm1SP* 22 seperabat *K* quo *om. A* 26 praedicata *T*

non iustificetur in conspectu dei omnis uiuens, fit ut per ignorantiam uel infirmitatem non exertis aduersus eam totis uiribus uoluntatis eidem ad inlicita etiam nonnulla cedamus, tanto magis et crebrius quanto deteriores, tanto minus et rarius quanto meliores sumus. sed quoniam de hac quaestione, in qua quaeritur, utrum possit uel utrum sit, fuerit futurusue sit homo sine peccato in hac uita excepto illo qui dixit: ecce uenit princeps mundi et in me nihil inueniet, aliquanto diligentius disserendum est, iste sit huius uoluminis modus, ut illud ab alio quaeramus exordio.

LIBER SECVNDVS.

I. 1. De baptismo paruulorum, Marcelline carissime, quod non solum eis ad regnum dei, uerum etiam ad salutem uitamque aeternam adipiscendam detur, quam sine dei regno et sine Christi saluatoris societate, in quam nos suo sanguine redemit, habere nullus potest, priore libro satis, ut arbitror, disputauimus. in hoc autem uiuatne aliquis in hoc saeculo uel uixerit uicturusue sit sine ullo omnino peccato excepto uno mediatore dei et hominum homine Christo Iesu, qui dedit semet ipsum redemptionem pro omnibus, quanta ipse donat diligentia uel facultate disserendum enodan-

1 cf. Ps. 142, 2 7 Ioh. 14, 30 14 cf. Apoc. 5, 9 17 cf. I Tim. 2, 5 18 I Tim. 2, 6

2 exercitis *A* exsertis *Md* 6 futurusue* *L* 8 inueniit *Vp.c.* habet *K* aliquando *Gm1* 9 Expł liber primus ad Marcellinū de baptismo paruulorum. Incipit eiusdē ad eundē pro eadē causa liber secundus *L* EXPLIC̄ LIB̄ PRIMVS S̄CI ĀVG DE BAPTISMO PARVVLORVM INCIPIT LIB̄ SEC̄DS *S* EXPLICIT LIBER ·I· SECVNDVS INCIPIT DE EADĒ CAVSA *P* EXPLICIT *V* Explicit liber prim' de baptismo paruulorum. Incip liber secundus de perfectione iustitiae *K; a cod. G subscr. abest;* Explicit de baptismo paruulorum sci Augustini liber primus. Incip̄ de homine sine peccato ee non posse eiusdem liber secundus *A* Finit liber ·I· Incipit lib̄. ·II· *M* In nomine domini contuli ut potui. Explicit liber primus. Incipit liber II (*litt. mai.*) *C* 11 marcellinae carissimae *S* karissime *C-* 13 adiciscendum *Gm1* 14 qua *PKm1A* nullius *Vm1* 15 oc *Lm1* aūm *L* 16 uiuad ne *Lm1* uiuat ne *SP* 18 semed *Lm1* redeptionem *A* 19 ips *Lm1* diligentia (*in mg.* ał intelligentia)*b* discernendum *CT* eno*dandumque *G* enotandumque *A*

dumque suscepi. cui disputationi si se identidem aliqua necessitate uel oportunitate inseruerit quaestio de peccato uel baptismo paruulorum, mirandum non erit nec defugiendum, ut eis locis ad omnia, quae responsionem nostram flagitant, sicut ualemus respondeamus.

II. 2. Huius autem quaestionis solutio de hominis uita sine ulla subreptione uel praeoccupatione peccati propter cotidianas etiam nostras orationes maxime necessaria est. sunt enim quidam tantum praesumentes de libero humanae uoluntatis arbitrio, ut ad non peccandum nec adiuuandos nos diuinitus opinentur semel ipsi naturae nostrae concesso liberae uoluntatis arbitrio. unde fit consequens, ut nec orare debeamus, ne intremus in temptationem, hoc est ne temptatione uincamur, uel cum fallit et praeoccupat nescientes uel cum premit atque urguet infirmos. quam sit autem noxium et saluti nostrae, quae in Christo est, perniciosum atque contrarium ipsique religioni, qua inbuti sumus, et pietati, qua deum colimus, quam uehementer aduersum, ut pro tali accipiendo beneficio dominum non rogemus atque in ipsa oratione dominica: ne nos inferas in temptationem frustra positum existimemus, uerbis explicare non possumus.

III. 3. Acute autem sibi uidentur dicere, quasi nostrum hoc ullus ignoret, quod ‘si nolumus, non peccamus, nec praeciperet deus homini, quod esset humanae impossibile uoluntati‘. sed hoc minus uident, quod ad nonnulla superanda, uel quae male cupiuntur uel quae male metuuntur, magnis aliquando et totis uiribus opus est

11 cf. Matth. 26, 41 etc. 17 Matth. 6, 13 21 Pelagiani

1 cui] aut *V* si se] sis (*s.l.m2* si se)*K* sese *A* se* *V* idemtidem *V* nessitate *Lm1* nescitate *SVm1* necessitate *in ras. m2G* 2 inseruit *A* de baptismo uel peccato *bd* 3 quae *s.l. Lm2Vm2,om.SPG* 4 resposionem *Lm1* 6 supreptione *Lm1* surreptione *A* quotidianas *Lm2GC* cottidianas *K* 7 maxima *A* 10 libero *AM* uolumtatis *Lm1* fit (t *in ras.m2*)*L* 12 ne] in *V* temptationē *V* uel—nescientes *sequuntur post* infirmos *in A* et cum *S* pocupat *L* 13 prematquae *S* pmitat quae *G* urget *SPGKC* infirmus *Lm1* quam *om. A* 14 salutis *AC* adque (*sic saepius*)*L* 15 religiori *Lm1* 16 tali accipiendo] adi accipiendo (*in mg. m2* adipiscendo)*V* adipiscendo *b* 18 inferat *Sm2A* temptatione *VGM* exestimmus *Pm1* estimemus *A* 22 set *Lm1* (*ita saepius*) minus] non *zbd* 23 ad *s.l.Km2Gm2* a *M* nulla *Sm1* mala *Sm1* cupiuntur (cupi *s. eras.* metu)*Lm2* uel—metuuntur *s.l.m2L* 24 meteuntur *Vm1* mutuantur *M*

uoluntatis, quas nos non perfecte in omnibus adhibituros praeuidit, qui per prophetam ueridice dici uoluit: non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. tales itaque nos futuros dominus praesciens quaedam salubria remedia contra reatum et uincula peccatorum etiam post baptismum dare ac ualere dignatus est, opera scilicet misericordiae, cum ait: dimittite et dimittetur uobis; date et dabitur uobis. quis enim cum aliqua spe adipiscendae salutis aeternae de hac uita emigraret manente illa sententia, quod quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, nisi post paululum sequeretur: sic loquimini et sic facite tamquam per legem libertatis incipientes iudicari. iudicium enim sine misericordia illi, qui non facit misericordiam; superexultat autem misericordia iudicio?

IV. 4. Concupiscentia igitur tamquam lex peccati manens in membris corporis mortis huius cum paruulis nascitur, in paruulis baptizatis a reatu soluitur, ad agonem relinquitur, ante agonem mortuos nulla damnatione persequitur; paruulos non baptizatos reos innectit et tamquam irae filios, etiamsi paruuli moriantur, ad condemnationem trahit. in grandibus autem baptizatis, in quibus iam ratione utentibus quicquid eidem concupiscentiae mens ad peccandum consensit, propriae uoluntatis est; deletis peccatis omnibus, soluto etiam reatu, quo uinctos originaliter detinebat, ad

2 Ps. 142, 2 6 Luc. 6, 37. 38 9 Iac. 2, 10 11 Iac. 2, 12. 13
15 cf. Rom. 7, 23. 24 19 cf. Eph. 2, 3

1 uoluntates *A* adhibiturus *Lm1* adhabituros *Gm2* 2 ueridici (*om.* dici) *A1* 3 too *Vm1* Tale sit tanquam *A* nos dn̄s futuros *b* 4 praeuidens *zbd* 5 babtismum (*sic saepe*) *L* 7 s**pe *V* 8 migraret *b* 9 offendit *Sm1KA* 10 ni *Lm1* paulolum *SK* loqueretur *z, b* (*in mg.* ał sequeretur) 11 liberatis *L* 12 iudicare *A* 13 fecit *KAM* superexaltat *PGKACbd* 14 misericordiā (*sic*) *S* iudiciū *M* 16 uius *Lm1* in paruulis (i *s. ras.*) *L* 17 baptizatis *s.l.m2K* reatu (u *s. ras.m2*) *L* 18 paruulos uero (uero *s.l.m1*) *S* 19 paruoli *Lm1* 20 condamnationem *Gb* trahit *in ras. m2L* grandibus (*in mg. m2* grandi) *L* autē *s.l.Gm2* 21 quidquid *Lm1SVG* quicquic *Km2* quidquod *M* 22 consentit *zbd* uolumtatis (m *pro* n *saepius*) *L* dele*tis *L* deletis uero (uero *s.l.m1*) *S* deleti* (s *s.* *) *G* 23 uinctos (i *s.* os) *Sm1* uictos *Vm1* uinctus *M* orienaliter (gi *s.* e *m2*) *K* detinebant (n *fin. s.l.*) *Sm1* detenebat *A*

agonem interim manet non sibi ad inlicita consentientibus nihil omnino nocitura, donec absorbeatur mors in uictoriam et pace perfecta nihil quod uincatur existat. consentientes autem sibi ad inlicita reos tenet et, nisi per medicinam paenitentiae et opera misericordiae per caelestem sacerdotem pro nobis interpellantem sanentur, ad secundam mortem damnationemque perducit. propter hoc et dominus orare nos docens inter cetera monuit, ut dicamus: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. ne nos inferas in temptationem, sed libera nos a malo. manet enim malum in carne nostra non natura, in qua diuinitus creatus est homo, sed uitio, quo uoluntate prolapsus est, ubi amissis uiribus non ea qua uulneratus est uoluntatis facilitate sanatur. de hoc malo dicit apostolus: scio, quia non habitat in carne mea bonum. cui malo nos non oboedire praecepit, cum dicit: non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad oboediendum desideriis eius. si ergo his desideriis concupiscentiae carnis inlicita uoluntatis inclinatione consensimus, ad hoc sanandum dicimus: dimitte nobis debita nostra, adhibentes remedium ex opere misericordiae in eo quod addimus: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. ut autem non ei consentiamus, deprecamur adiutorium dicentes: et ne nos inferas in temptationem —uel, sicut nonnulli codices habent: ne nos inducas in temptationem —, non quod ipse deus tali temptatione aliquem temptet — nam deus intemptator malorum est, ipse autem neminem temptat — sed ut, si forte

2 cf. I Cor. 15, 54 5 cf. Rom. 8, 34 Hebr. 7, 25 6 Apoc. 2, 11 etc. 7 Matth. 6, 12. 13 13 Rom. 7, 18 15 Rom. 6, 12 18 Matth. 6, 12 21 Matth. 6, 13 24 Iac. 1, 13

1 interi *Lm1* manent (n *alt.s.l.*)*Sm1* sibi (bi *m2 s. ras.*)*L* 2 obsorbeatur *G* uictoria *Ab* 3 exsistat *K* autēm (ēm *s.l.m2*)*G* 4 reos (re *s.l.m2*)*L* opere *Lm1* 5 per *om. C* interpellatem *Lm1* 7 nobis *P* dimitte nobis *s.l.m2L* 8 deuitoribus *Lm1* 9 *ante* ne *add.* et *s.l.m2L,Abd* 11 *ante* prolabsus *exp.* facultate *L* 12 qua* *K* 13 quod (d *s.l.m2*)*V* quoniam *LSPGbd* 14 ma *Lm1* nos *om. Pd* praecipit *Lm2Cbd* 15 regnat *Vm2* 17 concupiscentia *Lm1SVm2PG* consensimus *Lp.c.m2* consentimus *A* consenserimus *b* 19 opera *M* 20 deuitoribus *Lm1* 21 deprecemur *LSVm1PG* et *om. A* 22 temtatio *Lm1* uel—temptationem *om. z* 24 temtet *A* tentet *GKC* intentator *GCM* 25 enī *s.* aum *Lm2b* tentat *Gr* ut] et *A*

temptari coeperimus a concupiscentia nostra, adiutorio eius non deseramur, ut in eo possimus uincere, ne abstrahamur inlecti. deinde addimus quod perficietur in fine, cum absorbebitur mortale a uita: sed libera nos a malo. tunc enim nulla erit talis concupiscentia, cum qua certare et cui non consentire iubeamur. sic ergo totum hoc in tribus beneficiis positum breuiter peti potest: ‘ignosce nobis ea, in quibus sumus abstracti a concupiscentia, adiuua, ne abstrahamur a concupiscentia, aufer a nobis concupiscentiam‘.

V. 5. Ad peccandum namque non adiuuamur a deo; iusta autem agere uel iustitiae praeceptum omni ex parte implere non possumus, nisi adiuuemur a deo. sicut enim corporis oculus non adiuuatur a luce, ut ab eadem luce clausus auersusue discedat, ut autem uideat adiuuatur ab ea neque hoc omnino, nisi illa adiuuerit, potest, ita deus, qui lux est hominis interioris, adiuuat nostrae mentis obtutum, ut non secundum nostram, sed secundum eius iustitiam boni aliquid operemur. si autem ab illo auertimur, nostrum est et tunc secundum carnem sapimus, tunc concupiscentiae carnis ad inlicita consentimus. conuersos ergo deus adiuuat, auersos deserit. sed etiam ut conuertamur, ipse adiuuat, quod certe oculis corporis lux ista non praestat. cum ergo nobis iubet dicens: conuertimini ad me, et conuertar ad uos nosque illi dicimus: conuerte nos, deus sanitatium nostrarum, et: deus uirtutum, conuerte nos, quid aliud dicimus quam: da quod iubes? cum iubet dicendo: intellegite ergo, qui insipientes estis in populo, nosque illi dicimus: da mihi intellectum, ut discam mandata tua, quid aliud dicimus quam: da quod iubes? cum iubet dicendo:

1 cf. Iac. 1, 14 3 cf. II Cor. 5, 4 4 Matth. 6, 13 18 cf. Rom. 8, 5
21 Zach. 1, 3. Mal. 3, 5 22 Ps. 84, 5 23 Ps. 79, 8 25 Ps. 93, 8 26 Ps. 118, 73

1 a* *G* 2 deseramur (e *alt. s. ras.*)*V* uincire *G* abstramur *Lm1* 3 absoruebitur *Lm1Sm1M* 4 *pr.* a *s.l.m2L* 6 *post* potest *sequitur:* oratio breuis perfectaque *in z, quae sententia del. in LV, in* oratione breui perfectaque *mut. in S* 7 simus *Lm1* a *s.l.Km2* 8 abstramur *Lm1* concupcentiam *Lm1* 10 non] nos *A* iuste *Vm2KAM* 12 adiuuamur *Km1* oculis *Lm1* oculos *Gm1Km1* aduuatur *Lm1* 13 ut] si ut *A* auersussuae *Lm1* auersus *Gm1* 15 nremtis *Lm2* nra *Vm1* 19 couersos *P* conuersus *Vm1A* aduersos *Lm1C* auersus *Vm1* auersus—adiuuat *in mg. A* 20 certe *om. V* 23 sanitatum *Sm2Km2CMbd* salutariū nostrorum *A* 24 aliū *Lm1* cum—quod iubes *in mg. A* 26 et nos *bd*

post concupiscentias tuas non eas nosque dicimus: scimus quoniam nemo esse potest continens, nisi deus det, quid aliud dicimus quam: da quod iubes? cum iubet dicendo: facite iustitiam itemque dicit: beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, a quo debemus petere cibum potumque iustitiae nisi ab illo, qui esurientibus eam et sitientibus promittit eius saturitatem?

6. Repellamus itaque ab auribus et mentibus nostris eos, qui dicunt accepto semel liberae uoluntatis arbitrio nec orare nos debere, ut deus nos adiuuet, ne peccemus. talibus enim tenebris nec pharisaeus ille caecabatur, qui quamuis in hoc erraret, quod sibi addendum ad iustitiam nihil putabat seque arbitrabatur eius plenitudine saturatum, deo tamen gratias agebat, quod non esset sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut ille publicanus, quod bis in sabbato ieiunaret, quod omnium quae possidebat decimas daret. nihil sibi addi ad iustitiam iam petebat, sed tamen ex his quae habebat gratias deo agendo ab illo se accepisse omnia fatebatur. et tamen inprobatus est, et quia ueluti saturatus nihil de alimentis iustitiae iam rogabat accipere et quod eam publicano esurienti ac sitienti se uelut insultans praeferre gestiebat. quid ergo illis fiet, qui, etsi fateantur se non habere uel non plenam habere iustitiam, tamen a se ipsis habendam, non a suo creatore, ubi horreum eius et fons eius est, deprecandam esse praesumunt? nec ideo tamen solis de hac re uotis agendum est,

1 Eccli. 18, 30 2 cf. Sap. 8, 21 3 Es. 56, 1 4 Matth. 5, 6 10 cf. Luc. 18, 10—14

1 concupiscensias *L* nosque] nos quoque *b* 2 quoniam] quia *zbd* ne*mo *L* potest esse *d* 3 iubetur *V* iustitiam] nosque dicimus: doce me iustificationes tuas (*Ps.118,12*), quid aliud dicimus quam: da quod iubes? *add.bd* 4 idemque *T* item cum *d* sitiunt (*pr.* t *s. ras. m2*)*L* 6 ea *C*, *om. Km1A* 8 itaque (e *s. ras. m2*)*L* *ab *L* eos *s.l. Km2* 9 uoluptatis *Lm1* nos *om.z* 10 adiuet *Lm1* fariseus *L* phariseus *VPKA* 11 errore *Lm1SVPG* quos *V* sibi *om. C* si *A* 14 puplicanus *L* 16 addi] ad *VG*, *om.LSP* iam *om. z* eis *A* iis *G* 17 agens *A* se *om.z* īprobat *L a. c.* 18 saturitas *Pm1* iam *om. z* 19 eam] in *SG* iṇ (illi *s.* ṇ) *V*** *L*, *om. P* puplicano *L* ac] et *z* sicienti *V a.c.* ueluti *A* 20 proferre *M* faterentur *Lm1SVm1PG* semet *A* 22 suo* *Lp.c.* orreum *Lm1GKm1* 23 p̄sumunt (p̄ *s. ras.*)*K* de hac re solis *KCb* de hac *s.l.m2L* uotis—nostrae *in mg. m2G* ē *s.l.m2K*

ut non subinferatur ad bene uiuendum etiam nostrae efficacia uoluntatis. adiutor enim noster deus dicitur nec adiuuari potest, nisi qui aliquid etiam sponte conatur, quia non sicut in lapidibus insensatis aut sicut in eis, in quorum natura rationem uoluntatemque non condidit, salutem nostram deus operatur in nobis. cur autem illum adiuuet, illum non adiuuet, illum tantum, illum autem tantum, istum illo, illum isto modo, penes ipsum est et aequitatis tam secretae ratio et excellentia potestatis.

VI. 7. Nam qui dicunt esse posse in hac uita hominem sine peccato, non est eis continuo incauta temeritate obsistendum. si enim esse posse negauerimus, et hominis libero arbitrio, qui hoc uolendo appetit, et dei uirtuti uel misericordiae, qui hoc adiuuando efficit, derogabimus. sed alia quaestio est, utrum esse possit, alia utrum sit; alia, si non est, cum possit esse, cur non sit; alia, utrum qui omnino numquam ullum peccatum habuerit, non solum quisquam sit, uerum etiam poterit aliquando esse uel possit. in hac quadripertita propositione quaestionum si a me quaeratur, utrum homo sine peccato possit esse in hac uita, confitebor posse per dei gratiam et liberum eius arbitrium, ipsum quoque liberum arbitrium ad dei gratiam, hoc est ad dei dona, pertinere non ambigens, nec tantum ut sit, uerum etiam ut bonum sit, id est ad faciendа mandata domini conuertatur atque ita dei gratia non solum ostendat quid faciendum sit, sed adiuuet etiam, ut possit fieri quod ostenderit. quid enim habemus quod non accepimus? unde et Hieremias dicit: scio, domine, quia non est in homine uia eius nec uiri est, ut ambulet et

2 cf. Ps. 61, 9 23 cf. I Cor. 4, 7 24 Hier. 10, 23

1 ad bene uiuendum] ad uiuendum *zb* adnitendo *cod. Mus. Brit. et d* ut etiam *A* uolutatis *Lm1* 2 nrt *V* deus *om. K* quia *V* etiam aliquid *d* 3 etiam *om. b* co**netur *Lm2* 4 corum *Lm1* natura rationem (ra ra *s.l.m2*) *L* 5 illam *SVm1G* 6 tantū(tū *in ras. m2*) *L* non tantum *bd* *ante* istum *s.l.m. post. add.* il *V*, *eras. G* 7 in isto *SP* in *eras. LG*, *exp. V* pene si *G* penesț *S* peneșe *V* equitas *S* rationis *S p. c.* 8 excellentiam *La.c.SVa.c.G* 9 posse *om. z* ac *Lm1* hominū *Km1* 10 si* *L* 12 uirtute *Lm1Km1* 15 umquā nullū(n *in mg. add.*) *L* umquam illum *S* umquā ullū *P* numquam illum *V* unquam illud *G* 16 potuerit *MT'd* quadripartita *d* 17 propositione* *L* q:ratur *Lm1V* 18 potest *KC* ac *Lm1* 19 *pr.* arbitrio *Lm1* 21 ut] et *K* bonus *G* si* idem (*om.* est) *V* 22 quod *KC* 23 posit *Lm1* 24 accipimus *A* ieremi *Lm1* hyeremias *M* ieremias *Ad*

dirigat gressus suos. hinc et in Psalmis cum quidam dixisset deo: tu praecepisti mandata tua custodiri nimis, continuo non de se praesumpsit, sed optauit, ut faceret: utinam, inquit, dirigantur uiae meae ad custodiendas iustificationes tuas! tunc non confundar, dum inspicio in omnia mandata tua. quis autem optat, quod in potestate sic habet, ut ad faciendum nullo indigeat adiumento? a quo autem id optet, quia non a fortuna uel a fato uel a quolibet alio praeter deum, in consequentibus satis ostendens: itinera, inquit, mea dirige secundum uerbum tuum, et ne dominetur mihi omnis iniquitas. ab huius execrandae dominae seruitute liberantur, quibus dominus Iesus eum recipientibus dedit potestatem filios dei fieri. ab ista horrenda dominatione liberandi fuerant, quibus dicit: si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. his atque huiusmodi aliis innumerabilibus testimoniis dubitare non possum nec deum aliquid inpossibile homini praecepisse nec deo ad opitulandum et adiuuandum, quo fiat quod iubet, inpossibile aliquid esse. ac per hoc potest homo, si uelit, esse sine peccato adiutus a deo.

VII. 8. Si autem, quod secundo loco posueram, quaeratur utrum sit, esse non credo. magis enim scripturae credo dicenti: ne intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. et ideo misericordia dei opus est, quae superexultat iudicio, quae illi non erit, qui non facit misericordiam. et quod propheta, cum diceret: dixi: pronun-

2 Ps. 118, 4 3 Ps. 118, 5. 6 9 Ps. 118, 133 11 cf. Ioh. 1, 12 13 Ioh. 8, 36 20 Ps. 142, 2 23 cf. Iac. 2, 13 24 Ps. 31, 5. 6

1 dirigad *Lm1; cf. Praef.* 2 custodire *PKA* 3 optabit *A*, *om. z* 5 spicio *Lm1* respicio *A* 6 obtat *Lm1* 7 aiumento *Lm1* autem id *in ras. Lm2* optat *VA* 8 *pr.* uel] sed *P* aliquo alio *V* aliquo *LSPG* 9 mea inquit *zbd* diriges *K* 10 ut non *P* et non *Sbd* uius *Lm1* 11 execandę *Lm1* exsecrandę *PMd* domus *Lm1SVPG* dominationis *Lm2bd* 12 eum recipientibus *om.z, incl.d; cf. II 23, 37* ista (ta *s.l.m2*) *L* 13 orrenda *Lm2KCM* dampnatione *A* nos *C* 14 filis *Lm1* filios *V* lib̄. uierit *A* liberauit *b* uero *Vm1* adq: *L* uiusmodi *Lm1* 15 possumus *M* 16 opitulen *Lm1* 17 fiet *A* aliqui *Lm1* 18 uellit *V* d*o̅ *K* 20 credo scripturae *bd* ne] non *K* 21 iudicio *Lm1AM* quia *KA* 22 tuo (u *s.l.m2*) *L* et *s.l.Km2* sed *A* ido *Gm1* 23 q: *bis Lm1* superexaltat *PKAbd* 24 *post* misericordiam *repetuntur:* dei opus est—misericordiam *sed del. sunt in L* propeta *Lm 1*

tiabo aduersus me delictum meum domino, et tu dimisisti impietatem cordis mei, continuo subiunxit: pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno, non ergo omnis peccator, sed omnis sanctus; uox enim sanctorum est: si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. unde in eiusdem apostoli Apocalypsi illa centum quadraginta et quattuor milia sanctorum, qui etiam cum mulieribus se non coinquinauerunt — uirgines enim permanserunt — et non est inuentum in ore eorum mendacium, quia inreprehensibiles sunt, profecto ideo sunt inreprehensibiles, quia se ipsos ueraciter reprehenderunt; et ideo non est inuentum in ore eorum mendacium, quia, si dicerent se peccatum non habere, se ipsos deciperent et ueritas in eis non esset et utique mendacium esset, ubi ueritas non esset, quoniam iustus, cum in sermonis exordio accusator sui est, non utique mentitur.

9. Ac per hoc eo, quod scriptum est: qui natus est ex deo, non peccat et non potest peccare, quia semen eius in ipso manet, et si quid aliud eo modo dictum est, multum falluntur minus considerando scripturas. non enim aduertunt eo quosque fieri filios dei, quo esse incipiunt in nouitate spiritus et renouari in interiore homine secundum imaginem eius, qui creauit eos. non enim ex qua hora quisque baptizatur, omnis uetus infirmitas eius absumitur; sed renouatio incipit a remissione omnium peccatorum et

4 I Ioh. 1, 8 6 cf. Apoc. 14, 4. 5 14 cf. Prou. 18, 17 16 I Ioh. 3, 9 20 cf. Rom. 7, 6. II Cor. 4, 16 cf. Col. 3, 10

1 aduersum *KA* remisisti *Km1* demisisti *A* 2 impietates *A* m̄i *Lm1* orauit *Lm1CM* 5 decepimus *Sm2Gm1* seducimus *Mb* 6 apocalypsin *LSP* apocalipsym *V* apocalipsi *KA* apocalypsis *Gm1M* 7 CXL^{a} IIII^{or} *A* quatuor *LGK* millia *CM* qui se cum mulieribus non coinquin. (*om.* etiam) *zbd* 8 se* *G* quoinquinauerunt *Lm1VGm1* *post* enim *eras.* n̄ *G* 9 os *LSm1VPG* 10 profecto – inrepreh. *om. T* irreprehensibiles sunt *bd* 11 ido *Gm1* 12 dicerent (e *in ras.*) *L* 13 et — non esset *in mg. Gm2, om. T* 14 exordoo *Gm1* 15 mentitus *G* 16 quo *Lm1SVPG* 17 *post* non peccat *exp.* et n̄ dictū ē multū *L* 18 eo *s.l.m2L* multi *A* 19 auertunt eos *V* 20 renouare *Lm1SVPG* interiore* homine* *L* in interiorem hominem *GAbd* 21 creuit *Lm1* illos *A* 22 ora *LGm1K* omnis] *add.* enim *PGm1* uetus omnis eius infirmitas adsumitur (b *s.* d *m2 K* assumitur *A*) *KA*

in quantum quisque spiritalia sapit, qui iam sapit, cetera uero in spe facta sunt, donec etiam in re fiant, usque ad ipsius corporis renouationem in meliorem statum immortalitatis et incorruptionis, qua induemur in resurrectione mortuorum. nam et ipsam dominus regenerationem uocat, non utique talem, qualis fit per baptismum, sed in qua etiam corpore perficietur quod nunc spiritu incoatur: in regeneratione, inquit, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et uos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israhel. nam in baptismo quamuis tota et plena fiat remissio peccatorum, tamen, si continuo tota et plena etiam hominis in aeternam nouitatem mutatio fieret—non dico et in corpore, quod certe manifestum est adhuc in ueterem corruptionem atque in mortem tendere in fine postea renouandum, quando uere tota nouitas erit, sed excepto corpore si in ipso animo, qui est homo interior, perfecta in baptismo nouitas fieret—, non diceret apostolus: etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. profecto enim qui de die in diem adhuc renouatur, nondum totus est renouatus; et in quantum nondum est renouatus, in tantum adhuc in uetustate est. proinde ex hoc, quod adhuc in uetustate sunt, quamuis iam baptizati, ex hoc etiam adhuc sunt filii saeculi; ex hoc autem, quod in nouitate sunt, hoc est ex plena et perfecta remissione peccatorum, et quantumcumque illud est quod spiritaliter sapiunt eique congruos mores agunt, filii dei sunt. intrinsecus enim exuimus ueterem hominem

6 Matth. 19, 28 16 II Cor. 4, 16 21 cf. Luc. 20, 34 24 cf. Eph. 4, 22—25

1 quatum *Vm1Km1* iam *in mg.Lm2* iam sapit, in tantum renouatur *b* 3 incorruptione *Lm1* 4 resurrectionem *La.c.SGm1* regiorē (*in mg.m2* regenerationem)*K* 5 sed in *in ras.Lm2* 6 quo *M* in corpore *zbd* perficiatur *SVPG* perficitur *CT* inquoatur *Lm1* inuocatur *V* incohatur *Sp.c.* inchoatur *PKm2ACMbd* 7 generatione *Pa.c.* generationē *K* cum uenerit filius hominis in regnum suum *KAC* 8 et uos *om. KAC* 9 srh̄l *L* irł *S* israel *A* 10 fit *Sm1Gm1 C* si] si non *CT* n̄ *A* 11 in *s.l.Lm2* 12 et *om.A* aduc *Lm1* 13 adque *Lm1* in *pr. s.l.m2S* finem *LC* 14 tota] tanta *M* si] sed *V* se *M* 15 interior homo *A* iterior *Lm1* perfecta—exterior *in mg.m2G* dicet *SVm1* 16 noster homo *K* 17 renouat *Lm1* de—renouatur *in mg.m2K* 18 et in quantum—renouatus *om.zCM* 19 uetustatem *SG* 20 oc *Lm1* in *om. Vm1* uetustate *L p. c.* sunt *in ras. m2L* 21 quo *r* innouate *P* nuuitate *Lm1* sunt *bis S* 23 illut *Lm1* 24 agunt *ex* habent *Km2*

et induimus nouum, quoniam ibi deponimus mendacium et loquimur ueritatem, et cetera, quibus apostolus explicat quid sit exui ueterem hominem et indui nouo, qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate ueritatis. et hoc ut faciant, iam baptizatos fidelesque adhortatur; quod adhuc monendi non essent, si hoc in baptismo iam perfecte factum esset. et tamen factum est, sicut et salui facti sumus; saluos enim nos fecit per lauacrum regenerationis. sed alio loco dicit quemadmodum hoc factum sit: non solum, inquit, sed etiam nos ipsi primitias habentes spiritus et ipsi in nobismet ipsis ingemescimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. spe enim salui facti sumus; spes autem, quae uidetur, non est spes; quod enim uidet quis, quid et sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus.

VIII. 10. Adoptio ergo plena filiorum in redemptione fiet etiam corporis nostri. primitias itaque spiritus nunc habemus, unde iam filii dei re ipsa facti sumus; in ceteris uero spe sicut salui, sicut innouati ita et filii dei, re autem ipsa quia nondum salui, ideo nondum plene innouati, nondum etiam filii dei, sed filii saeculi. proficimus ergo in renouationem iustamque uitam per quod filii dei sumus et per hoc peccare omnino non possumus, donec totum in hoc transmutetur, etiam illud, quo adhuc filii saeculi sumus; per hoc enim et peccare adhuc possumus. ita fit ut et qui natus est ex deo non peccet et, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipiamus et ueritas non sit in nobis. consumetur ergo, quod filii

3 Eph. 4, 24 7 Tit. 3, 5 8 Rom. 8, 23—25 19 cf. Rom. 9, 8. Luc. 20, 34
23 cf. I Ioh. 3, 9 24 cf. I Ioh. 1, 8

2 ueterē (ritatē *s.m3*)*V* ue∗terem *L* 3 nouum *Vm2M1d* in *s.l.m2G* 5 adortatur *Lm1K* hortatur *A* monendi ēē *Km1* 7 saluo *Lm1* enim *om.K* 8 factum est hoc *V* hoc sit factum *b* sit] est *zbd* 10 nobismed *Lm1* ingemiscimus *Pm. rec.ACbd* 11 redemtionem *L* 13 enim] autem *KC* uidet quiḍ (s *s.* ḍ *m2*)*V* et *om. zATbd* 14 speramus *s.l.m2L* 15 ergo] enim *A* redemptio∗ne *L* redemptionem *PM* fiat *K* 17 in spe *Lm2* ipse *Lm1S* ipsę (spe *s.m3*)*V* *alt.* sicut *La. c.* sicuṭ (et *s.* uṭ *m3*)*V* 18 et] ut *Im1Vm1S, om.C* ipsa *om. A* 20 ergo (go *s.l.m2*)*L* iustamque uitam (que uitam *s.l.m2*)*L* fili *A* su∗mus *L* 22 transmutemur *A* quod *codd. praet. K* 23 posumus *Lm1* 25 decepimus *Lm1Vm1* decipimus *SPG* seducimus (*in mg.* al decipimus) *b* in nobis non est *b* hęc ergo *L*

carnis et saeculi sumus, et perficietur quod filii dei et spiritu renati sumus. unde idem Iohannes: dilectissimi, inquit, filii dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. quid est hoc 'sumus' et 'erimus', nisi quia sumus in spe, erimus in re? nam sequitur et dicit: scimus, quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. nunc ergo et similes ei esse iam coepimus primitias habentes spiritus et adhuc dissimiles sumus per reliquias uetustatis. proinde in quantum similes, in tantum regenerante spiritu filii dei, in quantum autem dissimiles, in tantum filii carnis et saeculi. illinc ergo peccare non possumus; hinc uero, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, donec totum transeat in adoptionem et non sit peccator et quaeras locum eius et non inuenias.

IX. 11. Frustra itaque nonnulli etiam illud argumentantur, ut dicant: *si peccator genuit peccatorem, ut paruulo eius reatus originalis peccati in baptismi acceptione soluatur, etiam iustum gignere debuit.* quasi ex hoc quisque carnaliter gignat, quod iustus est, et non ex hoc potius, quod in membris eius concupiscentialiter mouetur et ad usum propagandi lex peccati mentis lege conuertitur. ex hoc ergo gignit, quod adhuc uetustum trahit inter filios saeculi, non ex hoc, quod in nouitatem promouit inter filios dei; filii enim saeculi huius generant et generantur. inde et quod nascitur tale est, quia quod nascitur de carne, caro est. iusti autem non sunt nisi filii dei. in quantum autem sunt filii dei, carne non gignunt, quia spiritu et ipsi, non carne nati sunt. sed ex hoc carne gignunt, quicumque eorum gignunt, ex quo nondum in nouitatem perfectam

1 cf. Ioh. 3, 5 2 I Ioh. 3, 2 11 cf. I Ioh. 1, 8 12 cf. Ps. 36, 10 15 Pelagiani 19 cf. Rom. 7, 23 21 Luc. 20, 34 23 cf. Ioh. 3, 6

1 sumus (su *s.l.m2*)*L* sps *Lm1SPGA* renouati *zd, b in textu* 2 ioannes *Gd* dilectisimi *Lm1* *post* inquit *add.* nunc *d* 3 apparuid *Lm1* quod] quid *Lm1Vm2Gd* ho *Lm1* 4 re *corr.m1 ex* spe *A* 6 uidemus *S* ei et similes *b* ei similes *d* 7 cepimus *LS* 8 disimiles *Lm1* 9 regenerantes *AM* fili *A* 10 disimili *Lm1* 11 quia *om. r* 12 decepimus *Vm1* seducimus *M* 13 q: res *Lm1* inuenies *K* 15 se *Km1* paruulọ (us *s.* ọ m2)*K* reatus̩ *K* originali *Gm1* 17 ho *Lm1* iustū *Km1Gm1AC* 18 potius *om. z d* quo *Kb* 19 peccati (ti *s.l.m2*)*L* 21 nouitate *V* promisit *Gm1* fili *Lm1Vm1* 22 **generant *L* 23 quia] *add.* et *zbd* 24 fili *A* carnē *A* gignit *Ga.c.* 25 **spiritu *V* et *om. b* set (t *m1 saepe*) *L*

totas uetustatis reliquias commutarunt. unde quisquis filius de hac parte nascitur uetusta et infirma, necesse est ut etiam ipse uetustus sit et infirmus; idcirco oportet ut etiam ipse in aliam generationem per remissionem peccati spiritu renouetur. quod si in eo non fit, nihil ei proderit pater iustus; spiritu enim iustus est, quo eum non genuit. si autem fit, nihil ei oberit etiam pater iniustus; iste enim gratia spiritali in spem nouitatis aeternae transitum fecit, ille autem mente carnali totus in uetustate permansit.

X. 12. Non igitur contrarium testimonium est illud, quo dictum est: qui natus est ex deo, non peccat, ei testimonio, quo iam natis ex deo dicitur: si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est. quamdiu enim homo quamuis totus in spe iam et iam in re ex parte regeneratione spiritali renouatus adhuc tamen portat corpus, quod corrumpitur et adgrauat animam, quid quo pertineat et quid unde dicatur, etiam in uno homine distinguendum est. nam, ut ego arbitror, non facile cuiquam scriptura dei tam magnum iustitiae perhibet testimonium quam tribus famulis eius, Noe, Danihel et Iob, quos Hiezechiel propheta dicit ab inminente quadam iracundia dei solos posse liberari, in tribus utique illis uiris tria quaedam hominum liberanda genera praefigurans: in Noe, quantum arbitror, iustos plebium praepositos propter arcae tamquam ecclesiae gubernationem, in Danihele iustos continentes, in Iob iustos coniugatos

10 I Ioh. 3, 9 11 I Ioh. 1, 8 14 cf. Sap. 9, 15 18 cf. Hiez. 14, 14

1 totius *ex* totus *V* uetustatis *s.l.m2L* ***mutarunt *V* cōmotarent *Km1* 2 uetustate infirma *L* uetustate infirmat *SG* uetustate infirmatur *P* et *in ras. V* esse *G* ut *om. A* uetus *A* 3 sit *s.l.m2S* iccirco *A* etiam ut *b* 4 $\overline{\text{sps}}$ (u *s.* ṣ)*V* sit *Sm1* 5 ei *om. A* proderit —est *s. ras. m2L* 7 spē *Lp.c.* spe *SVPG* 9 illud—est *om. zd* quo *Engelbrecht* quod *rb* 10 eo *A* quod *zA* 11 natus *S* nati *C* 12 decepimus *Lm1Vm1* 13 in *ante* spe *om. b* in spe iam et iam] ipse iam etiam *LSPG* ipse iam et iam (p *s.* s *m1*)*V* in re] in spe *ex* ire *Lm2* parte] *add.* in *LSVPb* 14 renouatū *GA* 15 quo] quod *A* et (*s. m2* ł ei) *K* 16 distingendum *KA* e*go *V* 17 cuiqua* sptura *Lm1* 18 daniel *CMd* 19 iezehihel *L* iezechiel *SVG* Hiezehiel *P* inezechihel *K* hyezechiel *M* ezechiel *A* in ezechiel *b* 20 itaque *SP* 21 noae *L* 22 pleuium *Lm1Vm1Gm1* praeuium *Sm1* praepositum *C* propositos *b* arcae tamquam] aquā et arcā *LSPG* aquā et arcae ecc̣ḷe *V*; *cf. Enarr. in psalm. 132, n. 5 (XXXVII 173 M)* archae *Km1* 23 daniele *LGCd* danihel *A* *alt.* iusto *Lm1* coniugales *z*

et si quis est forte alius intellectus, de quo nunc non est necesse disquirere. uerum tamen quanta isti iustitia praeeminuerint, et hoc prophetico et aliis diuinis testimoniis satis apparet. nec ideo quisquam sobrius dixerit ebrietatem non esse peccatum, quae tamen subrepsit tanto uiro; nam Noe, sicut legimus, fuit aliquando ebrius, quamuis absit, ut fuerit ebriosus.

13. Danihel uero post orationem, quam fudit deo, de se ipse dicit: cum orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei domino deo meo. propterea, nisi fallor, per supra memoratum Hiezechielem cuidam superbissimo dicitur: numquid tu sapientior quam Danihel? neque hic dici potest, quod quidam contra orationem dominicam argumentantur, quia *etsi orabant eam*, inquiunt, *sancti et perfecti iam apostoli nullum omnino habentes peccatum, non tamen pro se ipsis, sed pro inperfectis et adhuc peccatoribus dicebant: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, ut per hoc*, inquiunt, *quod dicerent 'nostra', in uno esse corpore demonstrarent et illos adhuc habentes peccata et se ipsos, qui iam carebant omni ex parte peccato.* in Danihele certe hoc non potest dici, qui, ut credo, tamquam propheta praeuidens hanc aliquando praesumptionem futuram, cum in oratione saepe dixisset 'peccauimus', non ita nobis exposuit, cur hoc dixerit, ut ab illo audiremus: 'cum orarem et confiterer peccata populi mei domino deo meo', nec adhuc distinctione confusa, ut esset incertum propter unius corporis societatem, si diceret: 'cum peccata nostra confiterer domino deo meo', sed ommino

2 cf. Gen. 6, 9. Eccli. 44, 17. II Petr. 2, 5. Dan. 6, 22. Iob 1, 8 5 cf. Gen. 9, 21 8 Dan. 9, 20 10 Hiez. 28, 3 12 Pelagiani (?) 15 Matth. 6, 12 21 cf. Dan. 9, 5. 6. 10 22 cf. Dan. 9, 20

1 disserere *A* exquirere *M* 2 ista *Lm1SVm1PG* iusti *M* praeminuerint *LVm1b* p̄minuerit *SPG* *post* hoc *eras.* prophetico *bis scr. L* 3 et aliis—sobrius *in mg. m2G* 4 so**brius *L* 5 subrepserit *K* surrepsit *A* suprexit *C* noae *L* *ebrius *A* 7 daniel *CMbd* ipso *Ab* 8 dicit *s.l.m2K* 9 meo *s.l.m2G* 10 iezehihelem *L* hezechielem *K* iezechielem *G* hiezechielum *C* 11 daniel *GMbd* 13 orabat *Km1* ea *Lm2* inqui ut *Lm1* iniqui ut *SPG* ut (*s.l.*) iniqui ụt *V* habentes omnino *K* 14 se *s.l.G* 15 demitte *Gm1* 17 demonstraret *Km1* 19 danihel *V* Daniele *d* potes *Lm1* 20 propeta *Lm1* aliquando *semcl eras. L* praesumtionem *L* 21 orationeș *K* 22 cur] cū *P* 23 peccata] *add.* mea et *Kb* ne *AC* 24 confusa—nostra *in mg. m2A* corpris *Lm1*

tam distincte, tamquam de seipsa distinctione satagens eamque maxime uehementerque commendans: peccata, inquit, mea et peccata populi mei. quis huic euidentiae contradicit, nisi quem plus delectat defensare quod sentit quam quid sentiendum sit inuenire?

14. Iob autem post tam magnum de illo iustitiae testimonium dei quid dicat ipse uideamus. in ueritate, inquit, scio, quia ita est. quemadmodum enim iustus erit ante dominum? si enim uelit contendere cum eo, non poterit oboedire ei. et paulo post: quis, inquit, iudicio eius aduersabitur? quodsi fuero iustus, os meum impie loquetur. iterum paulo post: scio, inquit, quia inpunitum me non dimittit. quia sum impius, quare non sum mortuus? quodsi purificatus niue et mundatus fuero mundis manibus, sufficienter in sordibus me tinxisti. item in alio suo sermone: quia conscripsisti, inquit, aduersus me mala et induisti me iuuentutis meae peccata et posuisti pedem meum in prohibitione, seruasti omnia opera mea et in radices pedum meorum inspexisti, qui ueterescunt sicut uter uel sicut uestimentum a tinea comestum. homo enim natus ex muliere parui est temporis et plenus iracundia et, sicut flos cum floruit et decidit, discessit, sicut umbra non manet. nonne et huius curam fecisti uenire in iudicium tuum? quis enim erit mundus a sordibus? nemo, nec si unius diei fuerit uita eius. et paulo

2 Dan. 9, 20 · 6 Iob 9, 2. 3 · 9 Iob 9, 19. 20. 28—31 · 15 Iob 13, 26—14, 5

1 distincti *Vm1* se *om. z CMTbd* distinctionem *Lm1* 2 commendens *Vm1K* 3 mei *om. VPM d* quis—delectat *in mg. m2K* hic *S* uic *Lm1Km1* contradicat *Lm2* quā *Gm1* 4 quid] quis *C* 5 postam *Lm1Vm1* iustitiae *om. r, sed cf. p. 86, 8* 6 $\overline{\text{di}}$ *s.l.m2K* 7 enim *om. LSVPb* erit] *add.* homo *zbd, sed cf. p. 86, 11* 8 $\overline{\text{dm}}$ *Gm1* enim] autem *z CMTbd* 9 inquit quis *Kb* 12 dimittet *Lm2* dimittis *M, cf.* ἐάσεις *LXX* 13 mundandis manibus *A* 14 uincxisti *Vm1* 15 sermone (mone *s.l.m2)G* consripsisti *Lm1* aduersum *A* 16 iuu. meae pecc. *s.l.m2L* 17 proibitione *L* prohibicionē *K* opera] peccata *V* opera (*in mg.* ał peccata) *b* 18 conspexisti *KACb* ueterascunt *Vm2Abd* 19 cōmestum *LK* 20 enim *om. K* parui (par *in ras.*)*LS* praui *Vm1Gm1* pauci *KCT', cf. p. 87, 1* ēē *s. exp.* ē*A* 21 iracundiae *Lm2* floruerit *LSVPb* descessit *b* 22 uius *Lm1* cura *AC* 23 in *s.l.m2G* mundus erit *K* inmundus erit *C* mundus (n *s.l.m2)V* 24 uitae *K*

post: dinumerasti, inquit, necessitudines meas et nihil te latuit de peccatis meis; signasti peccata mea in folliculo et adnotasti si quid inuitus commisi. ecce et Iob confitetur peccata sua et in ueritate se dicit scire, quia non est iustus quisquam ante dominum. et ideo iste hoc in ueritate scit, quia, si nos dixerimus non habere peccatum, ipsa ueritas in nobis non est. proinde secundum modum conuersationis humanae perhibet ei deus tam magnum iustitiae testimonium; ipse autem se metiens ex regula illa iustitiae, quam sicut potest conspicit apud deum, in ueritate scit, quia ita est, et adiungit: quemadmodum enim iustus erit ante dominum? si enim uelit contendere cum eo, non poterit oboedire ei, id est: 'si iudicandus ostendere uoluerit non in se inueniri posse quod damnet, non poterit oboedire ei'; amittit enim etiam illam oboedientiam, qua oboedire posset praecipienti confitenda esse peccata. unde quosdam increpat dicens: quid uultis mecum iudicio contendere? quod ille praecauens: ne, inquit, intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. ideo etiam dicit Iob: quis enim iudicio eius aduersabitur? quodsi fuero iustus, os meum impie loquetur; hoc est enim: 'si me iustum dixero contra iudicium eius, ubi perfecta illa iustitiae regula me conuincit iniustum, profecto impie loquetur os meum, quia contra dei ueritatem loquetur'.

15. Fragilitatem quoque ipsam uel potius damnationem carnalis generationis ostendens ex originàlis transgressione peccati, cum de peccatis suis ageret, uelut eorum causas reddens dixit hominem

1 Iob 14, 16. 17 6 cf. I Ioh. 1, 8 10 Iob 9, 2. 3 16 Hier. 2, 29 17 Ps. 142, 2 19 Iob 9, 19. 20 26 cf. Iob 14, 1

1 denumerasti *A* omnes necess. *d* meas *s.l.m2L* et *s.* ut *Vm2* 3 commisit *V* 4 confitetur *G p. c.* dicit se *b* 5 deum *Cb* iste *s.l.m2K* 6 nos *s.l. post* dixerimus *L* habemus *A* 7 humanae *s.l.m2L* 8 ei] et *Lm1SPG* ei (i *in ras.*)*V* mèntiens *P* metuens *M* 9 iustitiae—scit *in mg.m2G* qua *Pm2* concupiscit *Lm1SVPG* 10 ueritatem *S* 11 erit] *add.* homo *bd* deum *Ab* 12 no *Vm1* id est—oboedire ei *om. zT* 13 in *s.l.m2K* inuenire *AM* 14 obaudientiam *M* quae *A* quā *M* obaudire *M* possit *Kbd* praecipiente *Km1C* 15 unde *bis K* 17 intres inquit *KCbd* iudicio *AM* 19 de iob dic̄ *A* iudio *S* 21 illa *s.l.m2K* 22 conuincit (con *in ras.*, uincit *s.l.m2*)*L* conuincet *A* hos *L* 26 uel ut *b* eorū *V* causans *Lm1*

natum ex muliere parui esse temporis et plenum iracundia. qua iracundia, nisi qua sunt omnes, sicut dicit apostolus, naturaliter, hoc est originaliter, irae filii, quoniam filii sunt concupiscentiae carnis et saeculi? ad ipsam iram pertinere etiam mortem hominis consequenter ostendit. cum enim dixisset: parui est temporis et plenus iracundia, addidit etiam: et, sicut flos cum floruit et decidit, discessit, sicut umbra non manet. cum autem subiungit: nonne et huius curam fecisti uenire in iudicium tuum? quis enim erit mundus a sordibus? nemo, nec si unius diei fuerit uita eius, hoc utique dicit: 'curam hominis breuis uitae fecisti uenire in iudicium tuum. quantumlibet enim breuis fuerit uita eius, etiamsi unius diei esset, mundus a sordibus esse non posset et ideo iustissime in iudicium tuum ueniet'. illud uero quod ait: dinumerasti omnes necessitudines meas et nihil te latuit de peccatis meis; signasti peccata mea in folliculo et adnotasti si quid inuitus commisi, nonne satis aperuit etiam illa peccata iuste inputari, quae non delectationis inlecebra committuntur, sed causa deuitandae molestiae alicuius aut doloris aut mortis? nam et haec dicuntur quadam necessitate committi, cum omnia superanda sint amore et delectatione iustitiae. potest etiam quod dixit: et adnotasti si quid inuitus commisi, ad illam uocem uideri pertinere, qua dictum est: non enim quod uolo ago, sed quod odi, hoc facio.

16. Quid quod ipse dominus, qui ei perhibuerat testimonium, cum etiam scriptura, hoc est dei spiritus, dixerit in omnibus, quae

2 Eph. 2, 3 6 Iob 14, 1—5 14 Iob 14, 16. 17 21 Iob 14, 17 22 Rom. 7, 15 25 cf. Iob 1, 22

1 plenā (*in mg.* ał plenū) *K* iracundiā *Km1* 2 quia *Va.c.* qua irac. *s.l.m2L* iracudia *K* 3 concupiscentiaꝙ *L* concupiscentia *P* 4 irā *in mg.m2G* 5 et sequenter *Pm1* ostendens *L* (dens *s. ras.m2*), *SV PGbd* ēē *Lm1SV PGA* 6 plenum *P* iracundiae *Lm2* addit *Cb* si∗cut *L* com *Gm1* 7 floruerit (ruerit *ni2s.ras.*) *L* 8 et *om. M* 10 nemmo *L* unus *LVm1* fuit *L* 11 coram *Km1* hominibus *Km1* uitae *s.l.m2G* 12 unus *Vm1* esset *om. A* 13 potest *Gb* posse *A* 14 ueniret *KAC* dinumerasti∗ *V* om *K* necessitates *A* 16 peccata mea *om. A* in *om. S* quit *Lm1* quidē *M* commissi *L* 17 apparuit *LSPGbd* apparuit (es.*alt.* a) *Vm3* apperuit (e *ex* a) *A* 18 delectationes *Lm1Km1* inlebra *Lm1* deuitanda *A* 19 quidam *Lm1M* 20 sunt *Gm1* dilectione *A* 21 quod (d *in ras.*) *V* et—uideri *in mg.m2K* si *om. M* 23 hoc ago *M* 24 quod] quo *A* peribuerat *LVC* perhibuit *K* 25 q: *Lm1*

contigerunt ei, non eum peccasse labiis suis ante dominum, postea tamen cum ei loqueretur increpans locutus est, sicut ipse Iob testis est dicens: quid adhuc ego iudicor monitus et increpationes domini audiens? nemo autem iuste increpatur, nisi in quo est aliquid, quod increpatione sit dignum.

XI. Et ipsa increpatio qualis est, quae ex domini Christi persona intellegitur? enumerat illi diuina opera potestatis suae sub hac sententia increpans, ut eum dicere appareat: 'numquid potes haec tanta quae possum?' quo autem pertinet, nisi ut intellegat Iob— etiam hoc ei diuinitus credimus inspiratum, ut praesciret Christum ad passionem esse uenturum—intellegat ergo, quam debeat aequo animo tolerare quae pertulit, si Christus, in quo peccatum, cum propter nos homo factus esset, omnino nullum fuit et in quo deo tanta potentia est, nequaquam tamen passionis oboedientiam recusauit? quod puriore cordis intentione Iob intellegens responsioni suae addidit: auris auditu audiebam te prius et nunc ecce oculus meus uidet te. ideo uituperaui me ipsum et distabui et aestimaui me ipsum terram et cinerem. quare sibi ita in hoc tam magno intellectu displicuit? neque enim opus dei, quo erat homo, recte illi poterat displicere, cum etiam ipsi deo dicatur: opera manuum tuarum ne despexeris. sed profecto secundum illam iustitiam, qua se nouerat iustum, se uituperauit atque distabuit aestimauitque se terram et cinerem mente conspiciens Christi iustitiam, in cuius non tantum diuinitate, sed nec in anima nec in carne ullum potuit esse peccatum, secundum quam iustitiam, quae ex deo est, etiam Paulus apostolus illud suum, quod secundum iusti-

3 Iob 39, 34 7 cf. Iob cap. 38—39 12 cf. Ioh. 8, 46 etc. 15 Iob 42, 5. 6
20 Ps. 137, 8 22 cf. Iob 42, 6 25 cf. Phil. 3, 9 26 cf. Phil. 3, 6—8

1 ei *ex* eū *G* labius *Vm1* deum *b* 2 loqueretur *s. ras. m2L* loquutus *S*
3 quid—audiens *in mg. m2K* udicor *Lm1* 4 nemmo *Lm1* 6 q: *Lm1*
8 hanc *C* 9 haec *s.l.m2G* 10 *pro* etiam *suspic. Maurini* nam credimus *om.zd*
11 pationem *Lm1* debet *zd* 13 in quo] cū in *A* 14 recusabit *A*
15 responsione *Vm1Km1* sua *Km2* 16 auditum *C* audiebam] intellegebam *z, b in mg.* ecce *om. Sb* 17 uide *Vm1* distibui *Lm1* 18 ita *om. z*
19 quod *A* erat *s. ras. Lm2* 21 despexirit *Lm1Cm1* dispexeris *Lm2SKA*
22 iniustū *Vm3* se] sic *A* uituperabit *A* 23 aestimabitque *A* mentem *Lm1*
24 diuinitate (ni *s. l. m2*)*G* 25 illum *G* potuisse (*om.* esse)*A*
26 ititiam *Lm1*

tiam, quae ex lege est, fuit sine querella, non solum damna, uerum etiam stercora existimauit.

XII. 17. Non igitur praeclarum illud testimonium dei, quo laudatus est Iob, contrarium est ei testimonio, quo dictum est: non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, quia non id persuadet prorsus in illo nihil fuisse, quod uel ab ipso ueraciter uel a domino deo recte reprehenderetur, quamuis iam iustus et uerax dei cultor et ab omni malo opere se abstinens non mendaciter diceretur. haec enim de illo uerba sunt dei: animo aduertisti in puerum meum Iob? non enim est illi homo similis super terram, sine querella, iustus, dei cultor, abstinens ab omni opere malo. primis uerbis ex hominum qui sunt in terra comparatione laudatur; proinde omnibus qui tunc in terra iusti esse poterant excellebat. non ergo ipse propterea nullum peccatum omnino habebat, quia in profectu iustitiae ceteros anteibat. deinde adiungitur 'sine querella', de cuius uita nemo iuste quereretur; 'iustus', qui tanta morum probitate profecerat, ut nullus ei esset aequandus; 'uerus dei cultor', quippe etiam suorum peccatorum uerax humilisque confessor; 'abstinens se ab omni opere malo', mirum si ab omni etiam uerbo et cogitatu malo. quantus quidem Iob fuerit ignoramus; sed nouimus iustum, nouimus etiam in perferendis horrendis tribulationum temptationibus magnum; nouimus non propter peccata, sed propter eius demonstrandam iustitiam illa omnia fuisse perpessum. uerum tamen haec uerba,

5 Ps. 142, 2 9 Iob 1, 8

1 fuerit *z* querela *Lm2Vm2KAM* quaerella *S* quęrela *F* damnauit *Lm2 Vm2* 2 extimauit *SG* ęstimabit *A* 3 illud p̄clarum *P* di̇ *s.l.m2G* quod *L* 4 ei]et *C* testimonium *CM* quod *LVm1CM* 6 persuadens *A* fuisset *Lm1* 8 hab *Lm1* opere malo *bd* 9 di̇ sunt *A* animaduertisti *r* An non aduertisti *b* 10 similis *s.l.G* 11 *et* 16 querela *Lm2Vm2PGKm2AMTbd* quaerella *S* quaerela *Km1* *post* iustus *add. s.l.* uerus *Lm2bd, fort. recte; cf. lin. 18 et 8* 12 abstinens se *Md* ominum *Lm1* 13 qui] *add.* tunc *S* comparatione—terra *om. S* 14 potuerunt *zd* ipsi *Lm1* 15 hab*ebat *L* habebant *A* anteihibat *Sm1* iustitia anteibit (a *s.* i̇ *m2*)*V* 16 adiungatur *Km1* *post* quere*la *add. s.l.* id est *Lm2* nemmo *L* 17 quaereretur *SKm1* tantū more (ū *s.*e)*Am1* prouitate *Lm1Sm1Vm1G* profectus erat *Lm2* proficerat *A* aut *Km1* nullus ei] nulli rei *Lm1SVPG* 19 abtinens *G* 20 n̤imirum *P* malo (m *s. l. m3*) *V*; *cf. in Praef. descr. cod. P* 22 im *A* orrendis *Lm1* horredis *Km1*

quibus a domino laudatur, possent etiam de illo dici, qui condelectatur legi dei secundum interiorem hominem, uidet autem aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae, praesertim quia dicit: non quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago. si autem quod odi malum, hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. ecce et iste secundum interiorem hominem alienus est ab omni opere malo, quia illud non operatur ipse, sed quod in carne eius habitat malum; et tamen cum illud ipsum, quo condelectatur legi dei, non habeat nisi ex gratia dei, adhuc liberationis indigens clamat: miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

XIII. 18. Sunt ergo in terra iusti, sunt magni, fortes, prudentes, continentes, patientes, pii, misericordes, temporalia mala omnia propter iustitiam aequo animo tolerantes; sed si uerum est, quia et uerum est: si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et: non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, non sunt sine peccato nec quisquam eorum tam arroganter insanit, ut non sibi pro suis qualibuscumque peccatis dominica oratione opus esse arbitretur.

19. Nam de Zacharia et Elisabeth, qui nobis saepe in huius quaestionis disputationibus obiciuntur, quid dicamus, nisi quod euidenter scriptura testatur eminenti iustitia fuisse Zachariam in principibus sacerdotum ad offerenda ueteris testamenti sacrificia pertinentium? legimus autem in epistola, quae ad Hebreos scribitur,

1 cf. Rom. 7, 22. 23 4 Rom. 7, 19. 20 9 cf. Rom. 7, 22 10 Rom. 7, 24. 25 16 I Ioh. 1, 8 17 Ps. 142, 2 23 cf. Luc. 1, 6 sqq. 25 cf. pag. 47—49

1 possunt *b* possent etiam] post sententiam *M* 2 uidit *b* 3 menbris *V* meis *M* lege *Vm1* sui *Lm1* 4 quia] que *Lm1* *alt.* quod *om. A* odii *Am2Mm1* 5 odii *A* hoc—ego *s.l.m2K* 6 habitabat *G* 7 ipste *Lm1* *ante* interiorem *exp.* ordinē *K* 8 habitabat *G* 9 quod *LPGd* lege *Gm1* 11 ergo *Lm1* liberauit *Lm1SVm1C* 14 continentes patientes *om. z* 15 quia et uerum] immo quia uerum (immo *s.l.m3*) *V*, *PTd*, *in G* īmo *eras.* quia—est *om. A*, 16 abemus *Lm1* 17 dec.] seducimus *PM*, *b in mg.* 18 ne *Vm1* 19 ut *om. A* non *om. z* si *S* pro suis] prorsus *S* 20 dominicā orationē *A* operatione *Km1b* n̄ opus esse *P* opus n̄ ēē *Vm2* opus esse non *Lm2* 21 zacharias *Lm2* elysabeth *V* helisabeth *K* helisabet *b* in *s.l.m2L* 23 eminente *A* 24 aferenda *Lm1* 25 pertinentia *b* epistula *Vm1* ebreos *LA* hebraeos *MTbd* inscribitur *KACb*

quod testimonium in libro priore iam posui, solum Christum esse principem sacerdotum, qui non haberet necessitatem sicut illi, qui sacerdotum principes dicebantur, sacrificium pro suis primum offerre peccatis cotidie, deinde pro populo. talem enim decebat, inquit, habere nos principem sacerdotum, iustum, sine malitia, incontaminatum, separatum a peccatoribus, altiorem a caelis factum, non habentem cotidianam necessitatem sicut principes sacerdotum primum pro suis peccatis sacrificium offerre. in hoc sacerdotum numero Zacharias, in hoc Finees, in hoc ipse Aaron, a quo iste ordo exorsus est, fuit et quicumque alii in illo sacerdotio laudabiliter iusteque uixerunt, qui tamen habebant necessitatem sacrificium primitus pro suis offerre peccatis solo Christo existente, cuius uenturi figuram gestabant, qui hanc necessitatem sacerdos incontaminabilis non haberet.

20. Quid autem de Zacharia et Elisabeth laudabile dictum est, quod non in eo comprehendatur, quod de se apostolus, cum in Christum nondum credidisset, professus est? dixit enim se secundum iustitiam, quae in lege est, fuisse sine querella. hoc et de illis ita legitur: erant autem ambo iusti ante deum, incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querella. quia ergo quicquid in eis erat iustitiae non erat ad homines simulatum, ideo dictum est: ante deum. quod autem de

2 cf. Hebr. 6, 20 4 Hebr. 7, 26. 27 12 cf. Hebr. 5, 1—3 18 cf. Phil. 3, 6
20 Luc. 1, 6

1 priore] superiore *zd* 3 principis *Sm1* 4 cotidiae *L* quotidie *Lm2Vm3G* populi *PGd* talem inquit decebat *T* dicebat *Lm1SVGm1A* 6 malitia] macula *z*, *b in mg.* incotaminatum *K* 7 a *s. l. G, om. C* quotidianam *Lm2Vm3G* cottidianam *K* 8 *post* sacerdotum *del.* iustum sine macula *L* 10 finies *Vm1* Phinees *bd* ipse *s.l.m2S* iste] ipse *z* 11 quicum *Sm1* 12 positus (*in mg.m2* primitus) *V* 13 exsistente *Gm2K* uentur *Lm1* 14 gestebat *SG* gerebant *KAC,b* (*in mg.* gestabant) gestabat *Vm1M* 16 helisabeth *LK* helisabet *b* 17 quod—comprehendatur *om. z* de *s.l.Vm3, om.Lm1SM* in *om.P* 18 xpo *Lm1SVPGK* credidisset et *A* se *om. z.* 19 in] ex *ż, sed cf. p. 92, 2* fuisse se *Vm2* fuisse est *b* *post* quere∗la *ras. 8 litt. in L* illa *Lm1* 20 erant *s.l.Vm3K* incedentibus *Lm1* 22 quia ergo *s.l.m2L* quidquid *Lm1SVm1GmI CT* quid *M* in *om. Pd* inerat *PCMd* 23 omines *Lm1* similatum *K* ideo dictum *om. LSVG* erat *ex* ē *Vm3, om. S* dnm *z*

Zacharia et eius coniuge scriptum est: in omnibus mandatis et iustificationibus domini, hoc ille breuiter dixit: in lege. non enim alia lex illis, alia isti fuit ante euangelium, sed una atque eadem, quam legimus per Moysen datam patribus eorum, secundum quam etiam sacerdos erat Zacharias et uice sua sacrificabat. et tamen apostolus, qui simili tunc iustitia praeditus fuit, sequitur et dicit: quae mihi lucra fuerunt, haec propter Christum damna esse duxi. uerum tamen et arbitror omnia damnum esse propter eminentem scientiam Christi Iesu domini nostri, propter quem omnia non solum detrimenta credidi, uerum etiam stercora existimaui esse, ut Christum lucrifaciam et inueniar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed eam, quae est per fidem Christi, quae est ex deo iustitia in fide, ad cognoscendum eum et uirtutem resurrectionis eius et communicationem passionis eius, conformatus morti ipsius, si quo modo occurram in resurrectionem mortuorum. tantum ergo longe est, ut propter illa uerba Zachariam et Elisabeth credamus sine ullo peccato perfectam habuisse iustitiam, ut nec ipsum apostolum eiusdem regulae summitate arbitremur fuisse perfectum non solum in illa legis iustitia, quam similem istis habuit, quam inter damna et stercora deputat in comparatione eminentissimae iustitiae, quae in fide Christi est uerum etiam in ipso quoque euangelio, ubi et tanti apostolatus meruit principatum, quod dicere non auderem, nisi ei non credere nefas ducerem. ubi enim sequitur et adiungit: non quia iam acceperim aut iam perfectus

7 Phil. 3, 7—11 26 Phil. 3, 12—14

3 enim *om. VP* illi *PGd,om. S* alia *om. A* istis *Lm1b* *isti* *V* 4 eadem (a *s.l.*)*L* mosen *S* 5 zaccharias *V* *fin.* et] Qui *P* 8 damna esse: nō solū duxi, uerum etiam et *sqq. b* tamen] etiam *z* 9 eminentem scientiam] eminentiam *z* domini n. I. Chr. *KCbd* 10 tetrimenta *Km1* 11 xpi *Vm1* 13 sed—est *om. A* q: *V* qui *M* 14 iustitiam *LPMTd* in fidem *Lm1Sb* ad *om. C* agnoscendum *KAC* 15 resurrectiones *Vm1* cōmutationem *P* communicationū *M* 16 passionum *M* confirmatus *Gm1* conformatos *M* 17 resurrectione *LSVCMb* 18 zaccharíam *S* zacharię *A* helisabeth *LC* 19 sine ullo pecc. credamus *b* peccato *om. A* habuere *Km1* 20 summitatem *Lm1SVm1PG* perfectum *s.* peccatū *Km2* 21 iustitiam *Lm1Km1,om.C* similis *Lm1* simile *SPG* 25 audirem *Lm1* ibi *Vm2r* enim] etiam *bd* 26 adiungi *G* qua *Gm1* quod *b* perfectos *Lm1Gm1* perfectum *A*

sim. sequor autem si conprehendam. in quo et adprehensus sum a Christo Iesu. fratres, ego me ipsum non arbitror adprehendisse; unum autem, quae retro oblitus in ea quae ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernae uocationis dei in Christo Iesu, ipse se confitetur nondum accepisse, nondum esse perfectum in plenitudine iustitiae, quam adipisci dilexit in Christo, sed adhuc secundum intentionem sequi et praeterita obliuiscentem in ea quae ante sunt extendi, ut nouerimus etiam ad ipsum pertinere illud quod ait: et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, quamuis iam esset perfectus uiator, etsi nondum eratipsius itineris perfectione peruentor. denique tales uult secum in isto cursu comites rapere, quibus continuo subiungit et dicit: quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus; et si quid aliter sapitis, hoc quoque deus uobis reuelabit; uerum tamen in quod peruenimus, in eo ambulemus. ambulatio ista non corporis pedibus, sed mentis affectibus et uitae moribus geritur, ut possint esse perfecti iustitiae possessores, qui recto itinere fidei de die in diemsua renouatione proficientes iam perfecti facti sunt eiusdem iustitiae uiatores.

XIV. 21. Sic itaque omnes, quicumque in hac uita diuinarum scripturarum testimoniis in bona uoluntate atque actibus iustitiae praedicati sunt et quicumque tales uel post eos fuerunt quamuis non eisdem testimoniis praedicati atque laudati uel nunc usque etiam sunt uel postea quoque futuri sunt, omnes magni, omnes iusti, omnes ueraciter laudabiles sunt, sed sine peccato aliquo non sunt, quoniam scripturarum testimoniis, quibus de illorum laudibus credimus, hoc etiam credimus non iustificari in conspectu dei

10 II Cor. 4, 16 14 Phil. 3, 15. 16 19 cf. II Cor. 4, 16 28 cf. Ps. 142, 2

1 si] *add.* quo modo *b* adprehensos *Lm1Vm1Gm1* 2 a] in *bd*, *om. C* 4 extensus *b* 6 se *om. LSVm1PGM* ēē *s. eras.* ē *L* est *SG* 7 in] ea *d* iustiae *K* 11 renouatus *K* 12 perfectione∗*L* deinque *A* 13 comites *bis K* 14 quodquod *SVm1GMm1* quot *A* 15 alter *Km1* reuelauit *Lm1PACM* 16 quo *P* 17 n̄ *ex* in *V* 18 q: *A* 19 fidei *om. z* de die] deinde *M* in sua *LPd* 21 qui *M* 22 iustititiae *L* 23 tales cū eis (cū eis *s.l.m2*)*L* post] pro *S* eis *Lm1SVm1PG* 24 in eisdem *L* in eisdem *SP* praedicti *Lm1SPG* praedicti *V* 25 *alt.* sunt] *add.* ut *Lm1SPGM* 27 illarum *Km1* 28 dei] eius *A*

omnem uiuentem et ideo rogari, ne intret in iudicium cum seruis suis. et non tantum uniuersaliter fidelibus omnibus, uerum etiam singulis esse orationem dominicam necessariam, quam tradidit discipulis suis.

XV. 22. *At enim ait dominus*: *estote perfecti, sicut pater uester caelestis perfectus est; quod non praeciperet.* inquiunt, *si sciret fieri non posse quod praecipit.* non nunc quaeritur utrum fieri possit, si istam perfectionem ad hoc accipiunt, ut sine ullo sit quisque peccato, cum hanc agit uitam — iam enim supra respondimus posse fieri —, sed utrum aliquis faciat, hoc nunc quaerimus. neminem autem esse, qui tantum uelit, quantum res exigit, ante praecognitum est, sicut scripturarum quae supra commemoraui testimonia tanta declarant. et tamen cum dicitur cuiusque perfectio, qua in re dicatur uidendum est. nam ex apostolo testimonium paulo ante posui, ubi se fatetur in acceptione iustitiae, quam desiderat, nondum esse perfectum et tamen continuo dicit: quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus; quod utrumque non diceret, nisi in alia re perfectus esset, in alia non esset. uelut si iam sit quisquam sapientiae perfectus auditor — quod nondum erant illi, quibus dicebat: lac uobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis; eis quippe et illud ait: sapientiam loquimur inter perfectos, utique perfectos auditores uolens intellegi —, potest ergo fieri, sicut dixi, ut iam sit aliquis sapientiae perfectus auditor, cuius nondum sit perfectus et doctor; potest perfectus esse iustitiae cognitor, nondum

5 Pelagiani Matth. 5, 48 15 cf. pag. 93, 14 16 cf. Phil. 3, 12 Phil. 3, 15 20 I Cor. 3, 2 22 I Cor. 2, 6

1 et *om. zd* iudicio *Lm1* cū (c *s.l.m2*)*L* 2 fidebus *Vm1* 3 operationem *Km1* 5 At—dom.] ait enim dominus *zAM* at enim dominus ait *bd* sicut *s.l.m2A* 6 et pater *GAd* 7 praecepit *Lm2AM* non *om. A* 8 possit *s.l.m2L* 9 quique *LSVm1 PG* anc *Lm1* hac *Km1* 10 faciat (*in mg.* al fiat)*b* 12 scripturā *Vm2G* ṣụpṛą scripturarum (*exp. m2*)*K* qui *Lm1* commemorauiṭ *K* 14 in *s.l.m2G* digatur *Lm1Vm1Gm1* uiuendum *Vm1* testimonium *s.l.m2G* testimonio *A* 16 quodquod *Lm1SVGM* 18 uelut] uerum *zM* si iam] suā *M* 19 adiutor *Lm1Gm1* erat *Lm1* 21 quidem *om. KA* 22 interfectos (*om* perfectos)*A* utique perfectos *in mg. m2G* utique perfectiọres *b* 23 dix̄ *Lm1* 24 adiutor *Gm1* perfector *A* 25 esse perfectus *A* cognitor (or *s.l.*)*K*

perfectus effector; potest perfectus esse, ut diligat inimicos, qui nondum est perfectus ut sufferat. et qui perfectus est in eo, quod omnes homines diligit, quippe qui etiam ad inimicorum dilectionem peruenerit, quaeritur utrum iam sit in ipsa quoque dilectione perfectus, id est utrum quos diligit, tantum diligat, quantum illa inconmutabilis regula ueritatis diligendos esse praescribit. cum ergo legitur in scripturis cuiusque perfectio, qua in re dicatur, non neglegenter intuendum est, quoniam non ideo quisque prorsus sine peccato esse intellegitur, quia in aliqua re dicitur esse perfectus. quamquam et in hoc possit ita dici, ut non quia iam non est quo proficiat, sed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur, sicut in doctrina legis dici potest quisque perfectus, etiamsi eum aliquid adhuc latet; sicut perfectos dicebat apostolus, quibus tamen ait: et si quid aliter sapitis, id quoque uobis deus reuelabit; uerum tamen in quod peruenimus, in eo ambulemus.

XVI. 23. Neque negandum est hoc deum iubere ita nos in faciendа iustitia esse debere perfectos, ut nullum habeamus omnino peccatum. nam neque peccatum erit, si quid erit, si non diuinitus iubetur ut non sit. *cur ergo iubet*, inquiunt, *quod scit nullum hominum esse facturum*? hoc modo etiam dici potest, cur primis illis hominibus iusserit, qui duo soli erant, quod sciebat eos non esse facturos. neque enim dicendum est ideo iussisse, ut nostrum aliquis id faceret, si illi non facerent; hoc enim, ne de illa scilicet arbore cibum sumerent, non nisi illis solis deus iussit, quia, sicut sciebat quid iustitiae facturi non erant, ita etiam sciebat quid iustitiae de illis erat ipse facturus. eo

14 Phil. 3, 15. 16 19 Pelagiani 23 cf. Gen. 2, 17

2 perfectus *in mg. m2A* 3 homines *om. A* qui *om. M* imicorū *A* dilectione *S* 4 ista *d* quoque *om. zbd* 6 praescripsit *KCb* praesciuit *M* 7 perfecti *A* digatur *Km1* 8 quia *A* prorsus *om. K* 9 quia] etiamsi *A* et *om. z* 10 posset *Km1* posse *b* dici* *V* ēē *A* 11 proficit *Gm1KACb* abeatur *Lm1* 12 quisquam *zMTbd* 14 id] hoc *A* deus uobis *V* reuelauit *SVm2PGCM* 15 quo *Lm1VPM* 17 iustia *Km1* ęę omnino habeamus (ēē *exp. m2*)*K* 18 namque (*om.* neque) *M* nec *zTd* *pr.* si] sed *A* iubeatur *Kb* iuuetur *Cm1* 19 inquiunt iubet *P* sit *A* hominem *Gm1* 20 futurū *Km1b* illis *s.l.L* 22 aliqui *K* aliquid *C*, *om.Gm1* facerent *K* 23 arbore] arte *Lm1SPG,V*(*in mg.m2* ł arbore) ciuum *Lm1SVm1* sụmmerent *L* sumeret *A* 24 sicut *bis K* facturi—iustitiae *in mg.m2K* 25 quod *A* ipse erat *b* eo] et *KC* quo *A*

modo ergo iubet omnibus hominibus ut non faciant ullum peccatum, quamuis sit praescius neminem hoc inpleturum, ut, quicumque impie ac damnabiliter eius praecepta contempserint, ipse faciat eorum damnatione quod iustum est, quicumque autem in eius praeceptis oboedienter et pie proficientes nec tamen omnia quae praecepit inplentes, sicut sibi dimitti uolunt, sic aliis peccata dimiserint, ipse faciat in eorum mundatione quod bonum est. quomodo enim dimittenti dimittitur per dei misericordiam, si peccatum non est? aut quomodo non uetatur per dei iustitiam, si peccatum est?

24. *Sed ecce*, inquiunt, *apostolus dicit: bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui; superest mihi corona iustitiae; quod non diceret, si haberet ullum peccatum.* immo uero respondeant, quomodo potuit haec dicere, cui adhuc restabat ipsius passionis, quam sibi iam inpendere dixerat, tam magna conflictatio, tam molestum et grande certamen. an ad eius consummandum cursum parum adhuc deerat, quando illud deerat, ubi erat futurus acrior et crudelior inimicus? quodsi ideo talibus uerbis certus securusque gaudebat, quia de uictoria futuri tanti certaminis certum eum securumque iam fecerat, qui eandem passionem iam illi reuelauerat inminere, non re plenissima, sed spe firmissima haec dixit et quod futurum esse praesumpsit tamquam factum fuerit indicauit. si ergo his uerbis etiam hoc adderet, ut diceret: 'nullum habeo iam peccatum', hoc quoque illum intellegeremus non de rei factae, sed de rei futurae perfectione dixisse. sic enim ad ipsius cursus consummationem pertinebat nullum habere peccatum, quod isti putant, cum haec diceret, iam in illo fuisse completum,

10 Pelagiani II Tim. 4, 7. 8

1 hominibus *om.A* 2 quamiussit *Vm1* sit *om.S* 3 hac *Lm1* ad *Vm1* p̄ceptū *A* contempserit *VKm2A* 4 in eorum *Pd* damnationē *VA* eis *z* 6 ibi *A* si *A* 7 faciant *Lm1* enim *om.V* 8 dimittendi *Vm1* si* *L* 9 aut—est *in mg.L* non est *SPG*, *in L ras. 3 litt.* 11 fidem seru., cursum cons. *d* 12 aberet *L* 14 tam *Lm1* 15 conflictio *Ka.c.ACb* et] ac *zd* grandem *Lm1* crande *SGm1* 16 consumandū *A* 18 secuṭurusque *P* gaudebat *bis V* futuri *om. A* 19 tanti *om. zd* securumquem *Lm1* eandem] tandem *T* 21 praesumsit *L* 22 fuerat *SPa.c.* adderet] attenderet *A* 23 abeo *Vm1* hoc peccato iā *Km1* 24 futerae *Lm1* 25 c̄sūptionem *A* 26 in *ex* il *G*

quemadmodum ad ipsius cursus consummationem pertinebat etiam in certamine passionis aduersarium superare, quod etiam ipsi necesse est fateantur, cum haec diceret, adhuc in illo fuisse conplendum. hoc ergo totum nos dicimus tunc fuisse adhuc perficiendum, quando iam de dei promissione praefidens totum ita dicebat, tamquam fuisset effectum. ad ipsius quippe cursus consummationem pertinebat etiam quod peccata dimittebat debitoribus suis atque ita sibi ut dimitterentur orabat; qua domini pollicitatione certissimus erat in illo fine, quem adhuc futurum iam fidendo dicebat inpletum, nullum se habiturum esse peccatum. nam, ut alia omittam, miror si, cum uerba illa dicebat, per quae istis uisus est nullum habuisse peccatum, iam fuerat ab illo ablatus ille stimulus carnis, de quo a se auferendo dominum ter rogauerat responsumque acceperat: sufficit tibi gratia mea; uirtus in infirmitate perficitur. huic tanto uiro perficiendo necessarium fuit, ut ab illo angelus satanae non auferretur, a quo propterea colaphizabatur, ne magnitudine reuelationum extolleretur, et audet quisquam quemquam uel putare uel dicere positum sub onere uitae huius ab omni omnino mundum esse peccato?

25. Sint licet homines tanta excellentes iustitia, ut ad eos de columna nubis loquatur deus, qualis Moyses et Aaron in sacerdotibus eius et Samuhel in his qui inuocant nomen eius, cuius magnae laudes pietatis et innocentiae scriptura ueridica

7 cf. Matth. 6, 12 12. 15 cf. II Cor. 12, 7. 8 13 II Cor. 12, 9 21 cf. Ps. 98, 7 Ps. 98, 6

1 quemammodum *SVK, om. A* ad ips. cursus consummationem (*in mg.* al cursum passionis)*b* passionem (c̄sūmationē *s.m2*)*L* passionem *SVPG* 2 in *om.A* 3 ipsis *Lm1* ipse *S* adhuc diceret *A* dicerent *Lm1SVm1PG def. L* conplendum—fuisse *in mg.m2K* 4 ergo] quoque *K* 5 iam de — *99, 17* superbire unde *om. L* (*unum fol. interc.*) passione *A* praefides *Cm1* p̄uidens *MT', b* (*in mg.* al presidens) 7 quod] *add.* ipse *b* 8 dimitteretur *zd* quia *Gm1* quā *M* dn̄s *A* 9 fine∗ *G* adhuc futurum] affuturū *A* confitendo (con *s.l.m2*)*V* impletū (nd *s.* t *m3*)*V* 11 si *om.S* uiuus *Sm1* 13 ter *om.A* 14 nam uirtus *Vm2PAd* 15 anglos *Am2* sataneae *Vm1* satanaeę *G* 16 n̄ *exp.m2K* auferetur *SVm1Gm1Km1* colafizabaṇtur *V* colaphizebatur *Km1* 17 uisionum *zd, b in mg.* extolletur *Vm1* audeṇt *V* quenquam *A* 18 honore *Vm1* unere *Km1* onore *Gm1* huius uitae *bd* 19 peccatū *Vm1Km1* 21 nobis *Migne* 22 samuel *SPCM* 23 magna *Gm1* laudis *Gm1AM* innoc.] *add.* in *zd* scriptura∗ *V*

praedicantur ab ineunte pueritia, ex quo eum mater uotum soluens in templo dei constituit et seruum domino dedicauit, etiam de talibus tamen scriptum est: tu propitius eras illis et uindicans in omnes affectiones eorum. in filios quippe damnationis uindicat iratus, in filios autem gratiae uindicat propitius, dum quem diligit corripit et flagellat omnem filium quem recipit. nulla autem uindicta, nulla correptio, nullum dei flagellum debetur nisi peccato excepto illo, qui in flagella paratus est, ut experiretur omnia secundum similitudinem sine peccato, ut esset sanctus sanctorum sacerdos interpellans etiam pro sanctis, qui non mendaciter etiam de se quisque dicunt: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. unde et ipsi qui contra haec disputant, cum sint casta uita moribusque laudabiles nec dubitent facere, quod illi diuiti pro consequenda uita aeterna consilium requirenti, cum se respondisset iam omnia legis impleuisse mandata, praecepit dominus, si uellet esse perfectus, uenderet omnia quae habebat et daret pauperibus thesaurumque transferret in caelum, nemo tamen eorum audet dicere se esse sine peccato. quod, sicut credimus, non fallaci animo dicunt; si autem mentiunter, eo ipso incipiunt uel augere uel habere peccatum.

XVII. 26. Iam ergo quod loco tertio posui uideamus. cum uoluntatem humanam gratia adiuuante diuina sine peccato in hac uita possit homo esse, cur non sit, possem facillime ac ueracissime respondere: ‘quia homines nolunt‘. sed si ex me quaeritur, quare nolint, imus in longum; uerum tamen etiam hoc sine praeiudicio diligentioris inquisitionis breuiter dicam. nolunt homines facere quod iustum est, siue quia latet an iustum sit siue quia non delectat.

3 Ps. 98, 8 5 cf. Prou. 3, 12. Hebr. 12, 6 8 cf. Ps. 37, 18 cf. Hebr. 4, 15 9 cf. Hebr. 7, 25 11 Matth. 6, 12 14 cf. Matth. 19, 20. 21

dcf. L 1 praedicamur *Sm1* praedicatur *AMI* 2 dedicabit *A* 3 tamen *om. SVPGd* 4 om *s. exp.* eos *Km2* 6 et *om SVPG* 8 illo *s.l.G* 10 mandaciter *Pm1* mendatiter *Km1* quisque de se *Km2C Tb* 13 sic *SP* sit *Vm1M* dubitant *Sm1* 15 impleuisset *SVm1Gm1* 16 perfectus *s.l.m3V* haberet *KCMb* 18 esse se *K* 21 tertio loco *b* 22 uoluntate humana *KACb* gratiā *Gm1* . sine peccato in hac uita si (si *om. P*)sine peccato in hac uita *SP; in cod. V 20 litt. erasae* peccatis *A* 23 possē *s.l.m2S* posse *MT* 24 uolunt *SVm1Gm1* 25 nolunt *CMd* nolint—longum] nolimus in longum (*in mg.* longiori tractatu indiget)*P* nolimus (*om.* imus) *G* longo (ū *s.* o *m2*)*V* 26 uolunt *SVm1Gm1* 27 delectant *S*

tanto enim quidque uehementius uolumus, quanto certius quam bonum sit nouimus eoque delectamur ardentius. ignorantia igitur et infirmitas uitia sunt, quae inpediunt uoluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum uel ab opere malo abstinendum. ut autem innotescat quod latebat et suaue fiat quod non delectabat, gratiae dei est, qua hominum adiuuat uoluntates; qua ut non adiuuentur, in ipsis itidem causa est, non in deo, siue damnandi praedestinati sunt propter iniquitatem superbiae siue contra ipsam suam superbiam iudicandi et erudiendi, si filii sunt misericordiae. unde Hieremias cum dixisset: scio, domine, quia non est in homine uia eius nec uiri est ut ambulet et dirigat gressus suos, continuo subiunxit: corripe me, domine, uerum tamen in iudicio et non in furore tuo, tamquam diceret: 'scio ad correptionem meam pertinere, quod minus abs te adiuuor, ut perfecte dirigantur gressus mei; uerum tamen hoc ipsum noli sic mecum agere, tamquam in furore, quo iniquos damnare statuisti, sed tamquam in iudicio, quo doces tuos non superbire'. unde alibi dicitur: et iudicia tua adiuuabunt me.

27. Nullius proinde culpae humanae in deum referas causam. uitiorum namque omnium humanorum causa superbia est. ad hanc conuincendam atque auferendam talis medicina caelitus uenit: ad elatum hominem per superbiam deus humilis descendit per misericordiam gratiam claram manifestamque commendans in ipso homine, quem tanta prae participibus suis caritate suscepit. neque enim et ipse ita uerbo dei coniunctus, ut ea coniunctione unus filius dei et

2 ignorantia — 20 superbia est] cf. Fulgentii ad Mon. I 28 (LXV 176. 177M) 10 Hier. 10, 23. 24 18 Ps. 118, 175 24 cf. Ps. 44, 8. Hebr. 1, 9. 3, 14

ef. L 1 quique *P* quisque *M* 2eo*** *V* eoquod *AMT* 4 ab *om. A* 5 ignotescat *Vm1* lateuat *Sm1Gm1* 6 gratiâ *SVPG* *pr.* quae *Cbd* 7 in ipsis it idem *SPm2* in ipsissit itidem *Pm1* in ipsis sit item *V* in ipsi sit (sit *s.l.m2*) idem *G* in ipsis *A* in ipsis idem *M* in *om. K* praedistinati *K* 8 sunt (*in mg.* al sint) *A*, sint *SPCbd* 9 et erudiendi, si] ut eruditi *SVPGT* sint filii *T* sint *VPp.c.bd* 11 uia] uita *SVPm1G* 12 subiungit *VPG* 13 in *om. V* 14 adiuor *Km1* adituor *Gm1* 15 mecum sic agere *b* 16 fatuisti *A* 17 *a uoce* alibi *inc. fol. 136[a] L* 19 causam uitiorum: namque *b* 21 conuicendā *Km1* 23 glaram *Lm1SGm1* manifestum quae *S* manifestaque *Am1* commendens *S* in *eras. P* ipsi homini *Pm. rec.* hominę *L* 24 quē (ē *in ras.*) *V* quę *Pm1M* quae *S* tantā *P* particibus *V* tuis *Km1* caritatem *Lm1PC* claritate *K* 25 coniunctos *Lm1SVm1Gm1* ca] ipsa *zbd* coniutione *Lm1* dei—filius *in mg.m2L*

idem ipse unus filius hominis fieret, praecedentibus suae uoluntatis meritis fecit. unum quippe illum esse oportebat; essent autem et duo et tres et plures, si hoc fieri posset non per dei proprium donum, sed per hominis liberum arbitrium. hoc ergo praecipue commendatur, hoc in sapientiae atque scientiae thesauris in Christo absconditis, quantum existimare audeo, praecipue docetur et discitur. ideo quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, inplere nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, ut nouerit non suae facultatis, sed diuini muneris esse uel quod scit uel quod delectatur, ac sic ab elationis uanitate sanctur et sciat quam uere non de terra ista, sed spiritaliter dictum sit: dominus dabit suauitatem et terra nostra dabit fructum suum. tanto autem magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur deus, summum atque incommutabile bonum et auctor qualiumcumque bonorum omnium. ut autem diligatur deus, caritas eius diffusa est in cordibus nostris non per nos, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

XVIII. 28. Sed laborant homines inuenire in nostra uoluntate quid boni sit nostrum, quod nobis non sit ex deo, et quomodo ineniri possit ignoro. excepto enim, quod apostolus ait, cum de bonis hominum loqueretur: quid enim habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?, ipsa etiam ratio, quae de his rebus a talibus quales sumus iniri potest, quemlibet nostrum quaerentem uehementer angustat, ne sic defendamus gratiam, ut liberum arbitrium auferre uideamur, rursus, ne liberum sic asseramus arbitrium, ut superba impietate ingrati dei gratiae iudicemur.

5 cf. Col. 2, 3 11 Ps. 84, 13 15 Rom. 5, 5 20 cf. I Cor. 4, 1—6 21 I Cor. 4, 7

1 unius *A* siue *A* 2 opportebat *Lm1* 3 propriam (u *s.* a) *V* 5 tesauris *L* 6 estimare *A* 7 aggere *A* 8 nunc nescit *in mg.m2G* 9 numeris *KA* 10 e*lationis *Km2* ellationis *Lm1* 11 ita set *Lm1* dañ *L* 12 suauitatem (*in mg.* ał benignitatem) *b* benignitatem *T* 17 *ante* nobis *eras.*pro *L* 19 quod *A* bonū *KM* quōmodo *L* inuenire (i *s. fin.* e) *K* 21 hominibus *r* 22 si—accep. *om.A* autem] *add.* et *Kbd* groriaris *L* 23 iis *d* a *om.SVm1PG* iṇiri (qui *s.* i ṇ *m2*) *V* inueniro *A* inueniri *CM* 24 ne* *V* 25 *post* arbitrium *eras. uid.* arbitrium *in L* 26 aseremus *Lm1* ut *s. exp.* in *Vm2* superbia *A*

29. Namque illud apostoli quod commemoraui sic defendere quidam uoluerunt, ut dicerent 'ideo quicquid etiam bonae uoluntatis habet homo, deo tribuendum esse, quia et hoc in illo esse non posset, si homo ipse non esset; cum uero, ut sit aliquid atque ut homo sit, non habeat nisi a deo, cur non auctori deo tribuatur etiam quicquid in illo est bonae uoluntatis, quod non esset, nisi esset in quo esset?' sed hoc modo etiam illud dici potest malam quoque uoluntatem deo auctori esse tribuendam, quia nec ipsa esse posset in homine, nisi homo esset in quo esset. ut autem homo sit, deus auctor est; ita et eius malae uoluntatis, quae nisi hominem haberet ubi esset esse omnino non posset, ad auctorem deum esse referendum. quod nefas est dicere.

30. Quapropter nisi obtineamus non solum uoluntatis arbitrium, quod huc atque illuc liberum flectitur atque in eis naturalibus bonis est, quibus et male uti malus potest, sed etiam uoluntatem bonam, quae iam in eis bonis est, quorum esse usus non potest malus, nisi ex deo nobis esse non posse, nescio quemadmodum defendamus quod dictum est: quid enim habes quod non accepisti? nam si nobis libera quaedam uoluntas ex deo est, quae adhuc potest esse uel bona uel mala, bona uero uoluntas ex nobis est, melius est id quod a nobis quam quod ab illo est. quod si absurdissime dicitur, oportet fateamur etiam bonam uoluntatem nos diuinitus adipisci. quamquam uoluntas mirum si potest in medio quodam ita con-

2 Pelagiani (?) 18 I Cor. 4, 7

1 nanque *A* defendere—quicquid *in mg.m2K* 2 uoluerint *A* quidquid *Lm1SVm1*, *ita etiam lin. 5* 3 possit *Km1* 4 *fin.* ut *om.K* 5 habet *z* auctori] ut priori *A* auertor *M* 7 oc *Lm1* 8 actori *Lm1* *pr.* esse *om z ATd* possit *KM* homines *Km1* 9 in *s. exp.* ex *G* et *om. A* 10 malae uoluntatis (*est gen. partit., cf. lin. 2 et 5*)] malam uoluntatem *Km2* malae uoluntatis causā (causā *in mg. m3*)*V* malę uoluntates *M* qua *A* si *P* homo n̄ *A* homine *C* ubi] in quo *Kb* esse *om. A* 11 ad auctoritatem *A* ad ad auctorem *C*, *om. d* deum esse *om. d* referendam *KCVp.c.* referenda *M*, *om. d* 13 optineamus (*s.l.m2* ł teneamus)*K* 14 hoc atque illud *A* adhuc *Km1* illud *Vm1* ḍeflectitur *G* 15 malạe *K* 16 bonus *Km1* et quorum *SV* 18 quit *Lm1* abes *Lm1* 19 quidem *KA* quidam *C* adhuc—est *in mg.A* 20 ex] si ex *A* est] ẹt *Km2* 21 an nobis *Lm1* absordissime *A* 22 fateamur (ur *s. add.*)*L* fateā *S* fateantur *Abd* 23 quamquam] quę *A* miror *CT'* quod iā *A*

sistere, ut nec bona nec mala sit. aut enim iustitiam diligimus et bona est et, si magis diligimus, magis bona, si minus, minus bona est, aut si omnino non diligimus, non est bona. quis uero dubitet dicere uoluntatem nullo modo iustitiam diligentem non modo esse malam, sed etiam pessimam uoluntatem? si ergo uoluntas aut bona est aut mala et utique malam non habemus ex deo, restat ut bonam uoluntatem habeamus ex deo; alioquin nescio, cum ab eo iustificamur, quo alio munere ipsius gaudere debeamus. et hinc scriptum arbitror: paratur uoluntas a domino et in Psalmis: a domino gressus hominis diriguntur et uiam eius uolet et quod apostolus ait: deus est enim qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate.

31. Quocirca quoniam quod a deo nos auertimus, nostrum est — et haec est uoluntas mala — quod uero ad deum nos conuertimus, nisi ipso excitante atque adiuuante non possumus — et haec est uoluntas bona — quid habemus quod non accepimus? si autem accepimus, quid gloriamur, quasi non acceperimus? ac per hoc ut qui gloriatur, in domino glorietur, quibus hoc deus donare uoluerit, eius misericordiae est, non meriti illorum, quibus autem noluerit, ueritatis est. iusta namque peccatoribus poena debetur, quoniam misericordiam et ueritatem diligit dominus deus et: misericordia et ueritas occurrerunt sibi et: uniuersae uiae domini misericordia et ueritas. et quis explicet quam crebro haec duo coniuncta diuina scriptura commemoret? aliquando

9 Prou. 8, 35 Ps. 36, 23 11 Phil. 2, 13 16 cf. I Cor. 4, 7 17 I Cor. 1, 31. II Cor. 10, 17 20 Ps. 83, 12 22 Ps. 84, 11 Ps. 24, 10

1 *alt.* nec] uel *b* *post* diligimus *eras. uid.* est bona *in L* 2 *alt.* bona est *A* si minus] si *K* si minus diligimus *A* minus *s.l.m2L* 3 *pr.* non *s.l.G* bona est *d* dicens *KC* 4 est *Km1* 5 uoluntatem *exp. L* 6 et] set *Lm1* sed *Lm2SVm1PG* malū *Lm2SVGA* habeamus *Gm1* stat *A* 7 aliquī *L* hab eo *Lm1Gm1* 8 quod *Lm1* scriptum est *A* 9 psalmo *A* 10 dirigetur *PG* dirigentur *LSVATbd* uia *SV* et *om. A* quod *om. KC* 11 enim est *KM* ē *s.l.G* 13 quod *s.l.m2L* uertimus *A* 14 est *om. LSVP* 15 in ipso *V* excitande *Ga.c.* 17 accepimus *Lm1* hac *L* 18 in domino** gloriatur *G* dns *KCb* donare uoluerit (are uol. *in ras. m2*) *L*; *post* uoluerit *eras.* eius misericordia *L* 19 misericordia *Lm1SVPG* merito *SKb* meritorum *A* 20 quoniam—deus *in mg. m2L* 21 diligit me *V* 22 et *s. ras. Lm2* misericordiam *Lm1* uniuersi *Gm1* 24 crebo *Lm1* cebro *Vm1* coniunctos *Lm1* coniucta *M*

etiam mutatis nominibus, ut gratia pro misericordia ponatur—unde est: et uidimus gloriam eius, gloriam tamquam unigeniti a patre, plenum gratia et ueritate — aliquando pro ueritate iudicium, sicut est: misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine.

32. Quare autem illos uelit conuertere, illos pro auersione punire, cum et in beneficio tribuendo nemo iuste reprehendat misericordem et in uindicta exercenda nemo iuste reprehendat ueracem, sicut in illis euangelicis operariis aliis placitam mercedem reddentem, aliis etiam non placitam largientem nullus iuste culpauerit, consilium tamen occultioris iustitiae penes ipsum est.

XIX. Nos, quantum concessum est, sapiamus et intellegamus, si possumus, dominum deum bonum ideo etiam sanctis suis alicuius operis iusti aliquando non tribuere uel certam scientiam uel uictricem delectationem, ut cognoscant non a se ipsis, sed ab illo sibi esse lucem, qua inluminentur tenebrae eorum, et suauitatem, qua det fructum suum terra eorum.

33. Cum autem ab illo illius adiutorium deprecamur ad faciendam perficiendamque iustitiam, quid aliud deprecamur, quam ut aperiat quod latebat et suaue faciat quod non delectabat? quia et hoc ab illo esse deprecandum eius gratia didicimus, dum antea lateret, eius gratia dileximus, dum antea non delectaret, ut qui gloriatur non in se, sed in domino glorietur. extolli quippe in superbiam propriae uoluntatis est hominum, non operis dei; neque enim ad hoc eos con-

2 Ioh. 1, 14 4 Ps. 100, 1 9 cf. Matth. 20, 9. 10 16 cf. Luc. 1, 79 cf. Ps. 84, 13 22 cf. I Cor. 1, 31 23 extolli—adiuuat deus] cf. Fulgentii ad Mon. I 28

2 tamquam] quasi *z* 3 patrem *Lm1* plen' *A* ueritatem *Lm1* 6 quarei *P* aduersione *A* punire *s. ras. m2L* 7 cum] tum *M* quamuis (uis *s.l.m2*)*L* quam*Lm1 SVPG* quamquam *bd cum codd. quibusdam deterioribus* et *eras. L* in *om. LSPG,s.l.Vm4* beneficia *Lm2* rephendit *Lm1Sm1* 8 misericordiam *Lm1SKm1* et—reprehendat *in mg.m2K* in *s.l.eras.L* uindictam *Lm2* exercendo *Lm2* exerenda *SVKCm2M* 10 redentem *Lm1* 11 tam *K* ocultiores *Lm1* occultiores *A* sunt *A* 12 nos autem *b* 13 si possumus *om. z* 14 iusti etiam *Lm2* iustitiā *Lm1SVPGM*, *b in mg.* no*(s *eras.*)*L* 15 illos *Vm1Gm1* 16 iluminentur *L* luminentur *b* suauitate *SPGC* 17 in terra *V* 18 illius] alius *V* ad *s. exp.* et *Lm2* 20 latebat *s. exp.* delectat *Vm3* 21 gratiā *Lm1* laterat *Lm1S* lateret *s. exp.* lectaret *m3V* 23 gloriatur *G* ettolli *Vm1* extolli* *K* 24 conpellat *Sm1*

pellit aut adiuuat deus. praecedit ergo in uoluntate hominis adpetitus quidam propriae potestatis, ut fiat inoboediens per superbiam. hic autem adpetitus etiam si non esset, nihil molestum esset, et cum hoc uoluit homo, sine difficultate noluisset; secutum est autem ex debita iusta poena tale uitium, ut iam molestum esset oboedire iustitiae. quod uitium nisi adiuuante gratia superetur, ad iustitiam nemo conuertitur, nisi operante gratia sanetur, iustitiae pace nemo perfruitur. cuius autem gratia uincitur et sanatur, nisi illius cui dicitur: conuerte nos, deus sanitantium nostrarum, et auerte iram tuam a nobis? quo et si facit, misericordia facit, ut dicatur: non secundum peccata nostra fecit nobis nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. et quibus non facit, iudicio non facit. et quis dicet illi: 'quid fecisti, cui misericordia et iudicium pia sanctorum mente cantatur'? idcirco etiam sanctos et fideles suos in aliquibus uitiis tardius sanat, ut in his eos minus, quam inplendae ex omni parte iustitiae sufficit, delectet bonum, siue cum latet siue cum etiam manifestum est, ut, quantum pertinet ad integerrimam regulam ueritatis eius, non iustificetur in conspectu eius omnis uiuens. nec in eo ipso uult nos damnabiles esse, sed humiles commendans nobis eandem gratiam suam, ne facilitatem in omnibus adsecuti nostrum putemus esse quod eius est; qui error multum est religioni pietatique contrarius. nec ideo tamen in eisdem uitiis nobis permanendum esse existimemus, sed aduersus ipsam maxime superbiam, propter quam in eis humilamur, et nos uigilanter conemur et ipsum deprecemur ardenter simul intelle-

9 Ps. 84, 5 11 Ps. 102, 10 13 cf. Ps. 100, 1 18 cf. Ps. 142, 2

1 aut adiuuat *in mg. m. rec. V* 2 quidam—adpetitus *in mg. m2L* faciat *Gm1* 3 *alt.* esset *in ras. Lm2* 4 uoluisset *T* 5 debito *Am2C* iusta—uitium *om. A* cē *SVm1G* 7 pacem *Lm1SVm1PGM* 9 sanitatum *Vm2A* salutatium *P* sanitatium *Gm2CM* salutaris *K* nr̄ *K* 10 an nobis *Lm1* 11 ut (t *s.l.m2*)*L* peccata] merita *M* neque *Gm1Ad* 13 cui *s.l.m2S* cum *Gm1A* cuius *M* miam *A* 14 iudiciā *Vm1* pie *L* piu *Vm1* canatur *Lm1* cantantur *K* icciro *A* 15 cū *s. exp.* ut *Km2* 16 delectat *K* 18 pertineat *Lm1SVm1PG* iustifecetur *Vm1* 21 facultatem *Sm1* felicitatem *K* adsequuti *S* esseț *V* 22 relegioni *LS* religionis *C* pietatisque *C* contrariis *A* nec—existimemus *om. M* 23 ęstimemus *A* 24 humiliamur *Lm2SVPGKACbd* humiliatur *M* 25 ardentes *A*

gentes et quod sic conamur et quod sic precamur dono illius nos habere, ut in omnibus non ad nos respicientes, sed sursum cor habentes domino deo nostro gratias agamus et, cum gloriamur, in illo gloriemur.

XX. 34. Quartum iam illud restat, quo explicato, quantum adiuuat dominus, sermo quoque iste tam prolixus tandem terminum sumat, utrum qui omnino numquam ullum peccatum habuerit habiturusue sit, non solum quisquam natorum hominum sit, uerum etiam potuerit aliquando esse uel possit. hunc prorsus nisi unum mediatorem dei et hominum hominem Christum Iesum nullum uel essé uel fuisse uel futurum esse certissimum est. unde iam multa diximus de baptismo paruulorum, qui si nullum peccatum habent, non solum sunt homines innumerabiles sine peccato, uerum etiam fuerunt et erunt. porro si ueraciter illud constitit, unde secundo loco egimus, neminem esse sine peccato, profecto nec paruuli sine peccato sunt. ex quo conficitur, etsi quisquam in hac uita esse potuisset, qui uirtute ita perficeretur, ut ad tantam plenitudinem iustitiae perueniret, qua nullum haberet omnino peccatum, fuisse tamen eum antea peccatorem, unde in istam nouitatem uitae conuerteretur, non esse dubitandum. etenim secundo illo loco aliud quaerebatur, aliud in hoc quarto propositum est. nam in illo, utrum aliquis in hac uita ad perfectam, quae prorsus sine ullo peccato est, uitam perueniret per gratiam dei studio uoluntatis, hoc requirebatur; in hoc autem quarto, utrum esset in filiis hominum uel esse potuisset aut posset, qui non ex peccato ad iustitiam perfectissimam perueniret, sed nullo omnino umquam peccato esset obstrictus, hoc quaeritur. ideo si illa uera sunt, quae

3 cf. I Cor. 1, 31 9 cf. I Tim. 1, 8 14 cf. pag. 78 sqq.

1 *pr.* si *Km1M* *alt.* si *M* deprecamur *bd* non (s *s.* n) *Vm2* 2 non ad *om. A* rursum *Mm1* corbentes *Lm1* 5 quātum *Lm1SVm1GKm1* Quartum] *add.* autem *z* quod *Lm1SVm1PG* explicito *zd* 6 tam *in mg. G* 7 sūmat *Lm1* quis *Gm2* umquam *P*, *om. M* nullū *Pm. rec. M* illu (u *s.* i *et* d *s.* u) *A* 8 naturam *L* naturum *SVm1G* hominum *om z* 9 nisi] preter *K*, *b* (*in mg.* al nisi), *om. C* 11 *post* unde *eras.* et *G* multum *KC* 14 leginus *A* 15 nec *om. K* paruulis *A* n̄ sunt *Km2* 16 utsi *K* 17 iustitia *Lm1* quam *Lm1A* omnino haberet *A* 18 peccatum *s.l.m2L* ante *A* 19 uitae *om. z* in secundo *Kbd* 20 illo *om. A* 22 est ē *L* 23 requirabatur *A* esse *Vm1* ē et *A* 24 aut posset *om. z* possit *Km2* 25 *et *L* 26 esse *Vm1A*

tam multa de paruulis diximus, nec est iste in filiis hominum quisquam nec fuit nec erit excepto uno mediatore, in quo nobis propitiatio et iustificatio posita est, per quam finitis inimicitiis peccatorum reconciliemur deo. non itaque ab re est, quantum praesenti causae sufficere uidetur, ab ipso exordio generis humani pauca repetere, quibus aduersus quaedam, quae mouere possent, legentis animus informetur.

XXI. 35. Posteaquam illi primi homines, uir unus Adam et ex illo Eua uxor eius, accepto dei praecepto seruare oboedientiam noluerunt, iusta eos poena ac debita consecuta est. sic enim comminatus fuerat dominus, quod ea die, qua uetitum cibum ederent, morte morerentur. proinde quia utendi ad escam omni ligno, quod in paradiso erat, acceperant potestatem, in quo etiam lignum uitae plantauerat deus, ab illo autem solo eos prohibuerat, quod appellauit scientiae boni et mali, quo nomine significaretur experientiae consequentia, et quid boni custodita et quid mali essent transgressa prohibitione sensuri, recte profecto intelleguntur ante malignam diaboli persuasionem abstinuisse cibo uetito atque usi fuisse concessis ac per hoc et ceteris et praecipue ligno uitae. quid enim absurdius, quam ut credantur ex aliis arboribus alimenta sumpsisse, non autem etiam ex illo, quod et similiter permissum fuerat et utilitate praecipua per aetatum labem mutari quamuis animalia corpora atque in mortem ueterescere non sinebat, tribuens hoc corpori humano de suo corpore beneficium et mystica significatione demonstrans quid per sapientiam, cuius figuram gestabat, conferretur animae rationali, ut alimento eius uiuificata nequaquam in labem mortemque nequitiae uerteretur? merito enim de illa dicitur: li-

2 cf. Rom. 3, 25 3 cf. Rom. 5, 10 10 cf. Gen. 2, 17 14 cf. Gen. 2, 9. 16. 17 26 Prou. 3, 18

1 iste *om. z MTbd* 3 infinitis *A* reconciliamur *zbd* 5 uident *Lm1* uidens *SVG* uideo *P* ualent *Lm2* 6 possunt *Vm2Pbd* possint *K* 7 hominis *Km1* 8 serbare *Lm1* 9 iuxta *SGm1* hac *Lm1* secuta *P* 10 *fin.* quo *Sm1Vm1* 11 morirentur *A* perinde *V* qui audendi *Vm1* qui autendi *Km1* etendi (*om.* quia) *A* id *Am2* 13 *ante* ds̄ *exp. et eras.* autē *L* 14 scientiā *Km2* 15 consequentie (ę) *Lm1P* *alt.* qui *Vm1* 16 prohibitionem *Lm1* sensuri—persuasionem *in mg. m2L* profecte *Vm1* 17 atque usi f. *bis Lm1* concensis *Lm1SGm1* 18 hac *Lm1* absordius *Vm1A* 19 ut *om.KC* credatur *LSVG* sumsisse *L* 20 fuerit *K* 21 praecipue *K* lauem *SVm1Gm1* labe *M* non mutari *A* 22 atque *om. A* morte *Kb* ueterascere *Vm2Abd* 23 beneficio *V* 24 huius *V* 25 lauem *SVm1Gm1* habem *Am1* 26 uertetur *L* illo *Gm1*

gnum uitae est amplectentibus eam. sicut haec arbor in corporali sic illa in spiritali paradiso, ista exterioris, illa interioris hominis sensibus praebens uigorem sine ulla in deterius temporis commutatione uitalem. seruiebant igitur deo uehementer sibi commendata pietate oboedientiae, qua una colitur deus. quae per se ipsam quanta sit quamque sola sufficiat ad tuendam rationalem sub creatore creaturam, non potuit excellentius intimari, quam ut a ligno prohiberentur non malo. absit enim ut bonorum creator, qui fecit omnia et ecce bona ualde, mali aliquid in illius etiam corporalis paradisi fertilitate plantaret. sed ut ostenderetur homini, cui esset sub tali domino utilissima seruitus, quantum esset solius oboedientiae bonum, quam solam de famulo exegerat, cui oboedire non propter ipsius dominatum, sed propter seruientis utilitatem potius expediret, ab eo ligno sunt prohibiti, quo si uterentur non prohibiti, nihil mali omnino paterentur, ut quod illo post prohibitionem utentes passi sunt satis ostenderetur quod eis hoc non intulerit arbor cibo noxio perniciosa, sed tantum oboedientia uiolata.

XXII. 36. Hanc ergo priusquam uiolassent, placebant deo et placebat eis deus et, quamuis corpus animale gestarent, nihil inoboediens in illo aduersum se moueri sentiebant. faciebat quippe hoc ordo iustitiae, ut, quia eorum anima famulum corpus a domino acceperat, sicut ipsa eidem domino suo ita illi corpus eius oboediret atque exhiberet uitae illi congruum sine ulla resistentia famulatum. hinc et nudi erant et non confundebantur. animam quippe rationalem naturali uerecundia nunc pudet, quod in carne, in cuius seruitutem ius potestatis accepit, nescio qua infirmitate efficere non

9 Gen. 1, 31 24 cf. Gen. 2, 25

1 árboris necorporali *C* 2 sic—spiritali *s. l. L* paradyso *LSP* 3 in terius *Lm1* 5 ipsa *SVGm1ACMbd* 6 quamquae *V* 8 quae *K* 9 illis *SPG,V(in mg.* ł illius) 10 plantare *Vm1* 11 esse *Vm1* oboedientia bona *V* 12 sola *V* exigerat *SVGb* exigeret *ACM* exiret (ge *s.* i *m1*)*K* 13 luentis *z*, *b in mg.* fruentis *Gm2* expoediret *K* 14 brohibiti *Sm1* 15 pateretur *Km1* illud *V* proibitionem *L* putentes *V* 16 intellegeretur *z d*, *b in mg.* 18 *s.* hanc *m2* oboedientiam *add. G* 19 obedientes *A* 20 illū *V* aduersū∗ *L* moueris *Km1Am1* 21 cordo *Lm1* famulū *A* (*in mg.* famulatū) 22 ipse *K* idem *A* 23 exiberet *L* 25 nunc *ex* nec *P* 26 ius] eius *A* perficere *KC*

potest, ut se nolente non moueantur membra et se uolente mouean-
tur. quae propter hoc in quouis casto merito appellantur pudenda,
quod aduersus dominam mentem, quasi suae sint potestatis, sicut
libitum est, excitantur idque solum iuris in his habent frena uirtutis,
ut ad inmundas et inlicitas corruptiones ea peruenire non sinant.
haec igitur carnis inoboedientia, quae in ipso motu est, etiamsi habere
non permittatur effectum, non erat in illis tunc primis hominibus, quan-
do nudi erant et non confundebantur. nondum quippe anima rationalis
domina carnis inoboediens extiterat domino suo, ut poena reciproca
inoboedientem experiretur carnem famulam suam cum sensu quo-
dam confusionis et molestiae suae, quem sensum certe ipsa per inoboe-
dientiam suam non intulit deo. neque enim deo pudendum est aut
molestum, si nos ei non oboedimus, cuius in nos summam potestatem
nullo modo minuere ualemus, sed nobis pudendum est, quod imperio
nostro caro non seruit, quia hoc fit per infirmitatem, quam peccando
meruimus, uocaturque peccatum habitans in membris nostris. sic
est autem hoc peccatum, ut sit poena peccati. denique posteaquam
est illa facta transgressio et anima inoboediens a lege sui domini
auersa est, habere coepit contra eam seruus eius, hoc est corpus
eius, legem inoboedientiae et puduit illos homines nuditatis suae
animaduerso in se motu, quem ante non senserant, quae animad-
uersio apertio dicta est oculorum; neque enim oculis clausis inter
illas arbores oberrabant. sic et de Agar scriptum est: aperti sunt
oculi eius et uidit puteum. tunc illi homines pudenda texerunt,
quae deus illis membra, ipsi uero pudenda fecerunt.

16 cf. Rom. 7, 17. 23 21 cf. Gen. 3, 7 23 Gen. 21, 19 24 cf. Gen. 3, 7

1 *pr.* uolẽte *L* *alt.* nolente *L* 2 putenda (t *pro* d *m1 saepius*) *Vm1* 3 suae *bis K*
4 liuitum *Lm1SVm1Gm1* excitant *Lm1* 5 ad *in ras. Vm2* inmundus *Vm1*
et] *add.* ad *z* 6 inoboedientiae *SVm1Gm1K* non habere *A*
7 tunc *om. zd* 9 extitat *Lm1* exstiterat *GKA* 10 famula sua *V*
11 certa *Lm1M* per] et *V* 13 molestum] *eras.* est *L* 15 caro *s.l.m2L* quia
bohoc *Lm1* qui obhoc *Lm2SP* quod *V* quę hoc *A* quod hoc *Gm2*
16 uocaṇturque *V* 18 est *eras. V*, *om. C* facta est *V* anima *om. z*
19 aḍuersa *V* aduersa *C* 20 pudiuit *Vm1Gm1* nuditati *ex* nudati *Vm2*
21 animoaduerso *SVm1G* senser̄ *K* anima∗duersio *V* animoaduersio *Gm1*
23 aberrabant *Vm2* ager *Lm1* aperti sunt *in mg.m2V* 24 pudenda—
uero *in mg. A*

XXIII. 37. De hac lege peccati nascitur caro peccati expianda per illius sacramentum, qui uenit in similitudine carnis peccati, ut euacuetur corpus peccati, quod et corpus mortis huius appellat, unde miserum hominem non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. sic enim ab eis transitum fecit in posteros ista lex initium mortis, quemadmodum labor quo cuncti homines laborant in terra, quemadmodum in feminas parturitio cum doloribus. haec enim, cum de peccato arguerentur, dei sententia meruerunt, quae non in eis solis, sed etiam in successoribus eorum, in aliis magis, in aliis minus, tamen in omnibus uidemus inpleri. cum itaque primorum illorum hominum fuerit prima iustitia oboedire deo et hanc in membris aduersus legem mentis suae legem concupiscentiae non habere, nunc post eorum peccatum nata ex eis nostra carne peccati pro magno obtinetur ab his qui oboediunt deo desideriis eiusdem concupiscentiae non oboedire et crucifigere in se carnem cum passionibus et concupiscentiis, ut sint Iesu Christi, qui hoc in sua cruce figurauit, quibus per gratiam suam dedit potestatem filios dei fieri. non enim omnibus hominibus dedit, sed quotquot receperunt eum, ut deo renascerentur spiritu, qui saeculo nati erant carne. sic enim de his dictum est: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex carne, non ex sanguine, non ex uoluntate uiri nec ex uoluntate carnis, sed ex deo nati sunt.

XXIV. 38. Secutus autem addidit: et uerbum caro factum est et habitauit in nobis, tamquam dicens: ‘magnum

2 cf. Rom. 8, 3. 6, 6 3 cf. Rom. 7, 24. 25 7 cf. Gen. 3, 16 12 cf. Rom. 7, 23 14 cf. Rom. 6, 12 19 cf. Ioh. 3, 5 20 Ioh. 1, 12. 13 24 Ioh. 1, 14

1 nascito *Vm1* expienda *Vm1A* 2 similitudinē *Ab* 3 morti *Lm1* appellatur *Md* 5 habeis *L* 6 labor—quemadmodum *om. A* quo *m3 s. exp.* hoc *V* 7 paritio *Km1* 8 erucrunt *Vm1Gm1* 10 priorum *r* 12 mentis *in mg. K* 13 haberet *Lm1VPG* haberent *b* nunc] nec *b* posterorum (*om.* eorum)*K* peccato *Km2* caro *z* 14 magna *Gm1* hab *L* is *Lm1* hiis *A* 15 in se *exp. V* 16 in ihu *LSVm1G,om.M* xpo (o *m1 ex* i)*L* cruce] carne *z* 17 figurabit *A* 18 quoḍquoḍ (t *m1 s.* d)*L* 19 ut *om. K* słó *m1 ex* dō *L* dō *P* 20 dictum est de his *G* quodquod (*utrumque* d *corr. m1 in* t)*L* 22 nec] non *z* neque *A* uoluptate *Lm1 SVG* 24 sequutus *S* adidit (i *pr. s.l.*)*L* factum *s.l.m2V* 25 habitabit *LGm1Km1A*

quidem hoc in his factum est, ut deo nascerentur ex deo, qui prius nati fuerant ex carne saeculo quamuis creati ab ipso deo; sed longe mirabilius factum est, quod, cum istis naturae fuerit nasci de carne, beneficii uero nasci ex deo, propter hoc impertiendum beneficium ille, qui de deo naturaliter natus est, nasci etiam misericorditer de carne dignatus est'; hoc est enim: et uerbum caro factum est et habitauit in nobis. per hoc, inquit, factum est, ut nati de carne caro postea nascendo de spiritu spiritus essemus et habitaremus in deo, quia et deus natus de deo postea de carne nascendo caro factus est et habitauit in nobis. uerbum enim, quod caro factum est, in principio erat et apud deum deus erat. uerum tamen ipsa participatio illius in inferiora nostra, ut nostra esset in superiora illius, tenuit quandam et in carnis natiuitate medietatem, ut nos quidem nati essemus in carne peccati, ille autem in similitudine carnis peccati, nos non solum ex carne et sanguine, uerum etiam ex uoluntate uiri et uoluntate carnis; ille autem tantum ex carne et sanguine, non ex uoluntate uiri neque ex uoluntate carnis, sed ex deo natus est. et ideo nos in mortem propter peccatum, ille propter nos in mortem sine peccato. sicut autem inferiora eius, quibus ad nos descendit, non omni modo coaequata sunt inferioribus nostris, in quibus nos hic inuenit, sic et superiora nostra, quibus ad eum ascendimus, non coaequabuntur superioribus eius, in quibus eum illic inuenturi sumus. nos enim ipsius gratia facti erimus filii dei, ille semper natura erat filius dei; nos aliquando conuersi adhaerebimus inpares deo, ille numquam auersus manet aequalis deo; nos participes uitae aeternae, ille uita aeterna. solus ergo ille etiam homo

6 Ioh. 1, 14 10 cf. Ioh. 1, 14. 1 14 cf. Rom. 8, 3 cf. Ioh. 1, 13 18 cf. Rom. 5, 6. 9. I Cor. 15, 3. II Cor. 5, 15 23 cf. Matth. 3, 17. Luc. 3 ,22 24 cf. Phil. 2, 6

1 prinu *Gm1* 2 fuerūt *L* 3 isti *V* fieri *Lm1* fuerint *Gm1* 5 quod *Vm1* de* *G* misericorditer *om. z* 6 habitabit *LGm1Km1AC* 8 de spiritu nascendo *A* inhabitaremus *P* dn̄o *A* 9 factū *VC* habitabit *Km1* 12 ut *s.l.m2L* nostra *in mg. m2L* essent *Vm2A* in]et *AM* 13 natiuitatem *Lm1S* 14 similitudinem *AMb* 15 *fin.* et] *add.* ex *LSP* uoluptate *SVPG, L* (n s. p) 16 et ex sanguine *V* uoluptate *SPG, L*(n s. p) 17 sed—est *om. r* morte *Lm2* 18 ille] *add.* autem *A* morte *Lm2M* in̤ inferiora *K* 19 decendit *Lm1* quoęquata *Lm1VGm1* 20. inferioribus nrs *in mg.m2L* hoc *Vm1* sit *Gm1* 21 quoęquabuntur *Lm1* quoequabuntur *V* 22 nos—filius dei *in mg. A* 23 aderebimus *Lm1* 25 uitae *in ras. V* *pr.* illa *Gm1*

factus manens deus peccatum nullum umquam habuit nec sumpsit carnem peccati quamuis de materna carne peccati. quod enim carnis inde suscepit, id profecto aut suscipiendum mundauit aut suscipiendo mundauit. ideo uirginem matrem non lege carnis peccati, id est non concupiscentiae carnalis motu concipientem, sed pia fide sanctum germen in se fieri promerentem quam eligeret creauit, de qua crearetur elegit. quanto magis ergo caro peccati baptizanda est propter euadendum iudicium, si baptizata est caro sine peccato propter imitationis exemplum!

XXV. 39. Quod autem supra respondimus aduersus eos qui dicunt: *si peccator genuit peccatorem, iustus quoque iustum gignere debuit*, hoc etiam his respondemus, qui dicunt de homine baptizato natum iam uelut baptizatum haberi debuisse. *cur enim non*, inquiunt, *in lumbis patris sui potuerit baptizari. si secundum epistolam, quae ad Hebreos scripta est, in lumbis Abrahae Leui potuit decimari?* hoc qui dicunt adtendant non propterea Leui postea non fuisse decimatum, quia iam fuerat decimatus in lumbis Abrahae, sed quia sic ordinatus est honore sacerdotii, ut acciperet decimas, non praeberet; alioquin nec ceteri fratres eius, qui ei praebebant, decimarentur, quia et ipsi in lumbis Abrahae a Melchisedech iam fuerant decimati.

40. Sed ne quis dicat propterea recte potuisse Abrahae filios decimari, quamuis iam fuissent in lumbis patris sui decimati, quia

10 cf. pag. 82 11. 13 Pelagiani 15 cf. Hebr. 7, 9 19 cf. Hebr. 7, 10

1 ds̄ *in ras. GK* peccatum nunquam habuit carnem peccati *sqq. CT* habuit unquam *bd* nec sumpsit carnem] nec cum carne *z* 2 de natura carnis peccati *b* 3 *pr.* aut *om. A* et *Mm1* ut *T* mundabit *A* aut—mundauit *om. A* · ait *Lm1* suscipiendum *Lm1* 4 mandauit *Ka.c.* peccatum *Lm1* id est] item *V* 5 pia] ipsa *z* fides *Lm1* sancta *z* 6 eligerent *Lm1* eligere *SV* elegerat *b* 7 baptizandū *Vm1* propter—est *in mg. m2K* 8 babtizanta (b *pro* p *in hac parte m1 semper fere*) *Lm1* baptizanda *S* baptizanta *PG* immitationes *Lm1* 10 super *Km1* 12 baptizati *Vm1* nato *Lm1M* 13 debuisset *SVm1PGm1* cuur *GA* illūuis *Lm1VGm1* illum uiis *S* 14 poterit *V* potuit *KACbd* 15 ebreos *L* hæebraeos *S* scripta sunt *V* habrahę *LK* abraae *A* 16 *fin.* non *om. A* 17 habrahe *L* abraheę *S* 18 est *om. L* sacerdoti *SVm1Gm1* sacerdotio *PGm2* pręueret *Sm1* creueret *V* 19 ceteris *Lm1SVm1* decima *Lm1* 20 habrahę *L* abraheae *S* abraae *A*, *ita etiam l. 21* melcisedec *Lm1* melchisedec *C* fuerent *Lm1* fuerat *Vm1Km1* 21 filius *Vm1*

decimatio talis res erat, quae in unoquoque homine saepe fuerat facienda. sicut Israhelitae annis omnibus, immo ex fructibus omnibus decimas tota uita sua crebras solent praebere Leuitis, baptismum autem tale sacramentum esse, quod semel datur et, si iam hoc acceperat quisque, cum in patre suo esset, non nisi baptizatum fuisse deputandum, cum de illo qui baptizatus fuerat gigneretur: qui hoc dicit, ne diu disputem, circumcisionem respiciat, quae semel fiebat et tamen in singulis singulatim fiebat. sicut ergo tempore illius sacramenti de circumciso qui nasceretur circumcidendus fuit, sic nunc de baptizato qui natus fuerit baptizandus est.

41. *At enim ait apostolus: filii uestri inmundi essent, nunc autem sancti sunt; et ideo*, inquiunt, *fidelium filii iam baptizari minime debuerunt.* miror hoc dicere qui negant peccatum ex Adam originaliter trahi. si enim hanc apostoli sententiam sic accipiunt, ut credant de fidelibus sanctificatos filios nasci, cur eos etiam ipsi baptizari oportere non dubitant? cur denique nolunt fateri de parente peccatore aliquod peccatum originaliter trahi, si de sancto aliqua sanctitas trahitur? et contra nostram quidem non est adsertionem, etiamsi ex fidelibus sancti propagantur, quod eos dicimus, si non baptizantur, pergere in damnationem, quibus et ipsi regnum caelorum intercludunt, quamuis eos dicant non habere ullum uel proprium uel originale peccatum. aut si eis indignum uidetur, ut sancti damnentur, quomodo erit dignum, ut a regno dei sancti separentur? illud potius adtendant, quomodo non de peccatoribus parentibus trahatur aliquod peccatum, si de sanctis aliqua sanctitas trahitur et inmunditia de inmundis. utrumque enim dixit qui dixit: alioquin filii uestri inmundi essent, nunc autem sancti sunt.

11 Pelagiani I Cor. 7, 14 26 I Cor. 7, 14

1 reserat *b* saepe *om. z* fuerit *Gm1* 2 israelitę *L* frugibus *z* 3 crebra *L* tali *Vm1* 4 datum* *L* 5 esse *Vm1C* 6 *pr.* qui *s.l. LVG, om. PS* 7 recipiat *LSVPGm1* 8 singillatim *Gm2KCbd* temporae *V* in tempore *A* circumcisio *Vm1* 9 nascetur *A* 11 ait enī ē apłs *L* at enim ē apls *S* at enim ē amplius *V* at enim apłs *P* ait (i *s.l.m2*) enim *** apostolus *G* ait apls inquit *A* At enim ap. ait *d* apostolus] *add.* alioquin *s.l. LG, in mg. A* 16 n̄ baptizari *Gm2* dubitabant *K* 17 aliquot *Km1* trahii *SV* 23 dapentur *A* erit] est *zCTd* ut *s.l.m2 S* aut *V* 24 et illud *b* adtendunt *SV* trahentur parentibus *Vm1* 26 non immundicia *b* inmundia *Vm1* utramque *Lm1*

explicent etiam quomodo iustum sit, ut sancti ex fidelibus et inmundi ex infidelibus nati pariter tamen, si baptizati non fuerint, regnum dei non permittantur intrare. quid ergo illis ista sanctitas prodest? nam si damnari faterentur inmundos ex infidelibus natos, sanctos autem filios fidelium in dei quidem regnum intrare non posse, nisi fuerint baptizati, non tamen damnari, quia sancti sunt, esset qualiscumque distinctio; nunc uero natos de sanctis sanctos et de inmundis inmundos aequaliter dicunt et, quia peccatum non habent, non damnari et, quia baptismum non habent, a dei regno separari. hanc absurditatem talia ingenia non uidere quis credat?

42. Nostrae autem, immo ipsius apostoli sententiae qui dixit: ex uno omnes ad condemnationem et: ex uno omnes ad iustificationem uitae, quam non sit contrarium hoc quod ait, cum de alia re ageret: alioquin filii uestri inmundi essent, nunc autem sancti sunt, paululum adtende.

XXVI. Non unius modi est sanctificatio; nam et catechumenos secundum quendam modum suum per signum Christi et orationem manus inpositionis puto sanctificari et, quod accipiunt quamuis non sit corpus Christi, sanctum est tamen et sanctius quam cibi quibus alimur, quoniam sacramentum est. uerum et ipsos cibos, quibus ad necessitatem sustentandae uitae huius utimur, sanctificari idem apostolus dixit per uerbum dei et orationem, qua oramus utique nostra corpuscula refecturi. sicut ergo ista ciborum sanctificatio non efficit, ut quod in os intrauerit non in uentrem uadat et in secessum emittatur per corruptionem, qua omnia terrena soluuntur, unde et

12 Rom. 5, 16. 18 14 I Cor. 7, 14 19 cf. Aug. De catech. rudibus 26, 50 (XL 344, 51 sqq. M) et Confess. I 11 (CSEL XXXIII p. I 15, 14) 21 cf. I Tim. 4, 5 24 cf. Matth. 15, 17

1 iustum] dictum *A* 3 permittuntur *A* 4 damnari quia $\overline{\text{sci}}$sunt** faterentur *V* ex infidelibus natos *om. z* 6 esse *Vm1* 7 distincto *Vm1* natos] *add.* et *Kb* 9 baptismo *Vm1* *post* habent *repet.* damnari—habent *K* 10 absorditatem *A* 12 et *om. V* 13 hoc *om. KC* 15 paulolum *Km1* 16 nam—$\overline{\text{xpi}}$ *in mg. m2L* nam *in ras. V* quā *M* caticuminos *LP* catecumenos *SVm1* catecuminos *Vm2GAM* catechuminos *K* cathecuminos *Cb* 17 secundum *in ras. Vm2* 18 *cod. Remigianus Maurinorum:* et manus impositionem 21 sustentan*dę *V* huius uitae *d* alimur *zbd* 23 refectu *Vm1* sed sicut *in ras. Vm3* ergo] et *LSPG, om. V* autem *b* non efficit] n̄ ad hoc ualet *s.l.m3V* 24 inos *K* in nos *C* intrauit *Km1* non *s.l.m2K* uadit *GKm1* 25 et *om. KCb*

ad aliam escam, quae non corrumpitur, nos dominus exhortatur. ita sanctificatio catechumeni, si non fuerit baptizatus, non ei ualet ad intrandum regnum caelorum aut ad peccatorum remissionem. ac per hoc et illa sanctificatio, cuiuscumque modi sit, quam in filiis fidelium esse dixit apostolus, ad istam de baptismo et de peccati origine uel remissione quaestionem omnino non pertinet. nam et coniuges infideles in coniugibus fidelibus sanctificari dicit eo ipso loco ita loquens: sanctificatur enim uir infidelis in uxore et sanctificatur mulier infidelis in fratre; alioquin filii uestri inmundi essent, nunc autem sancti sunt. non, opinor, quisquam tam infideliter intellegit, quodlibet in his uerbis intellegat, ut ob hoc existimet etiam maritum non christianum. quia christiana fuerit uxor eius, neque iam baptizari oportere et ad peccatorum remissionem iam peruenisse et in regnum caelorum esse intraturum. quia sanctificatus dictus est in uxore.

XXVII. 43. Quisquis uero adhuc mouetur, quare baptizentur qui iam de baptizatis nascuntur, hoc breuiter accipiat. sicut generatio carnis peccati per unum Adam ad condemnationem trahit omnes qui eo modo generantur, sic regeneratio spiritus gratiae per unum Iesum Christum ad iustificationem uitae aeternae ducit omnes qui eo modo praedestinati regenerantur. sacramentum autem baptismi profecto sacramentum regenerationis est. quocirca sicut homo, qui non uixerit, mori non potest et qui mortuus non fuerit resurgere non potest, ita qui natus non fuerit renasci non potest. ex quo conficitur neminem in suo parente renasci potuisse non natum. oportet autem ut, si natus fuerit, renascatur, quia nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum dei. oportet igitur, ut sacramento regenerationis, ne sine illo male de hac uita exeat, etiam

1 cf. Ioh. 6, 27 8 I Cor. 7, 14 18 cf. Rom. 5, 18 22 cf. Tit. 3, 5 26 Ioh. 3, 3

1 exortatur *LVGK* 2 cathecumeni *Lm1S* caticumini *P* catecumeni *V* catecumini *GK* catecuminis *A* cathecumini *CMb* cathicumini *Lm2* 3 in regnum *d* ad] a *Lm1SVm1Gm1* 6 originale *Gm1* originē *M* remissionem *CM* 8 infideles (i *s. fin.* e)*S* in uxore fideli (fideli *s.l.m2*)*V* 9 in fratre] in uiro fideli *s.l.m2V* 11 quotlibet *Km1* 12 non *exp. L* 13 neque enim *S* 14 iam] n̄ *SPG*, *exp. LV*, *om. b* 15 ductus *Vm1* datus *Gm1* 16 moue*tur *L* baptizetur *Lm1SVCm1* 18 ad] in *b* in omnes *L* ut omnes *SGm1* **omnis (e *s.* i *m2*)*V* homines *C* 19 generatio *zAMd* 20 dicit *Gm1* 21 praedistinati *VK* generantur *Lm1* 26 renatus *z* 28 sine ullo *AC*

paruulus inbuatur; quod non fit nisi in remissionem peccatorum. quod etiam ipso loco Christus ostendit, cum interrogatus quomodo possent ista fieri commemorauit quid Moyses fecerit in exaltatione serpentis. cum itaque per baptismi sacramentum morti Christi conformantur infantes, eos a serpentis morsu fatendum est liberari, si a christianae fidei regula nolumus aberrare. quem tamen morsum non in sua uita propria, sed in illo cui primitus inflictus est acceperunt.

44. Neque illud fallat, quod nec parenti post conuersionem obsunt propria peccata; *quanto enim magis*, inquiunt, *filio eius obesse non possunt*! sed qui hoc sentiunt non adtendunt, quia, sicut parenti per hoc quod spiritu renatus est propria peccata non obsunt, ita qui de illo natus est, nisi eo modo renascatur, quae a parente tracta sunt oberunt, quia et innouati parentes non ex primitiis nouitatis, sed ex reliquiis uetustatis carnaliter gignunt et filii ex parentum reliqua uetustate toti uetusti in peccati carne propagati damnationem ueteri homini debitam sacramento spiritalis regenerationis et renouationis euadunt. illud namque praecipue propter quaestiones, quae de hac re motae sunt uel moueri adhuc possunt, adtendere ac meminisse debemus tantummodo peccatorum omnium plenam perfectamque remissionem baptismo fieri, hominis uero ipsius qualitatem non totam continuo commutari, sed spiritales primitias in bene proficientibus de die in diem nouitate crescente commutare in se quod carnaliter uetus est, donec totum ita renouetur, ut animalis etiam infirmitas corporis ad firmitatem spiritalem incorruptionemque perueniat.

1 cf. Marc. 1, 4. Act. 2, 38 3 cf. Ioh. 3, 14 9 Pelagiani 11 cf. Ioh. 3, 5 16 cf. Tit. 3, 5 19 cf. Col. 2, 13 22 cf. II Cor. 4, 16

def$_3$ *S* 1 in remiss.—*116, 27* peccati *om. S; cf. Praef.* remissionem *ACd* remissione *cet.* 3 moyse *Lm1* exaltationes *Vm1* exaltationem *A* 4 conformentur *d* 7 in suauitate *Lm1Vm1PG* 8 quod] *add.* si *b* post conuersionē post confessionē *C* confessionem *KT* 9 absunt *Vm1* quanta *Ka.c.* 11 propria—est *in mg. m2 K* quide*L* 14 *fin* ex] et *V* parentum (*in mg.* l parentes) *V* 15 uetusti] uetustati *Km1* uetustate *M* 15 et in peccati *d* in *om. A* peccati (o s. i *m2*) *V* in carne *A* carnis (s *s.* i *m2*) *V* propeccati (propagati *s. m2*) *K* ueteris hominis *P* 16 deuitam *Lm1Vm1* deuita *P* spiritali *z* generationis *Vm1* 18 remotae *C* mota *M* 20 in baptismo *Vm2* 21 commutare (i s. e *m1*)*K* 24 ad infirmitatem *Vm1*

XXVIII. 45. Haec autem lex peccati, quod etiam peccatum appellat apostolus, cum dicit: non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad oboediendum desideriis eius, non sic manet in membris eorum, qui ex aqua et spiritu renati sunt. tamquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena et perfecta fit remissio peccatorum omnibus inimicitiis interfectis, quibus separabamur a deo, sed manet in uetustate carnis tamquam superatum et peremptum, si non inlicitis consensionibus quodam modo reuiuescat et in regnum proprium dominationemque reuocetur. ab hac autem uetustate carnis, in qua est lex ista peccati uel peccatum iam remissum, usque adeo spiritus uita discernitur, in cuius nouitate baptizati per dei gratiam renascuntur, ut parum fuerit apostolo dicere tales non esse in peccato, nisi etiam diceret in ipsa carne illos non esse, antequam ex hac mortali uita emigrarent; qui enim in carne sunt, inquit, deo placere non possunt; uos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis. uerum tamen sicut ipsa carne quamuis corruptibili bene utuntur qui membra eius ad opera bona conuertunt, in qua carne non sunt, quia non secundum eam sapiunt neque uiuunt, sicut denique etiam morte, quae primi peccati poena est, bene utuntur qui eam pro fratribus, pro fide, pro quacumque uera et sancta iustitia fortiter et patienter inpendunt, sic illa etiam lege peccati, quod iam remissum in uetustate carnis manet, bene utuntur coniugati fideles, qui ex eo quod sunt in Christi nouitate dominari sibi libidinem minime patiuntur, ex eo autem quod adhuc trahunt Adae uetustatem regenerandos inmortaliter filios mortaliter generant cum ea propagine peccati, qua illi qui renati sunt obnoxii non tenentur et qua illi qui

2 Rom. 6, 12 4 cf. Rom 7, 23. Ioh. 3, 5 6 cf. Eph. 2, 16 cf. Esai. 59, 2 11 cf. Rom. 7, 6 14 Rom. 8, 8. 9

def. *S* 2 apostolus *in ras. m2V* regnat *Vm1* 3 uero *Km1* 6 inimicis *A* 7 separatum *K* 8 et *in ras. V* peremtum *L* inliciis *Vm1* reuiuiscat *Vm2Pm. rec. KAbd* 9 dominationemquae *Lm1* dominationemqui *Vm1* uocetur *VPG* ac *L* hanc *C* 11 spu*Kb* nouitatem *z* 12 renasc *A* fuerit *om. A* dicere] esset dicere *A* 13 illos *om. KCb* 14 uitę *Am1* migrarent *zATbd* 15 inquit sunt *b* 16 *alt.* in *om. V* dī *s.l.m2K* 17 inipsa *A* 18 coruertunt *V* conuertunt (uert. *s.l.*) *Km2* 20 morte* *L* mortem *VP* 23 utantur *Lm1V* qui coniugati *K* 24 qui *om. K* minime *s.l. Km2* minus *M* 25 Adae uetustatem]ad uetustatē *Kb* regenerando *A* 27 *a uoce* qua (*pr.*) *inc. S* quia *Km2* **nati *V* qua] quia *Lm1SVm1GKm1*

nascuntur renascendo soluuntur. quamdiu ergo manet lex concupiscentialis in membris, manente ipsa reatus eius soluitur; sed ei soluitur, qui sacramentum regenerationis accepit renouarique iam coepit. ex illa autem manente concupiscentiae uetustate quod nascitur renasci indiget, ut sanetur, quia parentes fideles et nati carnaliter et renati spiritaliter filios carnaliter genuerunt, filii uero antequam nascerentur, renasci quomodo potuerunt?

46. Nec mireris, quod dixi manente concupiscentialiter lege peccati reatum eius solui per gratiam sacramenti. sicut enim facta et dicta et cogitata iniqua, quantum ad ipsos motus animi et corporis pertinet, iam praeterierunt et non sunt, eis tamen praeteritis et non iam existentibus reatus eorum manet, nisi peccatorum remissione soluatur, sic contra in hac non iam praeterita, sed adhuc manente lege concupiscentiae reatus eius soluitur et non erit, cum fit in baptismo plena remissio peccatorum. denique si continuo consequatur ab hac uita emigratio, non erit omnino, quod obnoxium hominem teneat solutis omnibus quae tenebant. sicut ergo non est mirum praeteritorum factorum, cogitatorum atque dictorum reatum manere ante peccatorum remissionem, sic contra non debet esse mirum manentis concupiscentiae reatum praeterire post peccatorum remissionem.

XXIX. 47. Quae cum ita sint, ex quo per unum hominem peccatum intrauit in hunc mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit usque in finem carnalis huius generationis et corruptibilis saeculi, cuius filii generant et generantur, nullo existente homine, de quo in hac uita constituto ueraciter dici possit, quod nullum habeat omnino peccatum excepto uno mediatore, qui

1 cf. Rom. 7, 23 22 cf. Rom. 5, 12 25 cf. Luc. 20, 34 27 cf. I Tim. 2, 5. Rom. 5, 10

1 renascendos *SGm1* concupiscentialiter *Pd* 2 manente in *S* manete *Km1* manente et *C* sed ei soluitur *om. V* 4 illo *SVPG* manentē *Lm1* concupiscentia *AM* 5 qua *Vm1* 6 filios carn. gen. *om. M* carnale *Sm1* 9 dicta et facta *A* 11 pertinet et *Lm1SVP* preterierunt *Lm1* praeteritierunt (*in mg.* ł p̄terier̄) *V* 12 non**V* nondum *LSPG* iam non *M* non tum *d* 13 praeteritas *Km1* 14 eius *om. A* non erit cum *om. A* 16 uitę(ae) migratio *LSG* uitae migr. *V* uitę emigratio *C* uitae migratione *M* uita migratio *b* 17 solutis—teneoant *om. z* est *om. Kb* 18 factorum atque dictorum (*om.* cogit.) *rb* dict. fact. atque cog. *d* 22 ita *om. V* 24 usque *s.l. Am2* 25 exsistente *P* 27 mediatori *A*

nos creatori nostro per remissionem reconciliat peccatorum, idem ipse dominus noster hanc suam medellam nullis generis humani temporibus ante ultimum futurum adhuc iudicium denegauit eis, quos per certissimam praescientiam et iustissimam beneficentiam secum regnaturos in uitam praedestinauit aeternam. namque ante natiuitatem carnis infirmitatemque passionis et uirtutem resurrectionis suae earum rerum futurarum fide eos qui tunc fuerant informabat ad heredítatem salutis aeternae, quarum rerum praesentium fide informauit eos, qui cum gererentur aderant atque inpleri praedicta cernebant, quarum etiam praeteritarum fide qui postea fuerunt et nos ipsos et qui deinde futuri sunt informare non cessat. una ergo fides est, quae omnes saluos facit, qui ex carnali generatione in spiritalem renascendo saluantur, terminata in eo, qui uenit pro nobis iudicari et mori, iudex uiuorum et mortuorum. sed huius unius fidei pro significationis oportunitate per uaria tempora sacramenta uariata sunt.

48. Idem ipse itaque saluator est paruulorum atque maiorum, de quo dixerunt angeli: natus est uobis hodie saluator et de quo dictum est ad uirginem Mariam: uocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, ubi aperte demonstratum est eum hoc nomine, quo appellatus est Iesus, propter salutem quam nobis tribuit nominari; Iesus quippe latine saluator est. quis est igitur qui audeat dicere dominum Christum tantum maioribus, non etiam paruulis esse Iesum? qui uenit in similitudine carnis peccati, ut euacuaret corpus peccati, in quo in-

11 cf. Luc. 8, 48 12 cf. Ioh. 3, 5 17 Luc. 2, 11 18 Matth. 1, 21 23 cf. Rom. 8, 3 24 cf. Rom. 6, 6

1 rec. per rem. *b* 2 medelam *Lm2Vm2PKA* nullius generis *b* 4 praesentiam *KA* iustissimam] futuram *zd* beneficientiam *z* regeneraturos *A* 5 ita ante *V* 7 fidem *Lm1SVm1* fides *Vm2* in eos *G* informaba∗t *A*. 8 quarum]tāquā (tā *s.l.m2*)*V* fidem *P* uitae *V* 9 genererentur *Lm1* adderant *Vm1* 10 praeterit.] *add.* rerum *KCb* fidem *P*, *om.Kb* qui *s.l.m2V* fuerunt *exp. V* 12 regeneratione *K* in spirituali *A* spiritaliter *z* spiritualiter *M* renascendo saluantur]renascuntur *zd*, *b in mg.* 13 iudicare *Km1A* 14 significationibus *Vm1* 15 oportunetate *Lm1* 17 nobis *Km1* 18 est *om.A* Iesum] emmanuhel *M* 20 quod apellatur *K* quod (quo *A*) appellatus (*om.* est)*AC* quo appellatur *Mb* 22 quis] qui *z* igitur] quippe *z* 22 audet *G a.c.* dicere *om.K* 23 paruolis *L* 24 similitudinem *A*

firmissimo nulli usui congruis uel idoneis infantilibus membris anima rationalis miserabili ignorantia praegrauatur. quam plane ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo uerbum caro factum est, ut habitaret in nobis, nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quam uidemus in paruulis. per hanc enim etiam, cum motibus inrationabilibus perturbantur, nulla ratione, nullo imperio, sed dolore aliquando uel doloris terrore cohibentur, ut omnino uideas illius inoboedientiae filios, quae mouetur in membris repugnans legi mentis nec, cum uult ratio, conquiescit; uerum et ipsa saepe uel dolore corporis tamquam uapulando conpescitur uel pauescendo uel tali aliquo animi motu non tamen uoluntate praecipiente conprimitur. sed quia erat in eo similitudo carnis peccati, mutationes aetatum perpeti uoluit ab ipsa exorsus infantia, ut ad mortem uideatur etiam senescendo illa caro peruenire potuisse, nisi iuuenis fuisset occisus. quae tamen mors in carne peccati inoboedientiae debita redditur, in similitudine autem carnis peccati oboedientiae uoluntate suscepta est. ad eam quippe iturus eamque passurus hoc ait: ecce uenit princeps mundi huius et in me nihil inueniet; sed ut sciant omnes, quia uoluntatem patris mei facio. surgite, eamus hinc. his dictis perrexit ad indebitam mortem factus oboediens usque ad mortem.

XXX. 49. Quapropter illi qui dicunt: *si primi hominis peccato factum est, ut moreremur, Christi aduentu fieret, ut credentes in eum non moreremur*, et addunt quasi rationem dicentes: *neque enim praeuaricatoris transgressio plus nobis nocuit, quam incarnatio uel redemptio*

3 cf. Ioh. 1, 14 9 cf. Rom. 7, 23 18 Ioh. 14, 30. 31 21 cf. Phil. 2, 8
22 Pelagiani

1 nulli (*s.l.m2*lo)*V* infantibus *Lm1SVm1PGm1AC* 2 pregrabatur *SVm1Gm1* praegrauiatur *Km1* 3 *pr.* in *s.l.L, om.SVm1PGm1* 4 ut] et *Km1* inhabitaret *KCb* ne *SVm1PG* 5 suspicatos *Lm1SVm1Gm1* paruolis *Lm1* 6 cōmotibus (*om.* cum)*A* mortibus *Lm1* monitibus *M* irrōnalibus *b* 9 nec *om.V* 11 motū *A* 12 quaerat *Km1* in eo erat *bd* 13 uolunt (i *s.* n)*A* 14 uideatur (uideat *C*) etiam *KACbd* et. uid. *cet.* senescente (te *in ras.m2*)*V* 15 non inoboedientiae *Lm1SVm1PG* inoboeditiae *Km1* 16 dedita *Vm1Km1* de uita *A* 17 hoc *eras. V* 18 ait] erat *V* 19 uoluntate *LS* 21 factus—mortem *om. A* 23 moriremur *Vm2* aduentum *Lm1Cm1* 24 moremur *Lm1* moriremur *Vm2Pm1* morerentur *Km1* p̄uaricatores *Vm1* 25 redemtio *L*

profuit saluatoris, cur non potius hoc adtendunt, hoc audiunt, hoc sine disceptatione credunt, quod apostolus sine ambiguitate locutus est: quia per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur? neque enim aliunde quam de corporis resurrectione dicebat. omnium ergo corporis mortem factam per unum hominem dixit et omnium corporis resurrectionem in uitam aeternam per unum Christum futuram esse promisit. quomodo ergo 'plus nobis nocuit ille peccando, quam iste profuit redimendo', cum per illius peccatum temporaliter moriamur, per istius autem redemptionem non ad temporalem uitam, sed ad perpetuam resurgamus? nostrum ergo corpus mortuum est propter peccatum, Christi autem corpus solum mortuum est sine peccato, ut fuso sanguine sine culpa omnium culparum chirographa delerentur, quibus debitores, qui in eum credunt, a diabolo antea tenebantur. ideo: hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

XXXI. 50. Poterat autem etiam hoc donare credentibus, ut nec istius experirentur corporis mortem; sed si hoc fecisset, carni quaedam felicitas adderetur, minueretur autem fidei fortitudo. sic enim homines mortem istam timent, ut non ob aliud felices dicerent esse Christianos, nisi quod mori omnino non possent, ac per hoc nemo propter illam uitam, quae post istam mortem beata futura est, per uirtutem etiam contemnendae ipsius mortis ad Christi gratiam festinaret, sed propter remouendam mortis molestiam delicatius crederetur in Christum. plus ergo gratiae praestitit, plus fidelibus suis sine dubitatione donauit. quid enim magnum erat uidendo non mori eos, qui crederent, credere se non moriturum? quanto est maius,

3 I Cor. 15, 21. 22 14 cf. Col. 2, 14 16 Matth. 26, 28

1 fuit *La.c.SVG* attendunt hoc *A* 2 sine dubitatione *KCbd* n̄ credunt *A* loquutus *SV* 6 resurrectionem *Lm1C* 8 in *s.l.m2K* aeternam *om. A* 9 ergo *om. A* nobis *om. A* 11 autem] tam̄ *A* redemtionem *L* 12 est] *add.* et *Kb* 13 est] *add.* et *Kb* effuso *A* 14 cyrographa *L* cirografa *SVM* cyrografa *PAC* cirographa *K* chyrografa *G* 15 a *om. AM* ideo] et ideo *zd* et ideo ait *b* 16 est] *add.* inquit *s.l.m2L* ait *Vd* effudetur *V* 17 remissione *LVAM* 18 etiam *in ras. Am2* 20 felicitas *Gp.c.* munueretur *Km1* si *Km1* 21 esse dicerent *K* 24 mortis molestiam *L* mortis--remouendam *in mg.m2A* 25 renouendā *Km1* semouendā *M* 27 erit *V* 28 credere *om. A* morituros *Gm2A* moriturus *M* quoant *Lm1* maior *V*

quanto fortius, quanto laudabilius ita credere, ut se speret moriturus sine fine uicturum! denique hoc quibusdam in fine largietur, ut mortem istam repentina commutatione non sentiant, sed simul cum resurgentibus rapiantur in nubibus in obuiam Christo in aera et sic semper cum domino uiuant. et recte illis, quia non erunt iam posteri, qui propter hoc credunt non sperando quod non uident, sed amando quod uident. quae fides est eneruis et debilis nec fides omnino dicenda, quando quidem fides ita definita est: fides est sperantium substantia, conuictio rerum quae non uidentur. unde etiam in eadem, ubi et hoc scriptum est, ad Hebreos epistola, cum consequenter enumerasset quosdam, qui deo fide placuerunt: secundum fidem, inquit, mortui sunt hi omnes, cum non accepissent promissiones, sed longe eas uidentes et salutantes et confitentes, quia hospites et peregrini sunt super terram. et paulo post eandem fidei laudem ita conclusit: et omnes, inquit, testimonium consecuti per fidem non tulerunt promissiones dei; pro nobis enim meliora prouiderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur. haec laus fidei non esset nec omnino, ut iam dixi, fides esset, si homines in credendo praemia uisibilia sequerentur, hoc est, si fidelibus merces inmortalitatis in hoc saeculo redderetur.

51. Hinc et ipse dominus mori uoluit, ut, quemadmodum de illo scriptum est, per mortem euacuaret eum qui potestatem habebat mortis, id est diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam rei erant seruitutis. hoc testimonio satis etiam illud monstratur et mortem istam corporis principe atque auctore diabolo, hoc est ex peccato, accidisse, quod

2 cf. Retract. et Epist. ad Mercatorem (193) CSEL LVII 3 cf. I Thess. 4, 16
8 Hebr. 11, 1 11 Hebr. 11, 13 16 Hebr. 11, 39. 40 22 Hebr. 2, 14. 15

1 moriturū *A* 3 repentinā *Km1C* 4 in *med.om.LSPGm1Km2ACMTbd* 6 credant *Lm2* 7 deuilis *Vm1Gm1* debiles *Km1* omnino *om. A* 8 sperantium (*in mg.* ał sperandarum)*b* 9 conuinctio *Lm1SP* coniunctio *V* et conuictio *A* uidetur *ACm1M* 10 scribtum *Lm1* haebreos *S* ebreos *K* hebraeos *Abd* epistula *S* aepistola *K* cum *om. V* 11 sequenter *A* quodam *Vm1* sec. fidem dū fidem inquid *V* 12 hi *s.l.m2L* hii *GK* homines *Lm1S* homnes *G* mortui s̄ *V* 13 promissione *Km1* 14 ospites *VKm1Cm1* 15 ita *om. K* 16 testomonium *Vm1* consequuti *SVG* 17 pro nobis] per fidem *K* 22 noluit *Lm1SVm1Gm1* 25 timorē *A*

ille persuasit; neque enim ob aliud potestatem habere mortis uerissime diceretur. unde ille qui sine ullo peccato uel originali uel proprio moriebatur dixit, quod paulo ante commemoraui: ecce ueniet princeps mundi, — id est diabolus, qui potestatem habet mortis — et in me nihil inueniet, id est peccati, propter quod homines mori fecit. et quasi diceretur ei: 'quare ergo moreris?' sed ut sciant omnes, inquit, quia uoluntatem patris mei facio, surgite, eamus hinc, id est, 'ut moriar non habens mortis causam de peccato sub auctore peccati, sed de oboedientiae iustitia factus oboediens usque ad mortem'. et hoc ergo illo testimonio demonstratum est et, quod timorem mortis fideles uincunt, ad agonem ipsius fidei pertinere, qui profecto defuisset, si mox esset credentes immortalitas consecuta.

XXXII. 52. Quamuis itaque multa dominus uisibilia miracula fecerit, unde ipsa fides uelut quibusdam primordiis lactescentibus germinaret et in suum robur ex illa teneritudine coalesceret — tanto est enim fortior, quanto magis iam ista non quaerit —, tamen illud, quod promissum speramus, inuisibiliter uoluit expectari, ut iustus ex fide uiueret, in tantum ut nec ipse qui die tertio resurrexit inter homines esse uoluerit, sed eis demonstrato in sua carne resurrectionis exemplo, quos huius rei testes habere dignatus est, in caelum ascenderit illorum quoque se oculis auferens nihilque tale cuiusquam eorum carni iam tribuens, quale in carne propria demonstrauerat, ut et ipsi ex fide uiuerent eiusque ustitiae, in qua ex fide uiuitur, praemium, quod post erit uisibile, nunc interim per patientiam inuisibiliter expectarent. ad hunc intellectum credo etiam illud esse referendum, quod ait de sancto spiritu: non potest ipse uenire, nisi ego abiero. hoc enim erat dicere: 'non poteritis iuste uiuere ex fide, quod de meo dono, id est de sancto spiritu, habebitis, nisi

3 Ioh. 14, 30. 31 9 cf. Phil. 2, 8 17 cf. Rom. 1, 17 20 cf. Marc. 16, 7. Luc. 24, 48 26 Ioh. 16, 7

3 morieba*tur *L* 4 diabolos *Vm1* habebat *zd* 5 quod *om. V* 7 inquit *om. z* 9 actore *K* oboedientia et iust. *zMTbd* 10 *fin.* et *eras. L* 11 timore *Lm1SVGm1* 12 inmortalitatis *Km1* consequuta *SVG* 13 multa *om. S* 14 ipse *Lm1* quisbusdam *Lm1* lactantibus *KAM* latescentibus *C* lactentibus *b* 15 conualesceret *T* 16 enī *in mg. add. Km2* 17 expectare *Lm1* 19 suo *SVm1PGm1* 21 auferans *Lm1SGm1* cuiusque *P* 22 quale* *V* 24 post erit] poterit *Km1* poterant (*s.l.* ł n̄) *Km2* postea erit *zTbd* 25 esset *A* 26 sco̅ de spiritu *KG* de spū sco̅ *PAbd*

a uestris oculis hoc quod intuemini abstulero, ut spiritaliter cor uestrum inuisibilia credendo proficiat'. hanc ex fide iustitiam identidem loquens de spiritu sancto ita commendat: ille, inquit, arguet mundum de peccato, de iustitia, de iudicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me, de iustitia, quia ad patrem uado et iam non uidebitis me. quae est ista iustitia, qua eum non uiderent, nisi ut iustus ex fide uiueret et non respicientes quae uidentur, sed quae non uidentur spiritu ex fide spem iustitiae expectaremus?

XXXIII. 53. Qui autem dicunt: *si peccato mors ista corporis accidisset, non utique post remissionem peccatorum, quam redemptor nobis tribuit, moreremur*, non intellegunt quomodo res, quarum reatum, ne post hanc uitam obsint, deus soluit, tamen eas ad certamen fidei sinit manere, ut per illas erudiantur et exerceantur proficientes in agone iustitiae. posset enim et alius hoc non intellegens dicere: 'si propter peccatum dixit deus homini: in sudore uultus tui edes panem tuum, et spinas et tribulos pariet tibi terra, quare et post remissionem peccatorum labor hic permanet et haec dura et aspera parit etiam terra fidelium? item si propter peccatum mulieri dictum est: in gemitu paries, cur etiam post peccatorum remissionem feminae fideles eosdem dolores in parturiendo patiuntur?' et tamen constat propter peccatum, quod admiserant, illos a deo primos homines haec audisse atque meruisse nec resistit his uerbis diuini libri, quae posui de labore hominis et de parturitione mulieris, nisi qui prorsus alienus a fide catholica eisdem litteris aduersatur.

XXXIV. 54. Verum quia et tales non desunt, quemadmodum eis hac quaestione proposita respondemus dicentes ante remissionem esse illa supplicia peccatorum, post remissionem autem certamina

2 cf. Phil. 3, 9 3 Ioh. 16, 8—10 7 cf. Rom. 1, 17. Gal. 3, 11
10 Pelagiani 16 Gen. 3, 19. 18 20 Gen. 3, 16

1 a *om.z* 2 idemtidem *Lm1V* 4 et de iustitia *A* et de iudicio *AMbd*
5 credunt *Lm1* crederint (ri *s.l.*) *Am2* 6 nouidebitis *K* *fin.* qu*a *S* 7 uiderunt *z*
10 ita *Lm1SVm1PGm1* 11 accedisset *A* redemtor *LC* 12 quorum *Km1*
13 eos *Lm1SVm1PGKm1* 14 sinit *Gp.c.* 17 terra pariet tibi *zA* 18 peccatorum *om.zATd* hic *om. A* 19 paret *A* 20 dic. est mul. *KCbd* mulieris *A*
21 femineae *Lm1Km2s.l.* 22 et] nec *Lm1SVPG* amiserant *Km1* ammiserant *Lm1C* 25 nisi—litteris *om.z* 27 hanc *S* hęc *C* 28 certamini *Km1*

exercitationesque iustorum, ita et illis, quos de morte corporis similiter mouet, respondere debemus, ut eam et peccato accidisse fateamur et post peccatorum remissionem, ut magnus timor eius a proficientibus superetur, ad certamen nobis relictam esse non dedignemur. si enim parua uirtus esset fidei, quae per dilectionem operatur, mortis metum uincere non esset tanta martyrum gloria nec dominus diceret: maiorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis. quod in epistola sua Iohannes ita dicit: sicut ille animam suam pro nobis posuit, sic et nos debemus animam pro fratribus ponere. nequaquam igitur in morte pro iustitia subeunda uel contemnenda laudaretur praecipua patientia, si mortis non esset magna multumque dura molestia. cuius timorem qui uincit ex fide, magnam ipsius fidei comparat gloriam iustamque mercedem. unde mirandum non est et mortem corporis non fuisse euenturam homini, nisi praecessisset peccatum, cuius etiam talis poena consequeretur, et post remissionem peccatorum eam fidelibus euenire, ut in eius timore uincendo exerceatur fortitudo iustitiae.

55. Caro enim, quae primo facta est, non erat caro peccati, in qua noluit homo inter delicias paradisi seruare iustitiam. unde statuit deus, ut post eius peccatum propagata caro peccati ad recipiendam iustitiam laboribus et molestiis niteretur. propter hoc etiam de paradiso dimissus Adam contra Edem habitauit, id est contra sedem deliciarum, ut significaret quod in laboribus, qui sunt deliciis contrarii, erudienda esset caro peccati, quae in deliciis oboedientiam non

5 cf. Gal. 5, 6 7 Ioh. 15, 13 9 I Ioh. 3, 16 10 cf. Eugippii Exc. CSEL IX 1072—1075 23 cf. Gen. 3, 23

2 peccata *Km1b* de peccato *T* accedisse *V* 3 a] ac *T* 4 denegemus *Gm2* 5 erat *V* operatur mortis: metum *sqq.b* 6 esset] posse *Lm1SVPGm1* posset *Gm2* dicere *Km1* 7 maiore *S* maiora *Vm1* caritate *LSG* 8 ponat quis (quis *s.l.m3*) *G* 9 ille pro nobis an. suam posuit *PM* sicut *Lm1* 10 animas *bd* *a uoc.* nequaquam *inc.Eug.* 11 mortē *P* subeunde *Lm1* 13 timor est *P* uicit *Lm1* 15 uenturam *LSVPM* praecepisset *Lm1Sm1* 16 et]ut *VA* 17 peccatore *Km1* eam] etiam *T* cum fidelious *K* exercetur *Lm1SVm1G* exerceretur *Pd* 18 iustiae *V* 19 in—caro peccati *om.z* 22 iustitia *V* laboris *Lm1SVPG* modestiis *V* eniteretur *d* 23 eiectus *KCb* demissus *A* eden *LP* eden *SVGKbd* aedē *MA* habitabit *Lm1* id est qui *S* 24 contrari *Km1* 25 peccato *Vm1* quae—peccati *in mg.Lm2A* delicis *Vm1* dilicis *A*

seruauit, antequam esset caro peccati. sicut ergo illi primi homines postea iuste uiuendo—unde merito creduntur per domini sanguinem ab extremo supplicio liberati—non tamen in illa uita meruerunt ad paradisum reuocari, sic et caro peccati, etiamsi remissis peccatis homo in ea iuste uixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati.

56. Tale aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Dauid in libro Regnorum, ad quem propheta cum missus esset eique propter peccatum, quod admiserat, euentura mala ex iracundia dei comminaretur, confessione peccati ueniam meruit respondente propheta, quod illud ei flagitium facinusque remissum sit; et tamen consecuta sunt quae deus fuerat comminatus, ut sic humiliaretur a filio. quare et hic non dicitur: 'si deus propter peccatum illud fuerat comminatus, cur dimisso peccato quod erat minatus impleuit?' nisi quia rectissime, si dictum fuerit, respondebitur remissionem illam peccati factam, ne homo a percipienda uita impediretur aeterna, subsecutum uero illius comminationis effectum, ut pietas hominis in illa humilitate exerceretur atque probaretur? sic et mortem corporis et propter peccatum deus homini inflixit et post peccatorum remissionem propter exercendam iustitiam non ademit.

XXXV. 57. Teneamus ergo indeclinabilem fidei confessionem. solus unus est qui sine peccato natus est in similitudine carnis peccati, sine peccato uixit inter aliena peccata, sine peccato mortuus est propter nostra peccata. non declinemus in dexteram aut sinistram; in dexteram enim declinare est se ipsum decipere dicendo se esse sine peccato, in sinistram autem per nescio quam peruersam et prauam

10 cf. II Regn. 12, 13 24 cf. Prou. 4, 27

1 seruabit *A* 3 liberari *AM* in *om. Eug.* 4 ad] id *A* paradysum *VG* etiamsi (si *in mg.*) *P* 5 iuste *Kp.c.* meremur *EugippiiV* 7 no*bis peccatum insinuatū (t *ex* nd) *Lm2* 8 cōmissus (*om.* cum) *A* 9 amiserat *Km1* ammiserat *C* commiserat *b* 11 illud *om. zd* sit] est *K Eugippii V* 12 ut—comminatus *om. V* ut—filio *om. T* humiliatur *Km1* 13 non *om. A* 14 quur *LSV* qur *G* demisso *Gm1* *fin.* qui *Km1* 15 sic *Lm1SV*, *om. AEug.V* 16 subsequutum *S* subsecutā *A* 17 effectā *A* exemplum *Eug.* impietas *A* 18 prouaretur *SV* et *alt. om. Ab* 21 fidei indeclinabilem confessionem *Eug.* 23 uixit in carne inter aliena peccata *Eug.* peccato] peccata *V* 24 dextram *LSm1PGMd* dexatram *V* aut] *add.* in *LSVGbd* 25 dextra *SVG* dextram *LPM* dextera *C* 26 in sinistra *SV PGCEug.V* et] atque *KCb*

securitatem se tamquam inpune dare peccatis. uias enim, quae a dextris sunt, nouit dominus, qui solus sine peccato est et nostra potest delere peccata; peruersae autem sunt, quae a sinistris, amicitiae cum peccatis. tales etiam illi uiginti annorum adulescentuli figuram noui populi praemiserunt, qui in terram promissionis intrarunt, qui nec in dextram nec in sinistram dicti sunt declinasse. non enim et uiginti annorum aetas conparanda est innocentiae paruulorum, sed, ni fallor, hic numerus mysticum aliquid adumbrat et resonat. uetus enim testamentum in quinque Moysi libris excellit, nouum autem quattuor euangeliorum auctoritate praefulget. qui numeri per se multiplicati ad uicenarium perueniunt; quater enim quini uel quinquiens quaterni uiginti sunt. talis populus, ut praedixi, eruditus in regno caelorum per duo testamenta, uetus et nouum, non declinans in dextram superba praesumptione iustitiae neque in sinistram secura dilectione peccati in terram illius promissionis intrabit, ubi iam peccata ulterius nec nobis donanda optemus nec in nobis punienda timeamus ab illo redemptore liberati, qui non uenundatus sub peccato redemit Israhel ab omnibus iniquitatibus eius siue propria cuiusquam uita commissis siue originaliter tractis.

XXXVI 58. Non enim parum scripturarum diuinarum auctoritati ueritatique cesserunt, qui, etsi noluerunt litteris suis aperte exprimere paruulis remissionem necessariam peccatorum, redemptionem tamen eis opus esse confessi sunt. alio quippe uerbo, etiam

1 Prou. 4, 27 4 cf. Num. 14, 29 sqq. 6 cf. Ios. 23, 6 17 cf. Rom. 7, 14

1 securitate *A* tamquam *m3 s.exp.* nāq: *V* inpone *Lm1Sm1Vm1Gm1* 2 ad *K* qui∗solus *Lm2* 3 peruersa *Vm1* 4 sinistris] *add.* sunt *b* 5 adolescentuli *Pm1Gm2r* 6 dexteram *Gm1ACdEug.* 7 enim et] enim e *Lm1SVm1Gm1* enim hec *Lm2Vm2* enim *PGm2d* enim ea *b* 8 uisi *Lm1PGm2A* numerum *Lm1* misticum *zA* 10 quatuor *VCM* euangeliorum (*in mg.* ał euangelistarum) *b* 11 uicenarium *AMbEug.* uicena *K* uicenum *cet.* peruenerunt *z* 12 quinquies *Vm2Gm2r Eug.* 13 in regno eruditus *P* 14 in] ad *A* dexteram *Gm1KCbd* 15 delectatione *Pbd* in terra *V* inter *M* illius *om. zCTd* promissiones *M* 16 intrant *z* intrauit *AMEug.V* ibi *Gm1* optamus *Eug.* 17 teneamus *A* timemus *Eug.* redemtore *L* uenumdatus *AM* 18 peccatore *A* redimit *LSVG* demittit *A* 20 scripturarum *om. z* paginarum *Td, b in mg.* *post* diuin. *add. m2s.l.* litterarū *L* 21 c̄senser̄ *s.* cesser̄ *m3G* noluerint *AM* 22 paruulis suis *K* redemtione *LEug.* 23 eis *s.l.m2V* necesse esse (*in mg.* ał opus) *b*

ipso de christiana eruditione deprompto, nihil aliud omnino dixerunt. nec dubitandum est eis qui diuina scripta fideliter legunt, fideliter audiunt, fideliter tenent, quod ab illa carne, quae prius uoluntate peccati facta est caro peccati, deinceps per successionem transeunte in omnes transcriptione iniquitatis et mortis caro sit propagata peccati excepta una similitudine carnis peccati, quae tamen non esset, nisi esset caro peccati.

59. De anima uero, utrum et ipsa eodem modo propagata reatu, qui ei dimittatur, obstricta sit—neque enim possumus dicere solam carnem paruuli, non etiam animam indigere saluatoris et redemptoris auxilio alienamque ab ea esse gratiarum actione, quae in Psalmis est, ubi legimus et dicimus: benedic, anima mea, dominum et noli obliuisci omnes retributiones eius, qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de corruptione uitam tuam —, an etiam non propagata eo ipso, quo carni peccati aggrauanda miscetur, iam ipsius peccati remissione et sua redemptione opus habeat, deo per summam praescientiam iudicante, qui paruulorum ab isto reatu non mereantur absolui, etiam qui nondum nati nihil alicubi propria sua uita egerunt uel boni uel mali, et quomodo deus, etiamsi non de tra-duce animas creat, non sit tamen auctor reatus eiusdem, propter quem redemptio sacramenti necessaria est animae paruuli, magna quaestio est aliamque disputationem desiderat, eo tamen, quantum

12 Ps. 102, 2—4 19 cf. Rom. 9, 11

1 ipsi *Vm2* cĥristianae *K* deprom∗tto(i *eras.*) *L* depromto *SVGC* 2 dibitandum *V* esse *zb* his *zMTbd* diuinā scripturā *VA* diuina scriptura *M* diuinas scripturas *b* 3 illo *SVm1Pm1G* uoluptate *z,b* (*in mg.* ai uoluntate) 5 transscriptione∗*K* transscriptiones *A* proscriptione *zbd* iniquitatis (*in mg.* ał peccati) *b* 6 excepto *KC* 7 et caro *Lm2d* 8 eodem modo et ipsa *KC* 9 carnem solam *A* 10 paruoli *Lm1* redemptris (ris *in ras. m2; in mg. m2* ł redētoris) *V* redemtoris *LEug.* 11 esse ab ea *zAT* actionē *Km1C* 12 dnō *V* 13 retributionis *Gm1* 14 fit] fuit *b* langores *L Eug.* 15 redemit *VPGm1Km1Ab* redimat *Eug.* 16 quod *Eug.* 17 redemtione (*p s.* m *m1*)*L* 18 p̄sc̣n̄ţiā̄ (scientiā *s.m2*)*K* praesentiā *A* paruoli *Lm1* paruuli *SVPGd* 19 nihil *in ras. m2V* 20 ∗egerunt *L* peregerunt *Cb* traduci *Vm1* 21 reatus auctor *KC* actor *Lm1* reatur *Vm1* 22 redemtio (p *s.* m)*L* arūnę *Lm1* arum ę *S* anmę *V* ęrumnę *P* harum. e (h *s. l.*) *G* et animae *d* paruoli *Lm1* paruulis *K* 23 est *om. K*

arbitror, moderamine temperatam, ut magis inquisitio cauta laudetur quam praecipitata reprehendatur assertio. ubi enim de re obscurissima disputatur non adiuuantibus diuinarum auctoritatum certis clarisque documentis, cohibere se debet humana praesumptio nihil faciens in partem alteram declinando. etsi enim quodlibet horum, quemadmodum demonstrari et explicari possit, ignorem, illud tamen credo, quod etiam hinc diuinorum eloquiorum clarissima auctoritas esset, si homo id sine dispendio promissae salutis ignorare non posset. habes elaboratum — utinam tam commodum quam prolixum! — pro meis uiribus opus, cuius prolixitatem fortasse defenderem, nisi id uererer facere defendendo prolixius.

LIBER TERTIVS.

Carissimo filio Marcellino Augustinus episcopus, seruus Christi seruorumque Christi, in domino salutem.

I. 1. De quaestionibus, quas mihi proposueras ut ad te aliquid scriberem aduersus eos qui dicunt Adam, etiamsi non peccasset, fuisse moriturum nec ex eius peccato quicquam ad eius posteros propagando transisse maxime propter baptismum paruulorum, quem more piissimo atque materno uniuersa frequentat ecclesia, et quod in hac uita sint, fuerint futurique sint filii hominum nullum habentes omnino peccatum, iam duos prolixos absolueram libros. quibus

1 temperatū *Pm1* temperata *V* 2 quā (ā *s. ras.*) *Lm2* assertia *Vm1* 3 auctoritatu *C* scripturarum *zd,b in mg.* 4 debat *Km1* praesumtio *V* 7 hunc *Gm1* hic *C* 8 id] illud *b* possit *K* 9 habere laboratum (elab. *V*) *Lm1SVm1PG* habet se laboratū *Km1* plixum *V* 10 uiribus meis *K* illud *b* 11 prolixus *Vm1Gm1* prolixitate *M* Explicit liber secundus sci augustini episcopi ad marcellinum. Incip̄ tertius *LSG* Explicit lib̄ II Incipit liber tercius (*litt. unc.*) *V* Finit liber secundus de perfectione iustitiae. Incip̄ epystola de causa baptismi paruulorum *K* Explicit lib̄ seds sci augustini de bapt̄ paruulorum. Incipit liber tertius eiusdem *A* Explicit lib̄ II sc̄i agustini epi ad marcellinū. Incipit liber tertius (*litt. mai.*) *P* Finit lib̄ ·II· Incip̄ lib̄ III *M* Per Leo ·I· Per Finum. liber ·II· Incipit epistola de causa baptismi paruulorum (*litt. unc.*) *C*

13 karissimo *V* agustinus *VP* 16 discriberem *A* 17 ne *Km1* peccato (o *ex* ū) *V* qquā *Gm1* quidquam *Md* 18 transisset *A* baptismos *Lm1SGm1* baptismū (ū *in ras.*) *V* 19 frequentet *Lm1SPG* frequentat (tat *in ras.*) *V* quid *b* 20 *pr.* sint *om. z; cf. pag. 71, 16* futuri quae *S* nullū *s.l.m2G* 21 lib*ros *K*

mihi uisus sum non quidem omnibus omnium occurrisse in hac causa motibus animorum, quod uel a me uel a quoquam utrum fieri possit ignoro, immo fieri non posse non dubito, sed tamen egisse aliquid, quo de his rebus a maioribus traditae fidei defensores contra nouitates eorum qui aliter sentiunt non inermes usquequaque consisterent. uerum post paucissimos dies legi Pelagii quaedam scripta, sancti uiri, ut audio, et non paruo prouectu Christiani, quae in Pauli apostoli epistolas expositiones breuissimas continerent, atque ibi conperi, cum ad illum uenisset locum, ubi dicit apostolus per unum hominem peccatum intrasse in mundum et per peccatum mortem atque ita in omnes homines pertransisse, quandam eorum argumentationem qui negant paruulos peccatum originale gestare, quam, fateor, in illis tam longis uoluminibus meis non refelli, quia in mentem mihi omnino non uenerat quemquam posse talia cogitare uel dicere. quapropter quoniam illi operi, quod iam certo fine concluseram, nihil addere uolui, et ipsam eisdem uerbis quibus eam legi et quid mihi contra uideatur huic epistolae inserendum putaui.

II. 2. Sic ergo illa argumentatio posita est: *hi autem*, inquit, *qui contra traducem peccati sunt, ita illam impugnare nituntur: si Adae, inquiunt, peccatum etiam non peccantibus nocuit, ergo et Christi iustitia etiam non credentibus prodest, quia similiter, immo et magis dicit per unum saluari, quam per unum ante perierunt.* huic ergo, ut dixi, argumento in illis duobus libris, quos ad te scripsi, nihil respondi neque

9 cf. Rom. 5, 12 18 Pelagius cf. De peccato originali 21, 24 (CSEL XLII 183, 13). Operis imperf. I 56 (XLV 1078 M). Hieron. opera XXX 695. 696 M. Mercatoris Comm. super nom. Cael. (XLVIII 86 M). Zimmer, Pelagius in Irland p. 296. Souter, The Commentary of Pelagius (Proceedings of the British Academy II) p. 3 sqq.

1 hominibus *Pm1* 2 quod *s.l.m2L,om. SVm1G* *pr.* uel *om. P* 4 quod *z ACM* tradita *z* 5 qui aliter (i *pr. s.l.*)*Lm1 Vm1Km2* qualiter *SGA* consisteret *Km1* 6 paucos *A* ułagii *Lm1* pelagi *SVm1* 7 uiri ut audio sancti *bd* parui *Km2* pro paruo *M* profectu (u *s.* f *m1*)*L,A* prouectum *C* prouectus *K* in *eras. V* 8 apostoli *om. A* epistolā *LC* epistola *SPM* aepystolas *K,om. V* preuissimas *Km1* 11 quadam *Km1* 12 gestare *om. S* quam *om. V* 13 non refelli] n̄ respondiq: *V* qua *Sm1* quia *in mg. m2 V* 14 uenerat] nouerant *S* posset alia *Gm1CM* possit alia *Km1* 15 quap̄ter *Km1* quō illic opem *Km1* quo *Lm1SG* certe *Vm1* 16 uolui∗*G* eidem *Km1M* quibus *s.l.m3V, om.M* mihi (hi *s.l.m2*) *L* 18 hii *SA* hi∗*G* 19 qui *om. A* peccati∗*V* illa *M* aede *S* a∗dae *VG* 20 inquit *V* 22 perier̄ (er *s.l.m1*) *G* et (u s. e) *V* dixi∗*V*

id mihi prorsus redarguendum proposui. nunc ergo prius illud adtende quemadmodum, cum dicunt: *si Adae peccatum etiam non peccantibus nocet, ergo et Christi iustitia etiam non credentibus prodest*, absurdissimum utique et falsissimum iudicant, ut Christi iustitia etiam non credentibus prosit. unde putant confici nec primi hominis peccatum paruulis non peccantibus nocere potuisse, sicut Christi iustitia prodesse ullis non credentibus non potest. dicant itaque, iustitia Christi quid baptizatis paruulis prosit, dicant omnino quod uolunt. profecto enim, si se Christianos esse meminerunt, aliquid prodesse non ambigunt. quodlibet igitur prosit, prodesse, sicut etiam ipsi adserunt, non credentibus non potest. unde coguntur paruulos baptizatos in credentium numero deputare et auctoritati sanctae ubique ecclesiae consentire, quae fidelium eos nomine non censet indignos, quibus iustitia Christi etiam secundum istos prodesse non nisi credentibus posset. sicut ergo eorum per quos renascuntur iustitiae spiritus responsione sua traicit in eos fidem, quam uoluntate propria nondum habere potuerunt, sic eorum per quos nascuntur caro peccati traicit in eos noxam, quam nondum uita propria contraxerunt. et sicut eos uitae spiritus in Christo regenerat fideles, sic eos corpus mortis in Adam generauerat peccatores; illa enim carnalis generatio est, haec spiritalis; illa facit filios carnis, haec spiritus; illa filios mortis, haec filios resurrectionis; illa filios saeculi, haec filios dei; illa filios irae, haec filios misericordiae; ac per hoc illa peccato originali obligatos, ista omnis peccati uinculo liberatos.

3. Postremo ad id quod intellectu perspicacissimo adsequi non ualemus, auctoritate diuina consentire cogamur. bene, quod ipsi nos

2 Pelagius

1 proposui*V* 2 cum]ẹu *V* non *ex* nunc *Lm2Vm1* nunc *S* 3 ergo *om.bd* 4 absordissimum *Lm1* absurdissimum—prosit *om.A* utique *ex* atque *P* 6 paruolis *Lm1passim* potuisse *om.b* sicut] *add.* et *zbd* 7 nullis (n *s.l.m2*) *V* illis *Mb* *fin.* non *om.z* dicant *om.A* 8 Christi iustitia *bd* 9 xp̄ianus *Lm1* meminerint *VM* 10 prodeēē̄ (*bis*)*S* 11 ipsi *s.l.m2G* 12 et *s.l.m1L,om.SVPG* auctoritatis *Km2*, *om.z* 13 fid. nomine eos censet ind. *b* non censet] nocens et *Lm1Vm1PG* non cesset *Km1AC* dignos *A* 14 secundum] scm̄ (d *s.l.m2add.*)*V* 15 possit *K* expositio quęstionis *add.A* *ante* sicut 16 traiecit *KACT* 20 **generauerat *G* generat *b* enim *s.l.m2G* regeneratio *G* 21 carnalis *SVm1* *pr.* haec] *add.* filios *bd* 23 *ac *G* 24 liberatus *A* 25 asequi *Lm1* 26 ualuimus *A* cogimur *Km2*

admonent, iustitiam Christi nisi credentibus prodesse non posse et prodesse aliquid paruulis confitentur. unde, ut diximus, necesse est eos baptizatos in credentium numero sine ulla tergiuersatione constituant. consequenter igitur, si non baptizentur, inter eos qui non credunt erunt ac per hoc nec uitam habebunt, sed ira dei manet super eos, quoniam qui non credit filio, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum, et iudicati sunt, quoniam qui non credit, iam iudicatus est, et condemnabuntur, quoniam qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur. iam nunc uideant isti, qua iustitia temptent uel conentur adserere non ad uitam aeternam, sed ad iram dei pertinere et iudicari diuinitus atque damnari homines, qui sine peccato sunt, si quemadmodum proprium ita nullum in eis est etiam originale peccatum.

4. Iam ceteris, quae Pelagius insinuat eos dicere, qui contra originale peccatum disputant, in illis duobus prolixi mei operis libris satis, quantum arbitror, dilucideque respondi. quod etsi quibusdam uel parum uel obscurum uidebitur, dent ueniam et conponant cum eis, qui fortasse illud non quia parum est, sed quia nimium reprehendunt; et qui ea, quae pro natura quaestionum dilucide dicta existimo, adhuc non intellegunt, non mihi calumnientur pro neglegentia uel pro meae facultatis indigentia, sed deum potius pro accipienda intellegentia deprecentur.

III. 5. Verum tamen nos non neglegenter oportet aduertere istum, sicut eum qui nouerunt loquuntur, bonum ac praedicandum uirum hanc argumentationem contra peccati propaginem non ex propria intulisse persona, sed quid illi dicant qui eam non adprobant

6 Ioh. 3, 36 7 Ioh. 3, 18 9 Marc. 16, 16

1 prode $\overline{ee}$ *S* prod*esse *V* ut *A* 3 numeros *Km2* numerū *A* iīla *S* constituere (ere *in ras.m2*) *V* 5 nec *om.V* non habebunt (non *in ras.s.l.m2*) *V* 6 per eos ẹṭ ịụḍịcạṭị ṣụṇṭ (eos *m2 ex* eu) *K* 11 iusti·a temnent *Km1* 12 ad *s.l.m2K* diuinitus iudicari *bd* diuinatus *Km1* 14 $\overline{eet}$ etiā (etiā *in mg.m2*) *K* 15 Iam—peccatum *om.Vm1*; *in mg.m3 add.* sed eis qui talia 18 componunt *Km1* 20 qui*ea *quę *L* quia aequae (aeque *PG*) *SVm1PG* quia ea quae (quae *om.A*) *KA* pro natura] ponatur a *LSVm1PG* extimo *A* 21 intelligunt (in *s.l.m2*) *G* 22 indientia *Km1* 24 ueruntamen *A* negligenter *Km2* aduertere] adtendere *Pd* 25 iustū (u *pr.s.l.*) *L* locuntur *PK* bonum *om.z* ac] ad *V* 26 propaginem peccati *V* 27 intulisse] posuisse *in ras.m3V* eū *A*

intimasse nec solum hoc quod modo proposui eique respondi, uerum etiam cetera quibus me in illis libris iam respondisse recolui. nam cum dixisset: *si Adae, inquiunt, peccatum etiam non peccantibus nocuit, ergo et Christi iustitia etiam non credentibus prodest* — quod in his quae respondi cernis quam non solum non expugnet quod dicimus, sed etiam nos admoneat quid dicamus —, secutus adiunxit: *deinde aiunt: si baptismus mundat antiquum illud delictum, qui de duobus baptizatis nati fuerint debent hoc carere peccato; non enim potuerunt ad posteros transmittere quod ipsi minime habuerunt. illud quoque accedit*, inquit, *quia, si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantum habet traducem peccati et ipsa sola poenam meretur, iniustum esse dicentes, ut hodie nata anima non ex massa Adae tam antiquum peccatum portet alienum. dicunt etiam*, inquit, *nulla ratione concedi, ut deus qui propria peccata remittit imputet aliena.*

6. Videsne, obsecro, quemadmodum hoc totum Pelagius non ex sua, sed ex aliorum persona indiderit scriptis suis usque adeo sciens hanc nescio quam esse nouitatem, quae contra antiquam et ecclesiae insitam opinionem sonare nunc coeperit, ut eam ipse confiteri aut uerecundatus aut ueritus fuerit. et forte hoc ipse non sentit, quod sine peccato nascatur homo, cui fatetur necessarium esse baptismum, in quo fit remissio peccatorum; quod sine peccato damnetur homo, quem necesse est non baptizatum in non credentibus deputari, quia utique scriptura euangelica fallere non potest, in qua apertissime legitur: qui non crediderit, condemnabitur; postremo quod sine peccato imago dei non admittatur ad regnum dei, quoniam nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu,

3.6 Pelagius 8 cf. Contra Iulianum Pel. VI 7, 18 (XLIV 843 M)
24 Marc. 16, 16 26 Ioh. 3, 5

2 iam] et iam *V* respodisse *Km1* 3 si *m1 ex* sed *L* sed *SVG* adeae *S* ade**G* inquiunt] equi dicunt *V* 4 et *eras.V* eis *K* hiis *A* iis *d* 5 *alt.* non *om.A* expugne*t *L* expugnent *SVPG* 6 admonea*t *L* admoneant *SVPG* ammoneat *K* sequutus *LSVG* 7 baptissimus *Pm2* munda tanti** (*s.l.m1* quũ) *L* munda tanticum *SG* anticũ *Vm1* illũ *A* 8 poteruntK 9 accidit *Lm1SVPGA* 10 quia si] quasi *Lm1SVm1G* 11 esset *V* 12 Adae tam] adętiã *V* adae etąm *K* adac**tã (e *et* t *s.l.m2*) *G* 14 remittat *Vm1PG* 15 hoc totum *om.P* 17 esset *V* 18 et *om.zMT'bd* 19 iaut *G* uerucundatus *G* 20 baptissimum *Pm2* 21 et quod *bd* peccato] baptismo *b* 22 quem] cũ *A* 23 fellere *LS* fallere (a *in ras.*) *V* inaqua *Pm2* 25 posttremo *V* peccato] baptismo *b* āmittatur (d *s.* ā *m2*) *K* ammittatur *C* amittatur *M* committatur *T*

non potest introire in regnum dei, atque ita uel in aeternam mortem sine peccato praecipitetur aut, quod est absurdius, extra regnum dei habeat uitam aeternam, cum dominus praedicens quid suis in fine dicturus sit: uenite, benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mundi, manifestauerit etiam quid sit ipsum regnum quod dicebat ita concludens: sic ibunt illi in ambustionem aeternam, iusti autem in uitam aeternam. haec ergo et alia, quae hunc sequuntur errorem, nimium peruersa et christianae repugnantia ueritati credo quod uir ille tam egregie christianus omnino non sentiat. sed fieri potest, ut etiam istorum argumentis, qui contra peccati traducem sentiunt, adhuc fortasse ita moueatur, ut audire uel nosse quid contra eos dicatur expectet; et ideo quid illi dicant qui contra peccati traducem sentiunt nec tacere uoluit, ut quaestio discutienda insinuaretur, et a persona sua remouit, ne hoc etiam ipse sentire iudicaretur.

IV. 7. Ego autem etsi refellere istorum argumenta non ualeam, uideo tamen inhaerendum esse his quae in scripturis sunt apertissima, ut ex his reuelentur obscura aut, si mens nondum est idonea, quae possit ea uel demonstrata cernere uel abstrusa uestigare, sine ulla haesitatione credantur. quid autem apertius tot tantisque testimoniis diuinorum eloquiorum, quibus dilucidissime apparet nec praeter Christi societatem ad uitam salutemque aeternam posse quemquam hominum peruenire nec diuino iudicio iniuste aliquem posse damnari, hoc est ab illa uita et salute separari? unde fit consequens, ut, quoniam nihil agitur aliud, cum paruuli baptizantur, nisi ut incorporentur ecclesiae, id est Christi corpori membrisque socientur, manifestum sit eos ad damnationem, nisi hoc eis conlatum fuerit, pertinere. non autem damnari possent, si peccatum utique non haberent. hoc

4 Matth. 25, 34 7 Matth. 25, 46 26 cf. Eph. 1, 23

2 aut] uel *zbd* absordius *A* 3 praedicaens *V* qui *AM* 6 sit ipsum] sit etiã ſuum (u *alt. s.l.m2*) *V* 7 ambustionem (co *s.* a *m2*) *V* 8 hunc] istum *zd* secuntur *z* 9 peruersę *Lm1SVPG* repugnantia* *L* repugnantiae *SVm1PG* 12 quid (d *s.l.m. rec.*) *P* 13 eos] nos *V* 15 ne* *L* neç *Km2* 16 refelle *Vm1* 18 hiis *A* iis *d* aut] ut *A* ē** *G* 19 obstrusa *A* inuestigare *zbd* 21 dilicidissime *Km1* lucidissime *A* 22 aeternam (a *fin. ex* u) *V* possit *Vm1* quenquam *Lm2A* 23 iniuste *post* aliquem *praeb. Kb* posse aliquem *KMbd* 24 et] ac *Kb* saparari *G* 25 qṵą̃ (cū *s.m2*) *L* quam *SVG* baptizantur (e *s.*a) *V* 26 xp̄i id est *V* 27 hoc *om. z* 28 possint *Km1*

quia illa aetas nullum in uita propria contrahere potuit, restat intellegere uel, si hoc nondum possumus, saltim credere trahere paruulos originale peccatum.

8. Ac per hoc si ambigui aliquid habent uerba apostolica, quibus dicit: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, possuntque in aliam duci transferrique sententiam, numquid et illud ambiguum est: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum dei? numquid et illud: uocabis nomen eius Iesus; ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum? numquid etiam illud, quia non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus, hoc est quia non est necessarius Iesus eis qui non habent peccatum, sed eis qui saluandi sunt a peccato? numquid etiam illud, quia nisi manducauerint homines carnem eius, hoc est participes facti fuerint corporis eius, non habebunt uitam? his atque huiusmodi aliis, quae nunc praetereo, testimoniis diuina luce clarissimis, diuina auctoritate certissimis nonne ueritas sine ulla ambiguitate proclamat non solum in regnum dei non baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec uitam aeternam posse habere praeter Christi corpus, cui ut incorporentur sacramento baptismatis inbuuntur? nonne ueritas sine ulla dubitatione testatur eos non ob aliud ad Iesum, hoc est ad saluatorem et ad medicum Christum, piis gestantium manibus ferri, nisi ut per medicinam sacramentorum eius possint a peccati peste sanari? quid ergo cunctamur apostoli uerba, de quibus forte dubitabamus, etiam ipsa sic intellegere, ut his congruant testimoniis, de quibus dubitare non possumus?

9. Quamquam toto ipso loco, ubi per unius peccatum multorum condemnationem et per unius iustitiam multorum iustificationem

5 Rom. 5, 12 8 Ioh. 3, 5 9 Matth. 1, 21 11 Matth. 9, 12 14 cf. Ioh. 6, 54 27 cf. Rom. 5, 18

1 nulla (ū *s.* a *m2*) *L* nulla *SVPGd* restet *V* 2 saltem *CMbd* 4 hac *LSV* 6 edita *exp. et in mg.add.* et ita *Km2* 7 in] et (*in mg. m2* ł ad) *V* et *om.z* 9 intrare *zd* 10 ihm̄ *Kbd* hiesum *M* 11 etiam] *add.* et *LSPG* 13 Iesus *om.z* 14 sint *GmI* etiam *bis K* 17 *pr.* diuinę *P* 19 paru. non bapt. *KC* 20 praeter] propter *Lm1SVP* 22 eos *om.z* 24 peste *m2 ex* perte *V* *uoce* quid *noui capituli init. sumit b* 25 forte] uerba *V* dubitamus *Gm1ACM* deputamus *V* 27 quānquā (n *s.l.m2*) *L*

apostolus loquitur, nihil mihi uideatur ambigui, nisi quod ait 'Adam formam futuri'. hoc enim reuera non solum huic sententiae conuenit, qua intellegitur futuros eius posteros ex eadem forma cum peccato esse generatos, sed etiam in alios et alios intellectus possunt haec uerba deduci. nam et nos aliud inde aliquando diximus et aliud fortasse dicemus, quod tamen huic intellectui non sit aduersum, et ipse Pelagius non uno modo id exposuit. cetera uero quae ibi dicuntur, si diligenter aduertantur atque tractentur, sicut in primo duorum illorum libro utcumque conatus sum, etiamsi subobscurum pariunt rerum ipsarum necessitate sermonem, non tamen poterunt alium sensum habere, nisi per quem factum est, ut antiquitus uniuersa ecclesia retineret fideles paruulos originalis peccati remissionem per Christi baptismum consecutos.

V. 10. Vnde non inmerito beatus Cyprianus satis ostendit, quam hoc ab initio creditum et intellectum seruet ecclesia. qui cum paruulos a materno utero recentissimos iam idoneos ad percipiendum Christi baptismum adsereret, quoniam consultus fuerat, utrum hoc ante octauum diem fieri deberet, quantum potuit, conatus est eos demonstrare perfectos, ne quis ipso numero dierum, quo octauo antea circumcidebantur infantes, eos adhuc perficiendos existimaret. sed cum magnum eis defensionis patrocinium praestitisset, ab originali tamen peccato eos inmunes non esse confessus est, quia, si hoc negaret, ipsius baptismi causam, propter quem percipiendum eos defendebat, auferret. potes ipsam epistolam memorati martyris

1 cf. Rom. 5, 14 5 cf. Epist. 157 (CSEL XXXXIV 469). pag. 14, 13. De nuptiis et conc. II 46 (CSEL XLII 300). Contra Iulianum VI 9 (XLIV 826 M) 7 cf. Hieron. opera XXX 694 M 14 cf. Cypriani epist. 64 ad Fidum (CSEL III pars I 362).

1 uidetur *Lm1SVGA* 3 qu*a *L* quia *SVPG* ex] et *b* 5 diu duci *K* diduci *C* 9 quodcunque *A* 10 suboscurum *Lm1* ipsorum *S* 12 tenet *m2s. exp.*pertineret *K*, *b* fidelis *Km1* 13 peccati (cati *in ras. m2*) *V* 14 cipri-anus *KA* 15 hoc *in mg.P* ob *S* 16 ideneos *Lm1* id non eos *M* a *Gm1* 17 asseret *Lm1SG*, (i *s. fin.* e *m2*) *V* consul*tus *K* 19 ne qui si pro numero *Lm1SPG* nequi* pro num. *V* ne quis quasi numero *bd* quia (a *s.l.m1*) *L*,*bd* qui *SVG* 20 circuncidebantur *A* ęstimare *A* existimarent *M* 22 non immunes *b* confisus (i *ex* u *corr.*) *V* quasi *SV* 23 quā *P* 24 auferre *Km1* postes (*pr.* s *paene eras.*) *P* epistulam *LS*

De baptizandis paruulis legere, si uolueris; neque enim potest deesse Karthagini. uerum in hanc etiam nostram, quantum praesenti quaestioni satis uisum est, pauca inde transferenda arbitratus sum, quae prudenter adtende: quantum uero, inquit, ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum uel tertium diem quo nati sunt constitutos baptizari non oportere et considerandam esse legem circumcisionis antiquae, ut intra octauum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro uisum est. in hoc enim, quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit; sed uniuersi potius iudicauimus nulli hominum nato misericordiam dei et gratiam denegandam. nam cum dominus in euangelio suo dicat: 'filius hominis non uenit animas hominum perdere, sed saluare', quantum in nobis est, si fieri potuerit, nulla anima perdenda est. aduertisne quid dicat, quemadmodum sentiat non tantum carni, sed animae quoque infantis exitiabile esse atque mortiferum sine illo salutari sacramento exire de hac uita? unde, si iam nihil aliud diceret, intellegere nostrum fuit sine peccato animam perire non posse. sed uide paulo post defendens innocentiam paruulorum quid tamen de illis apertissime fateatur: ceterum si homines, inquit, impedire aliquid ad consecutionem gratiae posset, magis adultos et prouectos et maiores natu possent impedire peccata grauiora. porro autem si etiam grauissimis delictoribus et in deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa pecca-

4 cf. CSEL III pars II 718, 1—11 14 Luc. 9, 56 22 cf. CSEL III p. II 720, 14 sqq.

2 kartagini *LVPG* cartagini *KM* carthagine *A* carthagini *Cb* hac etiam nra *z* hunc nrm *M* 5 tercium *L* 6 quam *Cypr.* sint *Cypr.* 7 et sic *A*, *om. M* considerando *Lm2* esse *exp. L* antiq: *LSP* 8 ut *om. z* 10 nostro] suo *V* nostro (*in mg.* ał sancto) *b* tu *om. M* 11 consentit *M* 13 gratiā di negandam (negandum *S*) *LS* gratiā dī ēē (esse *om. VG*) negandā *VPG* 14 suo *om. b* 15 poterit *KM* potest *Cypr.* 16 quod *SV* 17 carni* *L* carnis *SVPGACM* 18 ullo *zAM; sed cf. 137,21* 19 dicere *A* 20 animę *A* uide] inde *b* 22 impedire (im *s.l.m2*) *G* aliquod *K* ad *s.l.m2S* 23 possit *G* possent *M* profectos *V* 26 remissa (*in mg.* ł a remiss *parte folii resc.*) *V* remissio *C*

torum datur et a baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquae prima natiuitate contraxit! qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata.

11. Vides quanta fiducia ex antiqua et indubitata fidei regula uir tantus ista loquatur. qui haec documenta certissima ideo protulit, ut illud quod erat incertum, unde consuluerat ille cui rescribit et unde concilii decretum constitutum esse commemorat, ut scilicet etiam ante octauum diem, ex quo die natus esset infans, eum, si afferretur, baptizare nemo dubitaret, per haec firmamenta probaretur. neque enim hoc tunc quasi nouum aut quasi aliqua cuiusquam contradictione pulsatum concilio statuebatur seu firmabatur, quod obstricti originali peccato tenerentur infantes, sed cum illic illa consultatio uersaretur et disceptaretur, propter legem carnalis circumcisionis utrum eos et ante octauum diem baptizari oporteret, ideo ei qui hoc negabat nemo consensit, quia iam non consulendum nec disceptandum, sed firmum certumque habebatur animam saluti aeternae perituram, si hanc uitam sine illius sacramenti consecutione finiret, quamuis ab utero recentissimi paruuli solo reatu essent peccati originalis obstricti; quare illis etsi multo facilior, quod alienorum, sed tamen esset necessaria remissio peccatorum. his certis illa incerta de octauo die quaestio dissoluta est atque in concilio iudicatum homini nato, ne in

1 datur *om. z* dantur *A* a *om.zd* prohibere uocatur *corr. m2 in* prohibetur nec uocatur *K* prohibere uocatur *b* 3 pecc.] peccatum *P* 4 antiq: *LSP* 5 ad remissa peccatorum accipienda *SVPGKm1ACM* 6 in hoc ipso *codd. b* 7 peccata *s.l.m2S* 9 iste (*in ras. m2*)*K,ACMb* quią *L* quia *SVGKCMb* 10 consulerit *S* cońsulerat *Vm1G* describit (*sic*) *V* 11 c̄ciliis *A* consentitum esse *z* 12 octauom *Vm1* offerretur *A* 13 dubitaret *m1ex* baptizaret *S* 15 conciliū *A* 16 illa] alia *zd* 17 co̤uersaretur *Sm2* circuncisionis *A* 18 baptizare *zATd* ei *om. P* 19 nagabat *Gm1* negat *K* consèntit *Km1A* 20 habeatur *Kb* saluti∗*L* salutis *VPGM* 21 ullius *VA* consequutione *Lm1* ẹt quāuis *L* Et quāuis *SVPM* 22 paruulis oloreatu *Km1* 23 quare] quia et *ex corr. Km2* qui *A* quae *CKm1T* facilior] *add.* quam *A* sed tamen etiam nec. (*om.* esset) *b* 25 desoluta *A* iudicatur *V*

aeternum pereat, omni die licere succurrere, cum etiam de ipsa carnali circumcisione ratio redderetur, quod umbra esset futuri, non quo intellegeremus etiam baptismum octauo ex quo natus est homo die dari oportere, sed nos in Christi resurrectione spiritaliter circumcidi, qui tertio quidem post diem passionis, in diebus tamen ebdomadum, quibus tempora prouoluuntur, octauo, hoc est post sabbatum primo die, a mortuis resurrexit.

VI. 12. Et nunc nescio cuius nouae disputationis audacia quidam nobis facere conantur incertum, quod maiores nostri ad dissoluenda quaedam, quae nonnullis uidebantur incerta, tamquam certissimum proferebant. quando enim primitus hoc disputari coeperit nescio; illud tamen scio quod etiam sanctus Hieronymus, qui hodieque in litteris ecclesiasticis tam excellentis doctrinae fama ac labore uersatur, ad quasdam soluendas in suis libris quaestiones etiam hoc certissimum adhibet sine ulla disceptatione documentum. nam in eo quod in Ionam prophetam scripsit, cum ad eum uenisset locum, ubi commemorantur etiam paruuli ieiunio castigati: maior, inquit, aetas incipit, usque ad minorem peruenit. nullus enim absque peccato nec si unius quidem diei fuerit uita eius et numerabiles anni uitae illius. si enim stellae non sunt mundae in conspectu dei, quanto magis uermis et putredo et hi qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxii! hunc doctissimum uirum si facile interrogare possemus, quam multos utriusque linguae diuinarum scripturarum tractatores et christianarum

18 cf. Hier. Comm. in Ionam proph. c. III (XXV 1195 M) 19 cf. Iob 14, 4. 5 21 cf. Iob 25, 5. 6

1 licere] debere *zd*, *b in mg.* subcurrere *V* succedere *M* succurri *d cum deterioribus codd.* 2 non quo* *L* non quod *VPGb* non qua *Km1ACM* 3 octauū *A* 4 dare *A* in xpo resurrectionem *V* 5 tamen *om.z* ebdomadarum *zKm2T* 6 et tempora *M* pos *V* 8 noua *Lm1SPG* noua *ex* nona *V* 10 uidebebantur *Lm1* 11 hic *in mg. m1P* 12 tamen *s.l.m2K* etiam *om. b* hieronimus *LSPKAC* hyeronymus *M* 13 hodieq: inter litteris ecclesiasticis *L* hodieq: inter litteris ecclesiasticis *SVm1Pm1G* hodieque (quae *V*) inter litteras ecclesiasticas *Vm2Pm2* 14 fama *in mg.m2 A* elabore (*om.* ac) *C* 15 quaestionis *A* disputatione (cep *s.* pu)*A* 18 inc.] *add.* et *Mbd* 20 quidem] inquid (in *m2 in mg.*, d *s.l.*) *V* die *Vm1* innumerabiles *Ab* 21 mundae n̄ s̄ *zbd* munda *Lm1SVm1* 22 hii *VAM* 23 offundentis *Vm1* 24 possimus *K* 25 christianorum *A*

disputationum scriptores commemoraret, qui non aliud, ex quo Christi ecclesia est constituta, senserunt, non aliud a maioribus acceperunt, non aliud posteris tradiderunt! ego quidem quamuis longe pauciora legerim, non memini me aliud audisse a Christianis, qui utrumque accipiunt testamentum, non solum in catholica ecclesia, uerum etiam in qualibet heresi uel schismate constitutis, non memini me aliud legisse apud eos, quos de his rebus aliquid scribentes legere potui qui scriptura. canonicas sequerentur uel sequi se crederent crediue uoluissent. unde nobis hoc negotium repente emerserit nescio. nam ante paruum tempus a quibusdam transitorie conloquentibus cursim mihi aures perstrictae sunt, cum illic apud Carthaginem essemus, 'non ideo paruulos baptizari, ut remissionem accipiant peccatorum, sed ut sanctificentur in Christo.' qua nouitate permotus et quia oportunum non fuit, ut contra aliquid dicerem, et non tales homines erant, de quorum essem auctoritate sollicitus, facile hoc in transactis atque abolitis habui. et ecce iam studio flammante defenditur, ecce scribendo etiam memoriae commendatur, ecce res in hoc discrimen adducitur, ut hinc etiam a fratribus consulamur, ecce contra disputare atque scribere cogimur!

VII. 13. Ante paucos annos Romae quidam extitit Iouinianus, qui sanctimonialibus etiam aetate iam prouectioribus nuptias persuasisse dicatur non inliciendo, quo earum aliquam ducere uellet uxorem, sed disputando uirgines sanctimonio dicatas nihil amplius fidelibus coniugatis apud deum habere meritorum. numquam tamen hoc ei commentum uenit in mentem, ut asserere conaretur sine originali peccato nasci hominum filios. et utique si hoc astrueret, multo

10 cf. De gestis Pelagii 22, 46 (CSEL XLII 100, 17) 12 Pelagius (?)

1 disputatione *A* disputatio *C* 2 alio *Vm1* a *s.l.m2K* 4 memini me] me minime *SPGCM* audiuisse *d* a *om. K* 5 utrunque *A* 6 haeresi *GC* scismate *LPGA* scismatę *SK* constitutos *KAC* constituti* *V* me minime *SPM* 8 potuit *V* 9 credił *A* negotio *V* 10 paruuli *V* transitoriae *SGKM* 11 cartaginem *zKA* carthagine *M* 12 ụideo *K* *post* ideo *eras.* apud *L* 13 qua *in mg. K* 16 oblitis *K* et *om. K* ecce iam] eccłam *Vm1* *post* ecce *add.* contra ecclesiam *bd* 18 discriminis *zTbd* discrimen *A* a *om. LSVPMT* consulamus *Lm2Vm2* 20 existit *Km1* iuuinianus *Lm1* 22 dicitur *CMd* 23 urginibus sanctimonio dicatis *A* 24 fidebus *Km1* coniugatis *in mg. m2L* meritorem *Lm1* 25 ei hoc *bd* commenta *Vm1*

procliuius uellent feminae nubere fetus mundissimos pariturae. huius sane scripta — nam et scribere ausus est — cum fratres ad Hieronymum refellenda misissent, non solum in eis nihil tale comperit, uerum etiam ad quaedam eius uana refutanda hoc tamquam certissimum de hominis originali peccato, unde utique nec ipsum dubitare credebat, inter multa sua documenta deprompsit. id agentis haec uerba sunt: 'qui dicit se', inquit, 'in Christo manere, debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare'. eligat aduersarius e duobus quod uult; optionem ei damus. manet in Christo an non manet? si manet, ita ergo ambulet ut Christus. si autem temerarium est similitudinem uirtutum domini polliceri, non manet in Christo, quia non ingreditur ut Christus. ille peccatum non fecit neque inuentus est dolus in ore eius; qui cum malediceretur, non remaledixit et tamquam agnus coram tondente sic non aperuit os suum; ad quem uenit princeps mundi istius et inuenit in eo nihil; qui cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit deus. nos autem iuxta epistolam Iacobi 'multa peccamus omnes' et 'nemo mundus a peccatis, nec si unius quidem dici fuerit uita eius'. 'quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum se esse a peccatis?' tenemurque rei in similitudine praeuaricationis Adam. unde et Dauid: 'ecce', inquit, 'in iniquitatibus conceptus sum et in delictis concepit me mater mea.'

2 cf. Hieron. adu. Iouinianum II (XXIII 296 M) 7 I Ioh. 2, 6 13 cf. Esai. 53, 9. 7. I Petr. 2, 22. 23 16 cf. Ioh. 14, 30 17 cf. II Cor. 5, 21 18 Iac. 3, 2 19 Iob 14, 4. 5 20 Prou. 20, 9 23 cf. Rom. 5, 14 24 Ps. 50, 7

1 fetos *Lm1SVm1PGM* parturire *A* 2 nam et si *sqq. b* *ausus *G* hieronimum *LSPKC* hieronimā *V* gieronimum *G* hyronymum *M* 3 conpedit (*in mg.* Ir) *V* 5 peccato unum utique quod nec *sqq. b* itaque *V* 6 depromsit *LSV* agendis *Lm1SVm1PG* 7 in Christo] in ipso *Hier.* debere *A* 8 eligata *K* 10 ambulat *KCM* 11 autem errarium *L* autem erarium *SG* autem aerarium *V* 14 non maledixit *VK* 15 condente *Vm1* apperuit *G* 16 at *Sm1* 18 epistulam *LSV* 19 multa peccata (*om.* peccamus) *V* 20 un' *V* 21 se castum habere *A* *post* aut *eras.* ē *V* 22 confidit *M* se *om. PG* teneamurque *K* rei (r *s.l.m2*) *S* 23 similitudinem *Ad* adae *K* et *om. M* 24 ecce, inquit] dicit ecce *zd* ecce ait *AM* 25 concoepit *A* peperit *C*

14. Haec non ideo commemoraui, quod disputatorum quorumlibet sententiis tamquam canonica auctoritate nitamur, sed ut appareat ab initio usque ad praesens tempus, quo ista nouitas orta est, hoc de originali peccato apud ecclesiae fidem tanta constantia custoditum, ut ab eis, qui dominica tractarent eloquia, magis certissimum proferretur ad alia falsa refutanda quam id tamquam falsum refutari ab aliquo temptaretur. ceterum in sanctis canonicis libris uiget huius sententiae clarissima et plenissima auctoritas. clamat apostolus: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. unde nec illud liquide dici potest, quod peccatum Adae etiam non peccantibus nocuit, cum scriptura dicat: in quo omnes peccauerunt. nec sic dicuntur ista aliena peccata, tamquam omnino ad paruulos non pertineant — si quidem in Adam omnes tunc peccauerunt, quando in eius natura illa insita ui, qua eos gignere poterat, adhuc omnes ille unus fuerunt —, sed dicuntur aliena, quia nondum ipsi agebant uitas proprias, sed quicquid erat in futura propagine uita unius hominis continebat.

VIII. 15. *Nulla, inquiunt, ratione conceditur, ut deus, qui propria peccata remittit, inputet aliena.* remittit, sed spiritu regeneratis, non carne generatis; inputat uero non iam aliena, sed propria. aliena quippe erant, quando hi qui ea propagata portarent nondum erant; nunc uero carnali generatione iam eorum sunt, quibus nondum spiritali regeneratione dimissa sunt.

16. Sed *si baptismus, inquiunt, mundat antiquum illud delictum, qui de duobus baptizatis nati fuerint debent hoc carere peccato. non enim potuerunt ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt.* ecce

9 Rom. 5, 12 19 Pelagius, cf. p. 132, 13 25 Pelagius, cf. p. 132, 7
26 cf. Contra Iulianum Pel. VI 7, 18 (XLIV 833 M)

3 quod *A* . horta *LSGm1* 5 proferetur *S* 6 ṭalia *L* talia *SVPG* aliā *M* falsaṣ *P* causā *M* refutandā *M* 7 alico *Vm1* temtaretur *LS* 9 hunū *L* 11 liquidē *L* quidem *M* 12 adeae *V* 13 dicit *Lm1* sic (c *s.l.*) *LP* 15 tunc omnes *A* insitaui quaos *Lm1Gm1* insita ui qua os *SV* insitaui quae eos *M* insita ui in qua eos *Pm1* uis insita fuit qua eos *A* insita ē uis in qua eos (*sic corr. m. rec.*) *P* insita in qua eos *b* 16 illi omnes *A* illi *Km2* 17 quidquid *Lm1SGCM* 18 insitura *Sm1* uita*K* uitā *A* 19 traditione *Km1* 20 dimittit *A* aliena *om. Vm1* remittit *eras. V* regenerationis *M* 22 hii *VA* *post* ea *exp.* qui pro *K* propagati *Lm2* 25 Sed] Si *A* 26 fuer̄ *K*

unde plerumque conualescit error, cum homines idonei sunt his rebus interrogandis, quibus intellegendis non sunt idonei. cui enim auditori uel quibus explicem uerbis, quomodo mortalia uitiosa primordia non obsint eis, qui aliis primordiis immortalibus inchoati sunt, et tamen obsint eis, quos idem ipsi, quibus iam non obsunt, ex eisdem uitiosis primordiis generauerint? quomodo id intellegat homo, cuius tardiusculam mentem impedit etiam suae sententiae praeiudicium et peruicaciae grauissimum uinculum? uerum tamen si aduersus eos mihi esset causa ista suscepta, qui omnino paruulos baptizari prohiberent aut superfluo baptizari contenderent dicentes eos ex fidelibus natos parentum meritum necessario consequi, tunc deberem ad hanc opinionem conuincendam laboriosius fortassis et operosius excitari, tunc, si mihi apud obtunsos et contentiosos propter rerum naturae obscuritatem difficultas refellendi falsa et persuadendi uera resisteret, ad haec forte quae in usu atque in promptu essent exempla confugerem uicissimque interrogarem, ut, quia eos moueret quomodo peccatum quod mundatur per baptismum maneat in eis quos genuerint baptizati, ipsi explicarent quomodo praeputium quod per circumcisionem aufertur maneat in eis quos genuerint circumcisi, quomodo etiam palea quae opere humano tanta diligentia separatur maneat in fructu qui de purgato tritico nascitur.

IX. 17. His et talibus forsitan utcumque conarer exemplis persuadere hominibus, qui mundationis sacramenta superfluo filiis mundatorum crederent adhiberi, quam recto consilio baptizatorum paruuli baptizentur quamque fieri possit, ut homini habenti utrumque semen, et mortis in carne et inmortalitatis in spiritu, non obsit regenerato per spiritum, quod obest eius filio generato per carnem, sitque in isto remissione mundatum, quod sit etiam in illo simili remissione

1 error *om. Km1* sint *Km2A* 2 cui (i *s.l.m2*) *V* 4 primordis *Vm1* incoati *Pa.c.* 5 iam] etiam *V* 6 id *om. Km1M* 7 tardiunculā *M* etiam] et sic *b* et *d* 8 grauissimae *zbd* uincula *Vm1* 10 prohībent *L* prohibent *cet. d* superfluuio *L* contendunt *d* 11 neces∗ario *Lm1* 12 conuincendā *Sp.c.* conuincenda *C* 13 obtunsos *L* obtusos *PKCbd* 14 rerum *G* 16 proptu *LSm1* promtu *V* promptum *C* coniugerem *Lm1* cūfugerem *A* 17 qui *Lm1* moueret et *S* 19 auferetur *K* 20 quae *om. M* opera *Gm1* 23 conare *Km1* 24 superfluuio *Lm1V* mandatorum *Pm1* 26 baptizantur *VM* quāquā *Lm2b* quamquae *M* posse *PG* posset *M* 29 remissionem *Vm1G* mundato *Vm1Km1* illo∗*G*

uelut circumcisione uelut trituratione ac uentilatione mundandum. nunc uero, quando quidem cum eis agimus, qui confitentur baptizatorum filios baptizandos, quanto melius sic agimus, ut dicamus: ‘uos, qui asseritis de hominibus a peccati labe mundatis sine peccato nasci filios debuisse, cur non adtenditis eo modo uobis posse dici de christianis parentibus christianos nasci filios debuisse? cur ergo eos Christianos fieri debere censetis? numquid in eorum parentibus corpus christianum non erat, quibus dictum est: nescitis quia corpora uestra membra sunt Christi? an forte corpus quidem christianum de christianis parentibus natum est, sed non christianam animam accepit? hoc uero multo est mirabilius; namque utrumlibet de anima sentiatis, quia profecto cum apostolo non eam creditis, antequam nasceretur, aliquid egisse boni aut mali, aut de traduce adtracta est et similiter ut corpus de Christianis christianum anima etiam christiana esse debuit aut a Christo creata, uel in christiano corpore uel propter christianum corpus, christiana debuit seu creari seu mitti. nisi forte dicetis christianos homines christianum corpus gignere potuisse et ipsum Christum animam christianam non potuisse procreare. cedite itaque ueritati et uidete, sicut fieri potuit, quod et uos fatemini, ut de Christianis non Christianus, de membris Christi non membrum Christi atque — ut occurramus etiam omnibus, qui licet falso, tamen quocumque religionis nomine detinentur — de consecratis non consecratus, ita etiam fieri, ut de mundatis non mundatus nascatur. quid respondebitis, quare de Christianis non Christianus nascatur, nisi quia non facit generatio, sed regeneratio Christianos? hanc igitur uobis reddite rationem, quia similiter a peccatis nemo nascendo, sed omnes renascendo mundantur. ac per hoc de hominibus ideo mundatis, quoniam renatis, homo qui nascitur renascatur, ut

8 I Cor. 6, 15 12 cf. Rom. 9, 11

1 *pr.* uel *K* uentiliatione *K* mundatum *Lm1A* 2 cogimus *Sm1* 4 mundatus *Vm1* 5. 6 quur *LSV* qur *G* 7 consentis *Lm1* in *om. G* eorum] neutrum *Lm1SVPG* 9 sunt *om. Km1* 10 de] ex *z* non] *add.* et *LGm1* 13 abstracta *A* 14 christianum] *add.* sic *b* animā *Lm1SVGm1C* 17 diceretis *Lm1SVPG* 19 credite *PA* uidete] *add.* quia *Pd* 21 menbrum *K* succurramus *Lm1* 22 relegionis *A* 23 mundatis (mun *in ras. m2*)*V* 24 quid—nascatur *om. Km1* 25 nascitur *Lm1* fecit *K* christianus *Vm1* 27 ḥac *L* 28 renati sụnṭ *P* de renatis *M*

etiam ipse mundetur. potuerunt enim parentes ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt, non solum sicut frumenta paleam et praeputium circumcisus, sed etiam, quod et uos dicitis, fideles infidelitatem in posteros traiciunt; quod non est iam illorum per spiritum regeneratorum, sed, quo in carne generati sunt, mortalis seminis uitium. nam utique quos paruulos per sacramentum fidelium fideles faciendos esse iudicatis, infideles natos ex parentibus fidelibus non negatis'.

X. 18. At enim: *si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantum habet traducem peccati et ipsa sola poenam meretur* — hoc enim sentiunt — *iniustum esse dicentes, ut hodie nata anima non ex massa Adae tam antiquum peccatum portet alienum.* adtende, obsecro te, quemadmodum uir circumspectus Pelagius — nam ex eius libro haec quae modo posui uerba transcripsi — sensit quam in difficili de anima quaestione uersetur. non enim ait, quia anima non est ex traduce, sed 'si anima non est ex traduce', rectissime faciens de re tam obscura, de qua nulla in scripturis sanctis certa et aperta testimonia possumus inuenire aut difficillime possumus, cunctanter loqui potius quam fidenter. quapropter ego quoque huic propositioni non praecipiti assertione respondeo: 'si anima non est ex traduce, ergo quae ista iustitia est, ut recens creata et ab omni delicto prorsus immunis, ab omni peccati contagione penitus libera, passiones carnis diuersosque cruciatus et, quod est horribilius, etiam daemonum incursus in paruulis sustinere cogatur? neque enim aliquid horum caro sic patitur, ut non ibi anima potius, quae uiuit ac sentit, poenas luat. hoc enim si iustum ostenditur, sic etiam ostendi potest qua iustitia in carne quoque peccati subeat originale peccatum baptismatis sacramento

9 Pelagius, cf. p. 132, 10

2 quod ipsi] quod si *Lm1SVm1PG* 3 paleũ *A* palea *CM* 4 trahiciunt *KM* 5 quot *G* quod *Lm2SVPAM* regenerati *L* mortale *P* mortales *M* 8 negatos *Sa.c.* 10 habeat *L* habeat *SVPG* solam poenam *b* 11 odie *Gm1* 12 antiqum *G* 13 circumspectus uir *bd* haec *om. K* 14 sentit *KACb*, *om. M* 15 non enim] nonne anima *A* est *om. K* 16 sed—traduce *om. z* 18 inuenire—possumus *om. V* 19 quipropter *L a.c.* quoque] opto *V* prepositioni *Lm1Sm1P* 20 est *om. LVPGM*, *post* traduce *add. Sm2* 22 contagione peccati *z* carnes *Sm1* carnales *M* diuersusque *G* 23 orribilius *G* doemonum *A* 24 cogitatur *Sm1* aliquid aliqua eorum *A* orũ *Lm1* 25 uidit *Lm1* 26 si] sic *Sm2* quia *VPA* 27 originali *Vm1*

et gratiae miseratione mundandum. si autem illud ostendi non potest, neque hoc posse arbitror. aut ergo utrumque occultum feramus et nos homines esse meminerimus aut alias aliud de anima opus, si necesse uidebitur, cautela sobria disputando moliamur.

XI. 19. Nunc tamen illud, quod ait apostolus: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, sic accipiamus, ne tot tantisque apertissimis diuinarum scripturarum testimoniis, quibus docemur praeter Christi societatem, quae in illo et cum illo fit, cum sacramentis eius inbuimur et eius membris incorporamur, uitam salutemque aeternam adipisci neminem posse, nimis insipienter atque infeliciter repugnare iudicemur. neque enim alio sensu dictum est ad Romanos: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors atque ita in omnes homines pertransiit, quam illo quo dictum est ad Corinthios: per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum; sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur. nemo quippe ambigit hoc ibi de morte corporis dictum, quoniam de resurrectione corporis magna apostoli intentione quaestio uersabatur. et ideo uidetur ibi de peccato tacuisse, quia non erat quaestio de iustitia; hic autem ad Romanos utrumque posuit et utrumque diutissime commendauit, peccatum in Adam, iustitiam in Christo et mortem in Adam, uitam in Christo; quae omnia uerba sermonis apostolici, quantum potui satisque uisum est, in primo, ut iam dixi, duorum illorum libro perscrutatus aperui.

5 Rom. 5, 12 13 Rom. 5, 12 16 I Cor. 15, 21. 22

2 hoc—memine- *om. V* 4 neccesse *S* caute *V* disputandi *M* 5 apls *add. m2 S* 8 tantis *V* 9 docemus *Sm1V* 12 hominem (ho *in ras.*) *V* 14 u*num *L* in mundum intrauit *d* 15 ita *om. Lm1SVPG* quā*illud *ex* quam illo *L* quam alio *b* 16 quod (d *s.l.*) *L, Gm1KA* chorintios *V* *pr.* per] *add.* unum *A* 18 uiuicabuntur *K* uiuificantur *M* 19 hoc *ex* ac *L* hac *Sm1* ac *VG* de corpore mortis *z* de corporis morte *bd* 20 apostoli] amplius *V* 21 ibi] tibi *V* 22 posuit (exposuit *Lm2*) et utrumque posuit *LV* et utrumque posuit *exp. S* et *om. KA* 23 diutissime] iustissime *K* iustitiam—Adam *in mg. G* 24 et mortem *bis K* et uitam *P* et uitam *d* 25 posui *V* ut iam dixi] etiam *P*

20. Quamquam etiam ibi ad Corinthios locum ipsum de resurrectione diu tractatum sic in fine concluserit, ut nos dubitare non sineret mortem quoque corporis merito accidisse peccati. cum enim dixisset: oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem. cum autem corruptibile hoc indutum fuerit incorruptionem et mortale hoc inmortalitatem, tunc fiet, inquit, sermo qui scriptus est: absorta est mors in uictoriam. ubi est, mors, uictoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? deinde subiecit: aculeus autem mortis est peccatum, uirtus uero peccati lex. quia ergo, sicut apostoli apertissima uerba declarant, eo absorbebitur mors in uictoriam, quo corruptibile et mortale hoc induet incorruptionem et inmortalitatem, id est quo uiuificabit deus et mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritum eius in nobis, manifestum est et huius mortis corporis, quae resurrectioni corporis contraria est, aculeum fuisse peccatum, aculeum autem, quo mors facta est, non quem mors fecit; peccato enim morimur, non morte peccamus. sic itaque dictum est ‘aculeus mortis‘, quomodo lignum uitae, non quod hominis uita faceret, sed quo uita hominis fieret, et quomodo lignum scientiae, per quod scientia fieret hominis, non quod per suam scientiam fecerit homo. sic ergo et aculeus mortis, quo mors facta est, non quem mors fecit. sic enim dicimus et pecu-

4 I Cor. 15, 53—56 13 cf. Rom. 8, 11 19 cf. Gen. 2, 9

1 quanquam *Lm2* ibi etiam *b* chorintios *V* 2 diu] dn̄i *b* tractum *V* 4 opportet *L* 5 induere *om. m1 G* mortalitatem *Lm1SV* cum autem—inmortalitatem] cū aū mortale hoc inquit induet inmortalitatem *KAC*, *om. Gm1M* 7 hoc] *add.* induet *b* inquid *GV*, *om. A*, *exp. L* 8 absorpta *A* uictoria *LSVGm2PAMb*; *post* uictoria *eras.* tua *G* 9 uictoria] contentio *z*, *b in mg.* aculus *L* 10 est *om. L* autem uero *Lm1S* autem ụẹṛọ *V* autē*ů (ů *in ras.*) *G* autem *P* 11 declarant uerba *K* 12 obsorbebitur *Pm1* absorbetur *A* uictoria *zCb* curriptibile *V* 13 mortalitatem *Lm1* idem (*in mg.* ł ē) *V* quod *z* qui *Km1* uiuificabit (bi *s.l.*) *L* uiuificauit *CM* 14 habitantem *ACMb* 15 et *om. A* resurrectione *Lm1Sm1Vm1 PGKm1* resurrectionis *C* 16 corporis] carnis *b* 17 quem] quā *Lm1* quae *G* quāe *S p.c.* peccatu *Vm1* 18 mortis] mors *A* 19 dignum *Lm1Sm1Pm1G* quo *Lm1SVm1PG* uitā *Sp.c.A* quod *KAM* hominis uita *P* hominis *om. A* 20 et *om. PGKAM* dignum *Vm1* quo *Sm1Vm1Gm1* 21 si *Gm1* et *om. A* 22 fecerit *Km2AMb*

lum mortis, quo aliquis mortuus sit uel mori possit, non quod moriens mortuusue confecerit. aculeus itaque mortis peccatum est, peccato punctum mortificatum est genus humanum. quid adhuc quaerimus cuius mortis, utrum animae an corporis? utrum primae, qua nunc omnes morimur, an secundae, qua tunc impii morientur? nulla causa est exagitandi quaestionem, nullus tergiuersandi locus; apostoli uerba, quibus id agebat, interrogata respondent. cum mortale hoc, inquit, induerit inmortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: absorta est mors in uictoriam. ubi est, mors, uictoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? aculeus autem mortis peccatum, uirtus uero peccati lex. de resurrectione corporis agebat, quod absorbebitur mors in uictoriam, cum mortale hoc induerit inmortalitatem. tunc ipsi morti insultabitur, quae in uictoriam resurrectione corporis absorbebitur. tunc ei dicetur: ubi est, mors, uictoria tua? ubi est, mors, aculeus tuus? morti ergo corporis hoc dicetur. hanc enim absorbebit uictoriosa inmortalitas, cum mortale hoc inmortalitate induetur. morti, inquam, corporis tunc dicetur:‘ ubi est, mors, uictoria tua, qua hic omnes sic uiceras, ut etiam dei filius tecum confligeret teque non uitando, sed suscipiendo superaret? uicisti in morientibus, uicta es in resurgentibus. uictoria tua, qua absorbueras corpora morientium, temporalis fuit, uictoria nostra, qua in corporibus absorta es resurgentium, aeterna constabit. ubi est aculeus tuus? hoc est peccatum, quo puncti et uenenati sumus, ut etiam in nostris corporibus fieres et ea tam longo saeculo

5 cf. Apoc. 2, 11 etc. 7 I Cor. 15, 54—56

1 quod] quem *KA* que *C* 2 peccato] peccati *Vm2Pm2bd* 3 punctu *Vbd* puncto *Pm2* 5 morientur *L p.c.* 6 apostoli] amplius *V* 7 interroganti *m2 ex* interroga *S* quũ *Lm1* mor*tale *L* 8 induitur *C* 9 absorpta *A* mors *om. Gm1* uictoria *zAb* 10 mortis] *add.* est *d* 12 qua *Lm2Sm2bd* absoluebitur *S* uictoria *zMb* quũ *Lm1V* quā *G* induerit *om. Gm1* 13 uictoria *Sm2b* resurrectionis *b* 14 dicitur *SVm1* 15 uictoria] contentio *z* tua *om. M* 16 hoc *om. S* dicitur *M*, *om. S* absorbebitur *V* absoruebit *M* 17 mortalitate *A* hoc—induetur *om. A* immortalitatem *Md* induitur *M* tunc] hoc *zd* 18 ubi est *om. V* mors *om. zd* hic *om. zMTd* uieras *Sm1* 19 uitando] uitam donando *LSVm1PG* 20 uictes (*om.* es) *V* 22 uestra *V* constauit *Sm1Vm1C* constitit *Sm2* 23 benenati *Lm1Sm1Vm1Gm1* uenerati *M* 24 figeres *P*, *d addito* te *ante* etiam saeculo] tempore *zbd*

possideres? aculeus autem mortis est peccatum, uirtus uero peccati lex. peccauimus in uno omnes, ut moreremur in uno omnes; accepimus legem, non ut emendatione finiremus peccatum, sed ut transgressione augeremus. lex enim subintrauit, ut abundaret peccatum, et: conclusit scriptura omnia sub peccato. sed deo gratias, qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum, ut, ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia atque ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus et uinceremus mortem per inmortalem resurrectionem et aculeum eius peccatum per gratuitam iustificationem.

XII. 21. Nemo itaque de hac re fallatur et fallat. omnes adimit atque aufert iste sanctae scripturae sensus manifestus ambages. quemadmodum ab origine trahitur mors in corpore mortis huius, sic ab origine tractum est et peccatum in hac carne peccati; propter quod sanandum et propagine adtractum et uoluntate auctum atque ipsam carnem resuscitandam medicus uenit in similitudine carnis peccati, qui non est opus sanis, sed aegrotantibus, nec uenit uocare iustos, sed peccatores. proinde quod ait apostolus, cum fideles moneret, ut se ab infidelibus coniugibus non disiungerent: sanctificatus est enim uir infidelis in uxore et sanctificata est mulier infidelis in fratre; alioquin filii uestri inmundi essent, nunc autem sancti sunt, aut sic est accipiendum, quemadmodum et nos alibi et Pelagius cum eandem ad Corinthios epistolam tractaret exposuit, quod exempla iam praecesserant et uirorum quos uxores et feminarum quas mariti lucrifecerant Christo

1 I Cor. 15, 56 4 Rom. 5, 20 5. 8 Gal. 3, 22 6 I Cor. 15, 57 7 cf. Rom. 5, 20 13 cf. Rom. 7, 24 17 cf. Marc. 2, 17 . 19 Cor. 7, 14 23 cf. De serm. dom. in monte I 45 (XXXIV 1252 M) et Pelagii Comm. (XXX 766.767 M)

1 mortuus *Vm1* peccati *Lm1* 2 moriremur *V* 3 ut non *V* emundatione *Lm1* 4 habundaret *VPM* 5 coconclusit *V* 6 quiḍ *V* ihm xpm dnm nrm *P* 7 nostrum *om. A* ubi *s.l.m1V* *post* abundauit *exp.* ibi *V* peccatum (*in mg.* ał delictum) *b* 8 et gratia *b* promisso *Pm1* promisio *G* 9 per *s. exp.* et *G* 10 gratiam *V* 11 refellatur *Km1* et fallat *om. A* 12 istę *M*, *om. KAC* scae *bis K*, *om. M* 13 originale *Lm1* traitur *PC*; trahitur—origine *in mg. Km2* 14 et *om. zd* hac *om. A* 15 atque *om. A* atque] *add.* ad *zbd* 16 similitudinē *A* 22 quia *Sm2A* 18 quod *om. A* scificati *A* 23 chorintios *V* 24 epistulā *S* apistolā *G*, *om. P* quod] cū *A* 25 *alt.* quos *A* lucrifaecerent *Gm1* lucrifacerent *K* Christo *om. V*

et paruulorum ad quos faciendos Christianos uoluntas christiana etiam unius parentis euicerat, aut si, quod magis uerba apostoli uidentur sonare et quodam modo cogere, aliqua illic intellegenda est sanctificatio, qua sanctificabantur uir uel mulier infidelis in coniuge fideli et qua sancti nascebantur filii fidelium, siue quia in menstruo cruore mulieris a concubitu continebat, quicumque uir uel femina id in lege didicerat — nam hoc Hiezechiel inter illa praecepta ponit, quae non figurate accipienda sunt — siue propter aliam quamlibet, quae ibi aperte posita non est, ex ipsa necessitudine coniugiorum atque filiorum sanctitatis asperginem, illud tamen sine dubitatione tenendum est, quaecumque illa sanctificatio sit, non ualere ad Christianos faciendos atque ad dimittenda peccata, nisi christiana et ecclesiastica institutione et sacramentis efficiantur fideles. nam nec coniuges infideles, quamlibet sanctis et iustis coniugibus haereant, ab iniquitate mundantur, quae a regno dei separatos in damnationem uenire conpellit, nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisque procreati originalis peccati reatu absoluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati, pro quibus tanto inpensius loqui debemus quanto pro se ipsi minus possunt.

XIII. 22. Id enim agit illa disputatio, contra cuius nouitatem antiqua ueritate nitendum est, ut infantes omnino superfluo baptizari uideantur. sed aperte hoc non dicitur, ne tam firmata salubriter ecclesiae consuetudo uiolatores suos ferre non possit. sed si pupillis opem ferre praecipimur, quanto magis pro istis laborare debemus, qui destitutiores et miseriores pupillis etiam sub parentibus remanebunt, si eis Christi gratia denegabitur, quam per se ipsi flagitare non possunt!

7 cf. Hiez. 18, 6

2 si *om. A* apostoli] amplius *V* 3 sanare *V* aliqua] illa *A* 4 uir—filii *in mg. A* uel] ulla *V* et *PCMd* 5 quia cū (cū *s.l.m1*) *L* in *om. Km1* 7 dicerat *V* hiezechihel *VK* hiezechil *C* hyzechiel *M* ezechiel *A* 9 proposita *LSVPb* 10 sanctitas *Km1* asparginem *A* 13 ecclesiasti *G* ecclesiastici *Vm1* et *om. zd* 15 mundarentur *V* damnatione *PM* 17 absoluantur *Sm1* absolbuntur *C* 19 possint *A* 20 cogit *Sm1* ait *A* illa] ista *zM* 22 uideantur *in mg. m1L* firmatae *K* firma *z* 23 eccła *A* pupullis *V* 24 praecipim' *V* 25 destituores *Sm1* 26 gratia $\overline{\text{xpi}}$ *A* se *s.l.G*

23. Illud autem quod dicunt sine ullo peccato aliquos homines iam ratione propriae uoluntatis utentes in hoc saeculo uixisse uel uiuere optandum est ut fiat, conandum est ut fiat, supplicandum est ut fiat, non tamen quasi factum fuerit confidendum. hoc enim optantibus et conantibus et digna supplicatione deprecantibus, quidquid remanserit peccatorum, per hoc cotidie soluitur, quod ueraciter in oratione dicimus: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. quam orationem quisquis cuilibet, etiam homini sancto et dei uoluntatem scienti atque facienti, praeter unum sanctum sanctorum dicit in hac uita necessariam non fuisse, multum errat nec potest omnino illi ipsi placere quem laudat; si autem se ipsum talem putat, ipse se decipit et ueritas in eo non est, non ob aliud, nisi quia falsum putat. nouit ergo ille medicus, qui non est opus sanis, sed aegrotantibus, quemadmodum nos curando perficiat in aeternam salutem, qui et ipsam mortem, quamuis peccati merito inflicta sit, non aufert in hoc saeculo eis quibus peccata dimittit, ut etiam cum eius timore superando suscipiant pro fidei sinceritate certamen, et in quibusdam etiam iustos suos, quoniam adhuc extolli possunt, non adiuuat ad perficiendam iustitiam, ut, dum non iustificatur in conspectu eius omnis uiuens, actionem gratiarum semper indulgentiae ipsius debeamus et sic ab illa prima causa omnium uitiorum, hoc est a tumore superbiae, sancta humilitate sanemur. hanc epistolam dum

7 Matth. 6, 12 12 cf. I Ioh. 1, 8 13 cf. Matth. 9, 12 19 cf. Ps. 142, 2

2 propriae uoluntatis *om. zd* 3 obtandum *Lm1SG* obtantum *Vm1* fiat—*alt.* fiat *in mg. P* conandum (c *ex* qu) *L* conandum est ut fiat *s.l.m2G* conandum—suppl. est ut fiat *in mg. Km2* *alt.* ut *s.l.m2S* 4 n̄ *s. exp.* ut *K* factum *ex* fructū *G* confitendum *VAM* confidendum est *b* 5 conantibus (c *ex* qu) *L* digni *Gm1* quicquid *Lm2PGm2Km2Am2b* quodquid *M* 6 cottidie *K* in illa oratione *b* 8 ort̄ *V* etiam *om. zd* 9 faciendi *Lm1* prae *Lm1Sm1V* per *PG* 10 *post* sanctorum *add. s.l.m2* ·i·xpm̄ *S* necessaria *GC* 11 erat *Vm1* si autem]sic cū *PGm2* 12 se decipit]seducit *m2s.exp.* sed accipit *K* 13 que facsum *Lm1* quia *A* 14 proficiat *A* perficiant *C* 15 quia *A* peccanti *V* inflicto *Lm1* 16 auferret *A* confert *V* cum eius]cuius *P* 17 ei *V* 18 quibusdam]quibus dicit *V* 19 n̄ dū *A* 20 agnitionem *Lm1SVPGm1* ingulgentiae *LVGm1, S in mg.* 21 ipsius *in mg. P* tutiorum *V* 22 tumores *V* sanemur deo gratias *z* epistulam *S* epystolam *K* dum *om. A*

dispositio mea breuem parturit, liber prolixus est natus, utinam tam perfectus quam tandem aliquando finitus!

1 disputatio *zb* mea] magna *b* 2 EXPŁ LIBER TERTIVS SCI AVGVSTINI EPI RECTE FIDEI AD MARCELLINV TRIBVNV ET NOTARIVM DE BAPTISMO PARVVLORVM AMEN. INCIP LIBER DE VNICO BAPTISMO FELICITER *SP* EXPLICIT LIB TERTIVS SCI AGVSTINI EPI RECTE FIDEI AD MARCELLINV TRIBVNV ET NOTARIVM DE BAPTISMO PARVVLORVM *V* FINIT LIB III DE BAPTISMO PAR†. INC AD PINIANV LIB·I·*M* Explicit liber IIIus. Incipit liber de spū et littera Augustini epi *K* Expł. lib III sci Aug epi rectae fidei ad Marcellinū tribunū et notariū de baptismo paruulorū amen *G* Explicit lib tertius sci Augustini de baptismo paruulorum *A* Explicit lib ·III· *C; a cod. L subscriptio abest;* Explicit liber ·III· (*litt. unc.*) *C* Sancti augustini epi epistola siue liber tertius de peccatorum meritis et remissione et de baptismo paruulorum explicit *b*

AVGVSTINI RETRACTATIONVM LIB. II CAP. LIX (XXXIII) (PAG. 170, 6 ED. KNOELL).

DE PECCATORVM MERITIS ET REMISSIONE ET DE BAPTISMO PARVVLORVM AD MARCELLINVM LIBRI TRES.

1. Venit etiam necessitas, quae me cogeret aduersus Pelagianam heresem scribere, contra quam, cum opus erat, non scriptis, sed sermonibus et conlocutionibus agebamus, ut quisque nostrum poterat aut debebat. missis ergo mihi a Carthagine quaestionibus eorum, quas rescribendo dissoluerem, scripsi primum tres libros, quorum titulus est De peccatorum meritis et remissione.

2. Vbi maxime disputatur de baptismate paruulorum propter originale peccatum et de gratia, qua iustificamur, hoc est iusti efficimur, quamuis in hac uita nemo ita seruat mandata iustitiae, ut non sit ei necessarium pro suis peccatis orando dicere: dimitte nobis debita nostra. contra quae omnia sentientes illi nouam heresem condiderunt. in his autem libris tangenda adhuc arbitratus sum nomina eorum sic eos facilius posse corrigi sperans, immo etiam in tertio libro, quae est epistula, sed in libris habita propter duos, quibus eam conectendam putaui, Pelagi ipsius nomen non sine aliqua laude posui, quia uita eius a multis praedicabatur, et eius illa redargui, quae in suis scriptis non ex persona sua posuit, sed quid ab aliis diceretur exposuit, quae tamen postea iam hereticus pertinacissima animositate defendit. Caelestius uero discipulus eius iam propter tales assertiones apud Carthaginem in episcopali iudicio, ubi ego non interfui, excommunicationem meruerat.

3. In secundo libro quodam loco: hoc quibusdam, inquam, etiam in fine largietur, ut mortem repentina commutatione non sentiant, seruans locum diligentiori de hac re inquisitioni. aut enim non morientur aut de ista uita in mortem et de morte in aeternam uitam celerrima commutatione tamquam in ictu oculi transeundo mortem non sentient.

4. Hoc opus sic incipit: Quamuis in mediis et magnis curarum aestibus.

6 Aug. Serm. 26. 27. 30. 131. 153. 155. 156. 158. 165. 169. 174. 176. 181 12 Rom. 3, 24. Tit. 3, 7 13 I Ioh. 3, 24 14 Matth. 6, 12 17 Aug. De gest. Pel. 23, 47 19 De pecc. mer. et rem. III 3, 5 21 Aug. De gest. Pel. 22, 46 23 Aug. De heres. 88 26 De pecc. mer. et rem. II 31, 50 30 I Cor. 15, 52

II.

DE SPIRITV ET LITTERA LIBER VNVS.

CODICES:

L = *codex Lugdunensis 603 (520) saec. VIII—IX.*
S = *codex Salisburgensis S. Petri a. VIII. 29 saec. IX.*
P = *codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 12213 saec. X.*
G = *codex Sangallensis 171 saec. X.*
O = *codex Oxoniensis (Laud. Misc.) 134 saec. X in.*
K = *codex Augiensis XCV saec. X.*
C = *codex Casinensis CLXIII saec. XI.*
T = *codex Vaticanus Latinus 461 saec. XIex.*
z = *consensus codicum LSPG.*
r = *consensus codicum OKCT.*
b = *editio princeps s.l. et a. (1473?).*
d = *editio Benedictinorum a S. Mauro 1690.*

I. 1. Lectis opusculis, quae ad te nuper elaboraui, fili carissime Marcelline, de baptismo paruulorum et de perfectione iustitiae hominis, quod eam nemo in hac uita uel adsecutus uel adsecuturus uideatur excepto uno mediatore, qui humana perpessus est in similitudine carnis peccati sine ullo omnino peccato, rescripsisti te moueri eo, quod in posteriore duorum libro fieri posse dixi, ut sit homo sine peccato, si uoluntas eius non desit ope diuina adiuuante, sed tamen praeter unum, in quo omnes uiuificabuntur, neminem fuisse uel fore, in quo hic uiuente esset ista perfectio. absurdum enim tibi uidetur dici aliquid fieri posse, cuius desit exemplum, cum, sicut credo, non dubites numquam esse factum, ut per foramen acus camelus transiret, et tamen ille hoc quoque dixit deo esse possibile; legas etiam duodecim milia legionum angelorum pro Christo, ne pateretur, pugnare potuisse nec tamen factum; legas fieri potuisse, ut semel gentes exterminarentur a terra, quae dabatur filiis Israhel, deum tamen id paulatim fieri uoluisse; et alia sexcenta possunt occurrere, quae fieri uel potuisse uel posse fateamur et eorum tamen exempla quod facta sint proferre nequeamus. unde non ideo negare debemus fieri posse, ut homo sine peccato sit, quia nullus est hominum praeter illum, qui non tantum homo, sed etiam natura deus est, in quo id esse perfectum demonstrare possimus.

II. 2. Hic fortasse respondeas ista, quae commemoraui facta non esse et fieri potuisse, opera esse diuina, ut autem sit homo sine peccato ad opus ipsius hominis pertinere idque opus esse optimum, quo

8 cf. I Cor. 15, 22 11 cf. Matth. 19, 24.26 12 cf. Matth. 26, 53 14 cf. Deut. 31, 3 15 cf. Iud. 2, 3

De inscriptionibus codd. cf. Praef. 1 karissime *O* 3 nemo eam *zb* ac *Cm1* 4 similitudine* *O* 5 te moueri *om. S* 6 posteriore parte *P* (parte *s.l. m2*), *b* librorū *P* (rū *s.* o *m2*), *b* 7 uoluntati *LSG* ope adiuuante diuina *zOb* sed] et *zbd* 10 dicit *T* 12 hoc *om. KCT* deo dixit *b* etiam] set iam *Lm1Om1* 13 milia *exp. LC* millia *G; cf. c. XXXV 62* legiones *zCm2bd* 14 ut] *add.* si *b* 15 dabantur *S* debetur *K* isrł *SO* israel *SGCTd* id *om. zbd* 16 fieri *om. b* seṣcenta (x *s.* ṣ *m2*) *L* sescenta *S* uel *o.n. Pb* 18 debe*mus *O* 19 nullum *Cm1* nullius *b* quiạ *L* quia *S* 20 perfectum esse *K* 24 *post* idque *exp.* quae *L* idque est opus (*om.* esse) *b* est *P*

fiat plena et perfecta et ex omni prorsus parte absoluta iustitia, et ideo non esse credendum neminem uel fuisse uel esse uel fore in hac uita, qui hoc opus inpleuerit, si ab homine inpleri potest. sed cogitare debes, quamuis ad hominem id agere pertineat, hoc quoque munus esse diuinum atque ideo non dubitare opus esse diuinum; deus est enim qui operatur in uobis, ait apostolus, et uelle et operari pro bona uoluntate.

3. Proinde non multum molesti sunt et instandum est eis, ut, si possunt, ostendant ita esse qui dicunt uiuere hic hominem siue uixisse sine ullo omnino peccato. nam si testimonia scripturarum, quibus existimo definitum nullum hominum hic uiuentem, quamuis utatur libero arbitrio, inueniri sine peccato, sicuti est: ne intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, et cetera talia quisquam docere potuerit aliter esse accipienda quam sonant et demonstrauerit aliquem uel aliquos sine ullo hic uixisse peccato, qui non ei non solum minime aduersatus, uerum etiam plurimum gratulatus fuerit, non mediocribus inuidentiae stimulis agitatur. quin etiam si nemo est aut fuit aut erit, quod magis credo, tali puritate perfectus et tamen esse aut fuisse aut fore defenditur et putatur, quantum ego iudicare possum, non multum erratur nec perniciose cum quadam quisque beniuolentia fallitur, si tamen qui hoc putat se ipsum talem esse non putet, nisi reuera ac liquido talem se esse perspexerit.

4. Sed illis acerrime ac uehementissimė resistendum est, qui putant sine adiutorio dei per se ipsam uim uoluntatis humanae uel iustitiam posse perficere uel ad eam tendendo proficere et, cum urgueri coeperint, quomodo id praesumant asserere fieri sine ope

5 Phil. 2, 13 12 Ps. 142, 2

1 plana *Lm1* ex *om. b* 5 adeo *O* dubitaret *T* est *om. zb* 6 ut ait *O* 8 sint *Cm2* 9 esse ita *b* hic uiuere *b* 10 scribturarum *L passim* 11 hominem *zbd* 12 libero (e *s. l.*) *L* sicut *O* 13 iudicio *z* serbo *C* 14 caetera *L* alia *CT* quisque *b* 15 poterit *KCm1T* esse *om. zbd* 16 eis *C* 17 aduersatur *K* 18 inuidenciae *m1 ex* inuidenda *L* inuidenda *SG* agitatus *Cm1* 20 defenditur *s. ras. m2 O* possem *b* 21 ueniuolentia *Cm1* 23 ac liquido] aliquando *Pb* aliquid dotalē se ēē *T* 24 illi *Cm1* 25 per *om. CT* 26 tendendą (o *s.* ą *m2*) *L* tentenda *SG* tendendā *Pb* temdendo *K* tenendo *CTd* urgeri *PGCT* 27 praesuṃmant *L*

diuina, reprimunt se nec hanc uocem audent emittere, quoniam uident quam sit impia et non ferenda. sed aiunt ideo ista sine ope diuina non fieri, quia et hominem deus creauit cum libero uoluntatis arbitrio et dando praecepta ipse docet quemadmodum homini sit uiuendum et in eo utique adiuuat, quod docendo aufert ignorantiam, ut sciat homo in operibus suis quid euitare et quid adpetere debeat, quo per liberum arbitrium naturaliter insitum uiam demonstratam ingrediens continenter et iuste et pie uiuendo ad beatam eandemque aeternam uitam peruenire mereatur.

III. 5. Nos autem dicimus humanam uoluntatem sic diuinitus adiuuari ad faciendam iustitiam, ut praeter quod creatus est homo cum libero arbitrio praeterque doctrinam qua ei praecipitur quemadmodum uiuere debeat accipiat spiritum sanctum, quo fiat in animo eius delectatio dilectioque summi illius atque incommutabilis boni, quod deus est, etiam nunc cum per fidem ambulatur, nondum per speciem, ut hac sibi uelut arra data gratuiti muneris inardescat inhaerere creatori atque inflammetur accedere ad participationem illius ueri luminis, ut ex illo ei bene sit, a quo habet ut sit. nam neque liberum arbitrium quicquam nisi ad peccandum ualet, si lateat ueritatis uia; et cum id quod agendum et quo nitendum est coeperit non latere, nisi etiam delectet et ametur, non agitur, non suscipitur, non bene uiuitur. ut autem diligatur, caritas dei diffunditur in cordibus nostris non per arbitrium liberum, quod surgit ex nobis, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

IV. 6. Doctrina quippe illa, qua mandatum accipimus continenter recteque uiuendi, littera est occidens, nisi adsit uiuificans spiritus.

15 cf. II Cor. 5, 7 18 cf. Ioh. 1, 9 22 cf. Rom. 5, 5

1 se (e *ex* i *m2*)*L* uocem hanc *b* hanc] habent *C* audente mittere *Lm1* 2 referenda *S* uerenda *b* 3 creabit *C* 4 damdo *T* praecepto *Km1* quomodo *b* hominis *G* 5 in eo] ideo *b* 6 quid (d *s.l.m2*) deuitare *K* quod euitare *Tb* *alt.* quod *b* per *om. T* 7 uitā demonstrata *T* 8 pia *G* 9 mereaṃur (t *s.* ṃ) *POT* 10 si *Km1* diuinitaṭis (u *s.* i) *P* 12 libero] *add.* uoluntatis *zb* arb. uol. *d* 14 dilectio quę *T* 15 cum] *add.* adhuc *zd*, *b* adhuc *post* fidem *pon.* 16 ha∗c *O* arrha *d* gratuitu *Lm1Pm1* gratuita *Cm1* 17 ardescat *T* 18 sita quo *K a.c.* 19 quidquam *GT* 20 et quo∗ *S* et quod *Kb* 21 delectetur *O* 22 nisi suscipitur *b* 23 lib. arb. *b* 24 uobis *Km1* qui *m2 ex* quo *L* 25 accepimus *T* 26 uiuicans *Km1*

neque enim solo illo modo intellegendum est quod legimus: littera occidit, spiritus autem uiuificat, ut aliquid figurate scriptum, cuius est absurda proprietas, non accipiamus sicut littera sonat, sed aliud quod significat intuentes interiorem hominem spiritali intellegentia nutriamus, quoniam sapere secundum carnem mors est, sapere autem secundum spiritum uita et pax; uelut si quisquam multa quae scripta sunt in Cantico canticorum carnaliter accipiat non ad luminosae caritatis fructum, sed ad libidinosae cupiditatis adfectum. non ergo isto solo modo intellegendum est quod ait apostolus: littera occidit, spiritus autem uiuificat, sed etiam illo eoque uel maxime, quod apertissime alio loco dicit: concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces; et paulo post ait: occasione accepta peccatum per mandatum fefellit me et per illud occidit. ecce quod est littera occidit. et utique non figurate aliquid dicitur, quod accipiendum non sit secundum litterae sonum, cum dicitur: non concupisces, sed apertissimum saluberrimumque praeceptum est, quod si quis impleuerit nullum habebit omnino peccatum. nam hoc ideo elegit apostolus generale quiddam, quo cuncta complexus est, tamquam haec esset uox legis ab omni peccato prohibentis, quod ait: non concupisces; neque enim ullum peccatum nisi concupiscendo committitur. proinde quae hoc praecipit bona et laudabilis lex est. sed ubi sanctus non adiuuat spiritus inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est caritatem diffundens in cordibus nostris, profecto illa lex quamuis bona auget prohibendo desiderium malum, sicut aquae impetus, si in eam partem non cesset influere, uehementior fit obice obposito, cuius molem cum euicerit maiore cumulo praeci-

1. 10 II Cor. 3, 6 · 5 Rom. 8, 6 · 12 Rom. 7, 7. 11 · 16 Rom. 7, 7

1 illo (ũ *s.* o *m1*) *G* 2 figuratae *Lm1* 3 sed] secundum *b* 4 hominum *G* intelligentia *Lm2O* 7 quisque *b* in cantica *LSG* conticorum *G* 9 hoc (*s.l.m2*) solo modo *L* solo modo *SPG* isto solum modo *CTb* solo illo modo *codd. Mus. Brit. 10941 et Reg. 5. B. II et d* 11 eoq. quae (q. *s.l.m2*) *K* quo *Lm2d* 12 *post* ne*sciebam *eras.* nessciebam *O* 14 *pr.* per *om. T* quid *b* 15 non *om. Km1* figurata *Km1* aliquid dicitur *om. zb* 16 somnum *G* 17 apert.] perfectissimum *K* 18 nam] non *G* 19 quidam *Om1* 21 *ullum *L* nullum *K* committetur (e *in* i *corr. m1*) *L* committetur *S* 22 qui *Lm1* praecepit *O* 27 opposita *O* praecipitatius *Lm2*

pitatus uiolentius per prona prouoluitur. nescio quo enim modo hoc ipsum, quod concupiscitur, fit iocundius, dum uetatur. et hoc est quod fallit peccatum per mandatum et per illud occidit, cum accedit etiam praeuaricatio, quae nulla est ubi lex non est.

V. 7. Sed totum ipsum apostolicae epistolae locum, si placet, consideremus et sicut dominus adiuuerit pertractemus. uolo enim, si potuero, demonstrare illud, quod ait apostolus: littera occidit, spiritus autem uiuificat, non de figuratis locutionibus dictum, quamuis et illic congruenter accipiatur, sed potius de lege aperte quod malum est prohibente. quod cum ostendero, profecto manifestius apparebit bene uiuere donum esse diuinum non tantum quia homini deus dedit liberum arbitrium, sine quo nec male nec bene uiuitur, nec tantum quia praeceptum dedit, quo doceat quemadmodum sit uiuendum, sed quia per spiritum sanctum diffundit caritatem in cordibus eorum quos praesciuit ut praedestinaret, praedestinauit ut uocaret, uocauit ut iustificaret, iustificauit ut glorificaret. hoc autem cum apparuerit, uidebis, ut existimo, frustra dici illa tantum esse possibilia sine exemplo, quae dei opera sunt — sicut de cameli transitu per foramen acus commemorauimus et quaecumque alia sunt apud nos inpossibilia, apud deum autem facilia — et ideo non inter haec humanam deputandam esse iustitiam, quod non ad dei, sed ad hominis opus pertinere debeat, cuius perfectio, si est in hac uita possibilis, nullam esse causam cur sine exemplo esse credatur. hoc ergo frustra dici satis elucebit, cum et ipsam humanam iustitiam operationi dei tribuendam esse claruerit, quamuis non fiat sine hominis uoluntate. et ideo eius perfectionem etiam in hac uita esse possibilem negare non

3 cf. Rom. 7, 11 · 4 cf. Rom. 4, 15 7 II Cor. 3, 6 14 cf. Rom. 5, 5
15 cf. Rom. 8, 29. 30

1 persolbitur *C* 2 iucundius *Sm1Td* ueṛtatur *K* 3 falli *Om1* accidit *O* 5 epistule *SO* aepystolae *K* 8 loquutionibus *S* 9 illinc *Td* 12 arbitrium *om. Km1* 13 uiuere *Km1* 14 uidendum *Lm1SPm1Gm1* 16 praedistinaret *K* praedistinauit *K* uocauit ut iust. *in mg.m1O* 17 *post* glor. *eras.* glorificauit *K* 18 uidebitis *Km1* exestimo *O* estīo *b* 21 autem *om. S* facilia] possibilia *b* intra *b* 22 humanī *O* *alt.* ad *om. O* 24 nulam *Om1* qur *Lm1* quur *SP* 25 dici *s.l.m1S* sati selucaepit *Lm1* iusticiam *L* operacioni *L* 26 syne *L* uolūtate *L* 27 eius] cuius *CT* fectionē *G*

possumus quia omnia possibilia sunt deo, siue quae facit sola sua uoluntate siue quae cooperantibus creaturae suae uoluntatibus a se fieri posse constituit. ac per hoc quicquid eorum non facit, sine exemplo est quidem in operibus factis, sed apud deum et in eius uirtute habet causam qua fieri possit et in eius sapientia quare non factum sit; quae causa etiamsi lateat hominem, non se obliuiscatur esse hominem nec proptera deo det insipientiam, quia non plene capit eius sapientiam.

8. Adtende igitur apostolum ad Romanos explicantem satisque monstrantem quod scripsit ad Corinthios: littera occidit, spiritus autem uiuificat, sic magis accipiendum quemadmodum supra diximus, quoniam legis littera quae docet non esse peccandum, si spiritus uiuificans desit, occidit; sciri enim facit peccatum potius quam caueri et ideo magis augeri quam minui, quia malae concupiscentiae etiam praeuaricatio legis accedit.

VI. 9. Volens ergo apostolus commendare gratiam, quae per Iesum Christum omnibus gentibus uenit, ne Iudaei aduersus ceteras gentes de accepta lege se extollerent, posteaquam dixit peccatum et mortem per unum hominem intrasse in genus humanum et per unum hominem iustitiam et uitam aeternam, illum Adam, hunc Christum apertissime insinuans ait: lex autem subintrauit, ut abundaret delictum; ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia, ut quemadmodum regnauit peccatum in mortem sic et gratia regnet per iustitiam in

1 cf. Matth. 19, 26 etc. 10 II Cor. 3, 6 12 legis littera—accedit] cf. Prosperi Aquitani sent. ex Augustino delib. (LI 434. 463 *M*) 18 cf. Rom. 5, 12. 21 21 Rom. 5, 20. 21

2 uolumtate *L saepius* que operantibus *Lm1* 3 quidquid *SGOm1* 4 quide*m *O* quide *Cm1* in *om.O* set *L* 5 possit fieri *b* sit *s. exp.* ē *K* 6 homini *G p.c.* obliuiscatur se esse *b* 9 attende *L* (*pr.* t *s.l.m1*), *P* 10 scriptum sit *G* corintios *L* 11 magis *ex* mauis *Lm2* quemamodum *L* 13 uiuifican**s *O*, *om. b* scire *Km1* fecit *K* 14 mali *G* concupiscentia *Lm1* 15 accidit *z*, i *pr. in ras. Om1* 17 ceteros *Lm1* 18 extollerunt *Lm1* dixit *m2 ex* diligit *L; post* dix. *cc. 6 litt. eras.* 19 ḥunum *C* intruse *Lm1* intr.—hominem *in mg. O* 20 ḥunum *C* apertissime xpm *Pb* 21 insunuans *T* 22 habundaret *Lm1Pb* ubi—delictum *om.Km1* habundauit *Pb* 24 in morte *O*, *om. zb*

uitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum. deinde opponens sibi ipse quaestionem: quid ergo dicemus? inquit, permanebimus in peccato, ut gratia abundet? absit. uidit enim a peruersis peruerse posse accipi quod dixerat: lex subintrauit, ut abundaret delictum; ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia, tamquam dixerit propter abundantiam gratiae prodesse peccatum. hoc diluens respondit: absit atque subiecit: qui mortui sumus peccato, quomodo uiuemus in eo? hoc est: 'cum id praestiterit gratia, ut moreremur peccato, quid aliud faciemus, si uiuemus in eo, nisi ut gratiae simus ingrati?' neque enim qui laudat beneficium medicinae prodesse morbos dicit et uulnera, a quibus illa hominem sanat, sed quanto maioribus medicina laudibus praedicatur, tanto magis uituperantur et horrentur uulnera et morbi, a quibus liberat quae ita laudatur. sic laus et praedicatio gratiae uituperatio et damnatio est delictorum. demonstranda enim fuerat homini foeditas languoris eius, cui contra iniquitatem suam nec praeceptum sanctum et bonum profuit, quo magis aucta est iniquitas quam minuta, quando quidem lex subintrauit, ut abundaret delictum, ut eo modo conuictus atque confusus uideret non tantum doctorem sibi esse necessarium, uerum etiam adiutorem deum, a quo eius itinera dirigantur, ne dominetur ei omnis iniquitas et confugiendo ad opem misericordiae sanetur atque ita ubi abundauit delictum superabundet gratia non peccantis merito, sed subuenientis auxilio.

10. Consequenter eandem medicinam in passione et resurrectione Christi mystice demonstratam ostendit apostolus dicens:

2 Rom. 6, 1. 2 4 Rom. 5, 20 7 Rom. 6, 2 21 cf. Ps. 118, 133

2 denique *b* siui *S* siue *Gm1* ipsi *Gm2* quod *S* inquid *Lm1SGm1C passim* 3 habundet *Pb* 4 a *om. T* peruersū (ū *ex* ae) *O* peruersae *G* 5 ut *ex* et *Sm1* 6 superabundabit *Om2* gram *T* dixerat *Km1* 7 habsit *C* 8 sumus] *add.* xpo *LSPGm1Tb* 9 prestititerit *Gm1* 10 faciamus *L* faciamus *SPG* uiuimus *z* 11 morbos dicit; Dic̄ enī et uul. (Dic̄ *s.l.m2*) *K* 12 illo *Lm1* 13 uituperantur uulnera et horrentur morbi *b* horrentur (h *m2s.eras.litt.*) *O* 14 et laus *Pb* 16 langoris *Pm1* 17 fuit *T* 19 conuinctus *Lm1Km1* confusus *s. ras. Om2* 20 siui *S* 21 itenera *L* onera *S* 22 confugienda *Lm1SG* opem] *add.* diuinae *zObd* ita *om. b* 23 delictum *s. eras.* peccatum *Om2* superabundaret *Sm1* gratia *in ras. S* 24 medentis *s. exp.* uenientis *Lm2* uenientis *SPG* 25 eadem *S*

an ignoratis, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu in mortem ipsius baptizati sumus? consepulti ergo sumus illi per baptismum in mortem, ut quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uitae ambulemus. si enim complantati sumus similitudini mortis eius, sed et resurrectionis erimus hoc scientes, quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul uiuemus cum illo, scientes, quia Christus surgens ex mortuis iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur. quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel; quod autem uiuit, uiuit deo. ita et uos existimate uos mortuos esse peccato, uiuere autem deo in Christo Iesu. nempe satis elucet mysterio dominicae mortis et resurrectionis figuratum uitae nostrae ueteris occasum et exortum nouae demonstratamque iniquitatis abolitionem renouationemque iustitiae. unde igitur hoc tantum beneficium homini per litteram legis nisi per fidem Iesu Christi?

VII. 11. Haec cogitatio sancta seruat filios hominum in protectione alarum dei sperantes, ut inebrientur ab ubertate domus eius et torrentem uoluptatis eius potent, quoniam apud ipsum est fons uitae et in lumine eius uidebimus lumen, qui praetendit misericordiam suam scientibus eum et iustitiam suam his qui recto sunt corde. neque enim quia sciunt, sed etiam ut sciant eum praetendit misericordiam

1 Rom. 6, 3—11 21 cf. Ps. 35, 8. 9—11

1 babtizati *L saepius* 2 ihm *T* morte *lib. praet. L* 3 illi sumus *b* cum illo *O* morte *CT* 6 sumus] fuimus *zOd* fuerimus *b* similitudine *C* 7 quia] quoniam *zb* 8 crifixus *K* destruatur *O* euacuaretur *zb* 9 serbiamus *C* 11 illo] xpo *O* 12 ex] a *zObd* 13 et *om. O* mors illi non dom. ultra *b* ultra] *add.* iam *zb* 14 est *ante* semel *om. T* 15 uos *alt. om. Lm1* esse mortuos *b* 16 Iesu dno nro *K* satiscilicet *Lm1* 18 demonstrataque *T* 19 abolitione *T* igitur] ergo *b* 20 littera *T* n sed per (*in mg.* l nisi) *O* 21 serbat *Om1C* 22 abuuertate *C* 23 torrente *OKd* uoluntatis *C* eius *om. LSPb* potentur *GOm1Km2d* 25 suam *utroque loco om. b* 26 misericordiam—praetendit *om. Lm1*

suam; nec quia recti sunt corde, sed etiam ut recti sint corde praetendit iustitiam suam, qua iustificat impium. haec cogitatio non aufert in superbiam, quod uitium oritur, cum sibi quisque praefidit seque sibi ad uiuendum caput facit. quo motu receditur ab illo fonte uitae, cuius solius haustu iustitia bibitur, bona scilicet uita, et ab illo incommutabili lumine, cuius participatione anima rationalis quodammodo accenditur, ut sit etiam ipsa factum creatumque lumen, sicut erat Iohannes lucerna ardens et lucens, qui tamen unde luceret agnoscens: nos, inquit, de plenitudine eius accepimus: cuius, nisi illius utique in cuius conparatione Iohannes non erat lumen? illud enim erat uerum lumen quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. proinde cum dixisset in eodem psalmo: praetende misericordiam tuam scientibus te et iustitiam tuam his qui recto sunt corde: non ueniat, inquit, mihi pes superbiae et manus peccatorum non moueant me. ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare. hac quippe impietate, qua tribuit sibi quisque quod dei est, pellitur in tenebras suas, quae sunt opera iniquitatis. haec enim plane ipse facit et ad haec implenda sibi est idoneus. opera uero iustitiae non facit, nisi quantum ex illo fonte atque ex illo lumine percipit, ubi nullius indigens uita est et ubi non est conmutatio nec momenti obumbratio.

12. Ideo Paulus apostolus — qui cum Saulus prius uocaretur non ob aliud, quantum mihi uidetur, hoc nomen elegit, nisi ut se osten-

2 cf. Rom. 4, 5 8 Ioh. 5, 35 9 Ioh. 1, 16 11 Ioh. 1, 9 13 Ps. 35, 11—13 22 cf. Iac. 1, 17 24 cf. Act. 13, 9

1 ne *Km1* rectis *K* ut *ex* qui *Om2* sunt *Om1b* 2 qu∗a *L* 3 effert *L* (ef *in ras. m2*), *d* affert *Cm2* in *om. b* praeuidit (*in mg.* ł praefidit) *O* 4 quo modo tu recedis *corr. ex* quo mo turecedit*ur C* reciditur *LG*, *ex* creditur *Sm1* 5 uitae *om. b* austu (h *s.l.m1*) *L* haustu *S* 6 incōmutabili∗ *O* lumen *Om1* quodadmodo *S Lm1* quodādmodo *G* 9 cognoscens *T* 10 *alt.* cuius *om. Lm1* non erat lumen iohannes *zb* 11 uerum] uerbum *S* 13 dixisse *Lm1S PG* 14 recti *SG* 15 *ad uocem* corde *m2 in mg. add.:* mox addidit *L* subiecit *b* inquit *om. zb*, *post* mihi *pon. O* superbia *Lm1* 16 peccatoris *b* moueant *Lm1* moueat *POCTbd* omnes *om. OK* 18 haec *S* deus *G* 22 et *om. O* monenti *Tm1* 24 apostolus *om. b* 25 se *om. Pb*

deret paruum tamquam minimum apostolorum — multum contra superbos et arrogantes et de suis operibus praesumentes pro commendanda ista dei gratia fortiter atque acriter dimicat, quia reuera in illo euidentior et clarior apparuit, qui cum talia operaretur uehementer ecclesiam dei persequens, pro quibus summo supplicio dignus fuit, misericordiam pro damnatione suscepit et pro poena consecutus est gratiam, merito pro eius defensione praecipue clamat atque concertat nec in re profunda et nimis abdita non intellegentium et uerba sua sana in peruersum sensum detorquentium curat inuidiam, dum tamen incunctanter praedicet donum dei, quo uno salui fiunt filii promissionis, filii beneficii diuini, filii gratiae et misericordiae, filii testamenti noui. primo, quod omnis eius salutatio sic se habet: gratia uobis et pax a deo patre et domino Iesu Christo; deinde ad Romanos paene ipsa quaestio sola uersatur tam pugnaciter, tam multipliciter, ut fatiget quidem legentis intentionem, sed tamen fatigatione utili ac salubri, ut interioris hominis magis exerceat membra quam frangat.

VIII. 13. Inde sunt illa, quae supra commemoraui, inde est quod Iudaeum arguit eumque dicit Iudàeum cognominari et nequaquam id quod profitetur implere. si autem tu, inquit, Iudaeus cognominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo et nosti uoluntatem et probas distantia instructus ex lege, confidis te ipsum ducem esse caecorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae et ueritatis in lege, qui ergo alium doces, te ipsum non doces? qui praedicas non furandum, furaris? qui dicis non adulterandum, adulteras? qui abominaris idola, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, per praeuaricationem legis deum inhonoras?

1 cf. I Cor. 15, 9 12 Rom. 1, 7 etc. 19 Rom. 2, 17—29

1 parbum *C* minimus *zb* 2 operibus] meritis *b* 3 dimicans *d* dimicare *b* 6 consequutus *SP* 7 praecipue *om. zbd* conferat *T* 8 re *om. Pb* 9 inuidiand' (*om.* dum) *b* 10 dei *ex* deo *L* 12 primum *zCbd* salutatio eius *b* uouis *Cm1* 13 pater *T* 14 pene *ex* bene *L* poene *OK* 16 ac (c *ex* d *m2*) *L* frangit *b* 17 illa *om. zbd* 18 iudeum *C* et *om. C* 19 inquit tu *Pb* iudeus *S* 21 distantiā *Ob* ex] in *KT* 22 tē *S* 23 sunt *om. Lm1 SPGm2 d* 24 forma *LS* 25 predica*s *CT* 26 non *om. Km1* 27 abhominaris *Tb* idola *m2 ex* dolum *O* quia *K* gloriaris *in ras. G* 28 inhonoras (h *s.l.*) *G*

nomen enim dei per uos blasphematur in gentibus, sicut scriptum est. circumcisio quidem prodest, si legem custodias; si autem praeuaricator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est. si igitur praeputium iustitias legis custodiat, nonne praeputium eius in circumcisionem reputabitur? et iudicabit quod ex natura est praeputium legem perficiens te qui per litteram et circumcisionem praeuaricator legis es. non enim qui in manifesto, Iudaeus est neque quae in manifesto in carne, est circumcisio, sed qui in abscondito, Iudaeus est et circumcisione cordis, qui spiritu, non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo. hic manifestauit quemadmodum dixerit: gloriaris in deo. nam utique si uere talis Iudaeus gloriaretur in deo eo modo, quo postulat gratia, quae non operum meritis, sed gratuito datur, ex deo esset laus eius, non ex hominibus. sed ita gloriabantur in deo, uelut qui soli meruissent legem eius accipere, secundum illam uocem psalmi, qua dictum est: non fecit sic ulli genti et iudicia sua non manifestauit eis. quam tamen dei legem sua iustitia se arbitrabantur implere, cum magis eius praeuaricatores essent. unde illis iram operabatur abundante peccato, quod ab scientibus perpetrabatur, quia et quicumque faciebant quod lex iubebat non adiuuante spiritu gratiae, timore poenae faciebant, non amore iustitiae. ac per hoc coram deo non erat in uoluntate, quod coram hominibus apparebat in opere, potiusque ex illo rei tenebantur, quod eos nouerat deus malle, si fieri posset inpune, committere. circumcisio-

1 cf. Esai. 52, 5. Hiez. 36, 20. 14 cf. Rom. 3, 24 17 Ps. 147, 20
20 cf. Rom. 4, 15

1 enim *om. b* inter gentes *zb* 2 prod∗est *C* 3 si autē *in mg. s. ras. Lm3* si *om. SG* autem *om. SPGb* praeuaritator (tor *s.l.m3*) *L* 4 in praeputio (ū *s.* o) *K* factum *O* iustitiam *zb* 5 custodias *Km1* custodia *Cm1T* 6 iudicat *s. ras. Om1* iudicauit *GT* 7 perfitiens *S* littera *T* 8 prauaricator *K* et non enim *LSG* Non et enim *P* 9 iudeus *SK* 10 et circumcisio cordis in spiritu *Km2d* 11 spm *T* latus *T* 12 *ante* hom. *exp.* o *G* deo] *add.* est *bd* dixit *zb* 13 glorietur *Km1* 14 qui *G* postolat *L* gratiam *K* gratuita *SPGCb* gratuito (o *ex* u *m2*) *K* 15 esse *G* ex *om. Km1* 17 quod *P* quo *Lm1 SPG* ullę (ę *ex* i *m1*) *L* gente *Km1* 18 manifestabit *P* 20 ira *b* ab] a *Cb* 21 perpetrabantur *K* iuuebat *SOm1* 22 spm *T* poene *Lm1SP* poena *Om1* 23 hac *L* era∗t *O* 25 male *Lm1SPG* possit *SPG* inpone *Lm1S*

nem autem cordis dicit, puram scilicet ab omni inlicita concupiscentia uoluntatem; quod non fit littera docente et minante, sed spiritu adiuuante atque sanante. ideo laus talium non ex hominibus, sed ex deo est, qui per suam gratiam praestat unde laudentur, de quo dicitur: in domino laudabitur anima mea et cui dicitur: apud te laus mea, non quales illi sunt qui deum laudari uolunt quod homines sunt, se autem quod iusti sunt.

14. *Sed laudamus*, inquiunt, *et deum nostrae iustificationis auctorem in eo quod legem dedit, cuius intuitu nouerimus quemadmodum uiuere debeamus*, nec audiunt quod legunt: quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram deo. potest enim fieri coram hominibus, non autem coram illo qui cordis ipsius et intimae uoluntatis inspector est, ubi uidet, etiamsi aliud faciat qui legem timet, quid tamen mallet facere, si liceret. ac ne quisquam putaret hic apostolum ea lege dixisse neminem iustificari, quae in sacramentis ueteribus multa continet figurata praecepta, unde etiam ipsa est circumcisio carnis, quam die octauo accipere paruuli iussi sunt, continuo subiunxit quam legem dixerit et ait: per legem enim cognitio peccati. illa igitur lex est, de qua postea dicit: peccatum non cognoui nisi per legem. nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. nam quid est aliud per legem enim cognitio peccati?

IX. 15. Hic forte dicat humana illa praesumptio ignorans dei iustitiam et suam uolens constituere merito dixisse apostolum: quia ex lege nemo iustificabitur; ostendit enim tantummodo lex quid faciendum quidue cauendum sit, ut quod illa ostenderit uoluntas impleat ac sic homo iustificetur non per legis imperium, sed per

5 Ps. 33, 3 6 Ps. 21, 26 8 Pelagiani 10. 18 Rom. 3, 20 12 cf. Prou. 24, 12 16 cf. Leu. 12, 3 19 Rom. 7, 7 23 cf. Rom. 10, 3 24 Rom. 3, 20

1 autem] tā *ex* tū *Tm2* ab *om. b* concupiscentiaę *K* 2 fit] fuit *K* minante] monente *b* 3 sonante *K* 4 p̄tat *Om1* laudatur *b* 5 dictum est *b* cui] cum *T* 8 et *om. O* 9 intuitum *T* 13 uide *K* illud *Km2* 14 ac] an *b* neq *K* ne quisquam *ex* nequissimam *Lm1* nequaquam *b* hoc *b* 15 ea] ex *CT* 16 figura *Om1* est *s. ras. m2 O* 17 octabo *C* paruoli *LSGm1* paruulis *T* 18 diceret *b* 21 concupiscis *S* concupiscęns *C* quidē *Km1* 23 illa humana *d* 24 iustiam *O* 25 ex *om. C* 26 ostendit *S* 27 iustificatur *O* non—arbitrium *om. zb*

liberum arbitrium. sed, o homo, adtende quid sequitur. nunc autem, inquit, sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem et prophetas. parumne insonat surdis? iustitia, inquit, dei manifestata est. hanc ignorant qui suam uolunt constituere, huic nolunt esse subiecti. iustitia, inquit, dei manifestata est — non dixit: 'iustitia hominis uel iustitia propriae uoluntatis' — iustitia dei, non qua deus iustus est, sed qua induit hominem, cum iustificat impium. haec testificatur per legem et prophetas; huic quippe testimonium perhibent lex et prophetae: lex quidem hoc ipso, quod iubendo et minando et neminem iustificando satis indicat dono dei iustificari hominem per adiutorium spiritus, prophetae autem, quia id quod praedixerunt Christi impleuit aduentus. nam hinc sequitur et adiungit dicens: iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, hoc est per fidem, qua creditur in Christum. sicut autem ista fides Christi dicta est non qua credit Christus, sic illa iustitia dei non qua iustus est deus. utrumque enim nostrum est; sed ideo dei et Christi dicitur, quod eius nobis largitate donatur. iustitia ergo dei sine lege non sine lege manifestata. quomodo enim per legem testificata, si sine lege manifestata? sed iustitia dei sine lege est, quam deus per spiritum gratiae credenti confert sine adiutorio legis, hoc est non adiutus a lege, quando quidem per legem ostendit homini infirmitatem suam, ut ad eius misericordiam per fidem confugiens sanaretur. de sapientia quippe eius dictum est, quod legem et misericordiam in lingua portet, legem scilicet, qua reos faciat superbos, misericordiam uero, qua iustificet humilatos. iustitia ergo dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt; non enim est distinctio. omnes enim peccauerunt et

1 Rom. 3, 21 4 cf. Rom. 10, 3 13 Rom. 3, 22 18 cf. De gratia Christi 8, 9 (CSEL XLII p. II 133, 2—7) 24 cf. Prou. 3, 16 25 Rom. 3, 22. 23

1 quod *OKm1bd* 3 sordis *Lm1SG* 4 iustia (*sic saepius*)*O* dei inquit *O* manifesta *P* 5 et huic *OK* 7 ulunta tis] *add.* sed *d* iustus est deus *zCTb* quia *P* 8 cum] qui *O* 9 hii *Lm1* quippe] *add.* et *O* 11 iudicat *G* dono dono *P* 13 hic *Om1* adiungens *Lm1* et dicit *O* 16 sic] *add.* et *d* 17 ei *Om1* 18 dei *om. zb* manifestata (testificata *s. m2*)*K* manifestata est *d* 20 spm spm *L* 21 adiuto *d* 23 con fugen**s (i *s.* g) *O* sanetur *b* eius quippe *zCTb* 24 quo *Om1* portat *O* quare*os *L* 25 humiliatos *codd. praeter Lm1*

egent gloria dei, non gloria sua. quid enim habent, quod non acceperunt? si autem acceperunt, quid gloriantur, quasi non acceperint? egent itaque gloria dei et uide quid sequatur: iustificati gratis per gratiam ipsius. non itaque iustificati per legem, non iustificati per propriam uoluntatem, sed iustificati gratis per gratiam ipsius; non quod sine uoluntate nostra fiat, sed uoluntas nostra ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntatem et sana uoluntas impleat legem non constituta sub lege nec indigens lege.

X. 16. Iusto enim lex non est posita; quae tamen bona est, si quis ea legitime utatur. haec duo apostolus uelut inter se contraria conectens monet mouetque lectorem ad perscrutandam quaestionem atque soluendam. quomodo enim bona est lex, si quis ea legitime utatur, si etiam quod sequitur uerum est: sciens hoc, quia iusto lex non est posita? nam quis legitime utitur lege nisi iustus? at ei non est posita, sed iniusto. an et iniustus, ut iustificetur, id est ut iustus fiat, legitime lege uti debet, qua tamquam paedagogo perducatur ad gratiam, per quam solam quod lex iubet possit implere? per ipsam quippe iustificatur gratis, id est nullis suorum operum praecedentibus meritis — alioquin gratia iam non est gratia —, quando quidem ideo datur, non quia bona opera fecimus, sed ut ea facere ualeamus, id est non quia legem impleuimus, sed ut legem implere possimus. ille enim dixit: non ueni legem soluere, sed implere, de quo dictum est: uidimus gloriam eius, gloriam tamquam unigeniti a patre, plenum gratia et ueritate. haec est gloria, de qua dictum est: omnes enim peccauc-

1 cf. I Cor. 4, 7 3 Rom. 3, 24 10 cf. I Tim. 1, 9. 8 15 I Tim. 1, 9
18 cf. Gal. 3, 24 20 Rom. 11, 6 24 Matth. 5, 17 25 Ioh. 1, 14 27 Rom. 3, 23

1 *pr.* gloria*O abent *L* 3 quod sequitur *b* . 4 gratis *om. b* gratia *SG* non—ipsius *om. K* utique *b* per—iustificati *in mg. m2 O* 6 nostra *om. OK* 8 sanata *d* sub lege *m2 ex* per legē *O* net *Lm1* 10 non est lex *b* 11 legime *S* postolos *Lm1* apostolos *S* 12 contrario *Lm1* moret *Om1* 14 lex *om. b* ea* *L* eam *S* 15 scians *Lm1* iusto (s *s. ras. m2*) *L* non est lex *b* 17 iustificetur] sc̄ificetur *Pb* 18 qua *ex* qui *m1 O* pedagogo *SPOK* 19 ipsum *Lm1* 23 implebimus (a *s.* i) *L* 24 soluere legem *d* set (*sic saepius*) *L* adinpleret *Lm1* adimplere *SPGCTb* 25 qd̄ *Lm1* uidimus (*alt.* i *s. eras.* ebi)*O*

runt et egent gloria dei, et haec est gratia, de qua continuo dicit: iustificati gratis per gratiam ipsius. iniustus ergo legitime lege utitur, ut iustus fiat; quod cum factus fuerit, ea iam non utatur tamquam uehiculo cum peruenerit uel potius, ut supra dicta similitudine apostoli utar, tamquam paedagogo cum eruditus fuerit. quomodo enim iusto lex non est posita, si et iusto est necessaria, non qua iniustus ad iustificantem gratiam perducatur, sed qua legitime iam iustus utatur? an forte, immo uero non forte, sed certe sic legitime utitur lege iam iustus, cum eam terrendis inponit iniustis, ut cum et in ipsis coeperit inolitae concupiscentiae morbus incentiuo prohibitionis et cumulo praeuaricationis augeri, confugiant per fidem ad iustificantem gratiam et per donum spiritus suauitate iustitiae delectati poenam litterae minantis euadant? ita non erunt contraria neque inter se duo ista pugnabunt, ut etiam iustus bona lege legitime utatur et tamen iusto lex posita non sit; non enim ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei, qua credidit nullo modo posse suae infirmitati ad inplenda ea, quae lex factorum iuberet, nisi diuina gratia subueniri.

17. Ideo dicit: ubi est ergo gloriatio tua? exclusa est. per quam legem? factorum? non, sed per legem fidei. siue gloriationem dixerit laudabilem, quae in domino est, eamque exclusam, id est non ut abscederet pulsam, sed ut emineret expressam — unde et exclusores dicuntur quidam artifices argentarii; hinc est et illud in Psalmis: ut excludantur hi qui probati sunt argento, hoc est ut emineant qui probati sunt eloquio domini. nam et alibi dicitur: eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum — siue gloriationem uitiosam de superbia uenientem

2 Rom. 3, 24 5 cf. Gal. 3, 24 8 cf. I Tim. 1, 8 19 Rom. 3, 27 24 Ps. 67, 31 26 Ps. 11, 7

1 gloria* *O* gracia *b* dei *om. P* 3 lege *om. G* 4 utitur *Lm2* ueiculo *L* 5 potus *Lm1* ut *om. zb* utatur *b* 6 pedagogo *LSPO* non est lex *b* 7 quo *b* 8 quo *zd* 9 sic certe *b* 10 ut *m2 ex* et *O* in *om. Ob* nolitae *Om1* 11 mor* bus *L* moribus *SPG* probitionis *L* 13 delectari *b* inanis litterae (*om.* minantis) *b* 14 se *ex* sa *L* ista (i *m3 add.*) *L* pugnabant *Lm1* 15 legitima *G* 16 ex *alt. om. O* 17 ea *om. b* 18 factorum *om. b* 19 dici *Lm1* gloria *Pb* tua *om. Km1* 22 expulsam *K* ut *s.l.m2 O* 23 *pr.* et *om. O* 24 in (n *add. m2*)*O* hi* *O* hii *Kb* 25 hoc est *om. z* eloquia *Lm1SPGb* 26 dicit *b*

commemorare uoluerit, eorum scilicet, qui cum sibi iuste uidentur uiuere, ita gloriantur, quasi non acceperint, eamque non per legem factorum, sed per legem fidei dicit exclusam, id est eiectam et abiectam, quia per legem fidei quisque cognoscit, si quid bene uiuit, dei gratia se habere et, ut perficiatur in dilectione iustitiae, non se aliunde consecuturum.

XI. 18. Quae cogitatio pium facit, quia pietas est uera sapientia — pietatem dico quam Graeci *θεοσέβειαν* uocant ; ipsa quippe commendata est, cum dictum est homini, quod in libro Iob legitur: ecce pietas est sapientia. *θεοσέβεια* porro, si ad uerbi originem latine expressam interpretaretur, dei cultus dici poterat, qui in hoc maxime constitutus est, ut anima ei non sit ingrata; unde et in ipso uerissimo et singulari sacrificio, domino deo nostro, agere gratias admonemur. erit autem ingrata, si quod illi ex deo est, sibi tribuerit praecipueque iustitiam, cuius operibus uelut propriis et uelut a semet ipsa sibimet partis non uulgariter tamquam ex diuitiis aut membrorum forma aut eloquentia ceterisque siue externis siue corporis siue animi bonis, quae habere etiam scelerati solent, sed tamquam de his quae proprie sunt bona bonorum quasi sapienter inflatur. quo uitio repulsi a diuinae stabilitate substantiae etiam magni quidam uiri ad idololatriae dedecus defluxerunt. unde idem apostolus in eadem epistola, in qua uehemens defensor est gratiae, cum se dixisset esse Graecis ac barbaris, sapientibus et insipientibus debitorem et ideo quod ad ipsum pertineret, promptum esse et his qui Romae essent euangelizare: non enim confundor, inquit,

2 cf. I Cor. 4, 7 10 Iob 28, 28 23 cf. Rom. 1, 14 25 Rom. 1, 16. 17

1 siui *S* iusti *G* iust∗e *O* 2 uiueret *Km1* eam ꝙuaę (q: *s.* eam, n *s.* ꝙuaę) *Km2* 4 legē *s.l.m2 K* uiuerit (*m2 s.l.* it, *m3 mut. in* uixerit) *K* 6 consequuturum *S* 7 sapientiam *K* 8 greci *zO* THEOSEBIAM (*s.l.m2* te osebiam *L*) *z* theosebian (e *all. in ras.*, b *ex* u *m2*) *O* theosebiān *Km2* theosebiam *b* 10 theosebia *zOKb* 12 ipso *m2 ex* pu *O* 13 in singulari *OK* 14 ingratum *Lm1SPGb* ille *K* 15 propris *Om1* probriis *G* et *om. O* 16 semetipso *O* siuimet *Lm1SG* p̄paratis *O* 17 eloquia *S* externis] *add.* siue internis *d* 18 habere solent scel. *b* sceleratis *K* 19 iis *d* quasi sapienter *om. b* 20 diuina ē *Ka.c.* substantia *Lm1SPm1G* 21 idolatriae *Gb* 22 aepystola∗ *K* 23 se *post* dixisset *pon. m3 O* esse *om. zOm1b* grecis *LSPO* 24 pertinet *Om1* prumptum *Sm1* promptu *Km1* in his *Km1* 25 confundar *K*

de euangelio; uirtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudaeo primum et Graeco. iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: iustus autem ex fide uiuit. haec est iustitia dei, quae in testamento uetere uelata in nouo reuelatur; quae ideo iustitia dei dicitur, quod impertiendo eam iustos facit, sicut domini est salus, qua saluos facit. et haec est fides, ex qua et in quam reuelatur, ex fide scilicet annuntiantium in fidem oboedientium. qua fide Iesu Christi, id est quam nobis contulit Christus, credimus ex deo nobis esse pleniusque futurum esse quod iuste uiuimus. unde illi ea pietate, qua solus colendus est, gratias agimus.

XII. 19. Nec inmerito se apostolus ex hoc articulo conuertit ad eos cum detestatione commemorandos, qui uitio illo, quod superius memoraui, leues et inflati ac per se ipsos uelut per inane sublati, ubi non requiescerent, sed fracti dissilirent, in figmenta idolorum tamquam in lapides deciderunt. quia enim commendauerat pietatem fidei, qua deo iustificati grati esse debemus, uelut contrarium quod detestaremur subinferens: reuelatur enim, inquit, ira dei de caelo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum qui ueritatem in iniquitate detinent, quia quod notum est dei manifestum est in illis; deus enim illis manifestauit. inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque uirtus eius ac diuinitas, ut sint inexcusabiles, quia cognoscentes deum non ut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. et obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes se

3 Hab. 2, 4 6 Ps. 3, 9 18 Rom. 1, 18—23

1 in *s. ras. m3L* salute *Lm1SPG* credenti (t *ex* d)*S* 2 iudeo *POm1* greco *LSPOK* 4 ueteri *Obd* 7 in quam] in qua *Pb* 10 ea] et a *b* 12 se *om.zb* ex hoc *om. Lm1* articulū *P* eos *ex* eius *Lm3* 13 memorabi *Lm1* 15 disilirent *O* ficmenta *O* fracmenta *b* 16 fidei pietatem *b* 17 qu∗a *S* quā *P* 18 subinfer∗ens (r *eras. et* n *fin. s.l.m2*) *O* inquit *om. Pb* 19 et iniustitiam *om. O* 20 iniustitiam hominum *Lm1* iniustitiā *SPG* iniustitia *d*, *cf. p. 172, 5* quia] et *b* quo *Lm1G,S* (o *s. eras.* i) 21 in *om. b* manif.] reuelauit *b* 22 enim *om. Km1* 23 intellecta *bis L* 24 ac *ex* ad *S* 25 ut] sicut *O* 26 aut gr. eger. *om. Om1* 27 obscuratū∗ *Lm2*

esse sapientes stulti facti sunt et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium. uide quemadmodum non eos dixerit ueritatis ignaros, sed quod ueritatem in iniquitate detinuerint. et quia occurrebat animo, ut quaereretur, unde illis esse potuerit cognitio ueritatis, quibus deus legem non dederat, neque hoc tacuit unde habere potuerint; per uisibilia namque creaturae peruenisse eos dixit ad intellegentiam inuisibilium creatoris, quoniam reuera sic magna ingenia quaerere perstiterunt, sic inuenire potuerunt. ubi ergo impietas? quia uidelicet cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. eorum proprie uanitas morbus est, qui se ipsos seducunt, dum uidentur sibi aliquid esse, cum nihil sint. denique hoc tumore superbiae sese obumbrantes, cuius pedem sibi non uenire deprecatur sanctus ille cantator qui dixit: in lumine tuo uidebimus lumen, ab ipso lumine incommutabilis ueritatis auersi sunt et obscuratum est insipiens cor eorum. non enim sapiens cor, quamuis cognouissent deum, sed insipiens potius, quia non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. dixit enim homini: ecce pietas est sapientia. ac per hoc dicentes se esse sapientes, quod non aliter intellegendum est nisi 'hoc ipsum sibi tribuentes,' stulti facti sunt.

20. Iam quae sequuntur quid opus est dicere? per hanc quippe impietatem illi homines — illi, inquam, homines, qui per creaturam creatorem cognoscere potuerunt — quo prolapsi, cum deus superbis resistit, atque ubi demersi sint, melius ipsius epistolae consequentia docent,

10 Rom. 1, 21 13 cf. Gal. 6, 3 15 cf. Ps. 35, 12 16 Ps. 35, 10 20 Iob 28, 28 21 Rom. 1, 22 25 cf. Rom. 1, 26. 27 cf. Iac. 4, 6. I Petr. 5, 5

1 inmutauerunt *O* *post* gloriam *exp.* suā *L*, *eras. P* incorrubtibilis *L* incorruptiuilis *O* 4 ignoros *Km1* 5 detenuerint (n *fin. s.l.m3*) *L* detinuerit *SG* detinerent *OK* et *s.l.m3L*, *om.SPGCTbd* quia uero *d* 8 diçit (x *s.* c) *P* intellegentia *Lm1SP* inuisiuilium *Om1* 9 sicut *Km2d* ingentia *O* praestiterunt *Lm1SPG* 10 qua *Lm1PGb* quia *S* 11 sicut] ut *b* 13 uanitatis *P* 14 superbia *Lm1SPm1G* 15 deprecabatur *b* 16 cantor *d* 17 incommutabiles *Km1* 19 quã quia *P* 21 hac *L* 22 tribuentis *S* 23 iamq: *Om1* 25 resistit (a *s.* i) *O* 26 sunt *KTa.c.b*, *om.LSP*

quam hic commemoratur a nobis. neque enim isto opere hanc epistolam exponendam suscepimus, sed eius maxime testimonio demonstrare, quantum possumus, nitimur non in eo nos diuinitus adiuuari ad operandam iustitiam, quod legem deus dedit plenam bonis sanctisque praeceptis, sed quod ipsa uoluntas nostra, sine qua operari bonum non possumus, adiuuetur et erigatur inpertito spiritu gratiae, sine quo adiutorio doctrina illa littera est occidens, quia reos potius praeuaricationis tenet quam iustificat impios. nam sicut illis per creaturam cognitoribus creatoris ea ipsa cognitio nihil profuit ad salutem, quia cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt dicentes se esse sapientes, ita eos, qui per legem dei cognoscunt quemadmodum sit homini uiuendum, non iustificat ipsa cognitio, quia suam iustitiam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti.

XIII. 21. Lex ergo factorum, id est operum, per quam non excluditur illa gloriatio, et lex fidei, per quam excluditur, quo inter se differant operae pretium est considerare, si tamen ualemus aduertere atque discernere. cito enim quisque dixerit legem operum esse in Iudaismo, legem autem fidei in Christianismo, propterea quia circumcisio ceteraque opera talia legis sunt, quae christiana iam disciplina non seruat. sed quantum fallat ista discretio, iam diu quidem est ut molimur ostendere et acutis ad dinoscendum tibique potissimum ac talibus fortasse iam ostendimus; uerum tamen, quoniam res magna est, non incongruenter in ea manifestanda pluribus etiam atque etiam testimoniis inmoramur. ipsam enim dicit legem, ex qua nemo iustificatur, quam dicit subintrasse ut abundaret delictum, quam tamen ne quisquam ob hoc imperitus argueret et sacrilegus accusaret, defendit

9 Rom. 1, 21 13 Rom. 10, 3 26 cf. Rom. 3, 20. 5, 20

1 commemorantur *zb* epistulam *S* 2 quantum possumus demonst. *b* 3 non] nos *Lm1 G* in eo] ideo *O* adiuuari diuinitus *b* 5 nostra sine qua *s.l.O* 6 inpertitu *Lm1SP* impartitu *G* impartito *d* gratiae spiritu *L* 8 iustificet *b* 9 creatoris *om.zb* 10 cognoscemtes *Lm1* 12 dei *om.zbd* 13 qui *z* qua *b* uolentes suam iustitiam (iust. suam *C*) *KCd* suam uol. iust. *T* iustitiam *om.zb* 16 qui *Om1* quid *ex* quod *Km2* 17 different (a *s. alt.* e) *Om2* differunt *z* opere *LSPr* uele∗ mus (a *s. pr.* e)*O* 18 cito] recte *zb* 20 talia opera *b* 21 seruant *K* uallat *Lm1* 22 dignoscendum *Td* 23 hac *L* 26 qua *om. Om1* 27 abundaret] *add.* et *G*

eam dicens: quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit; sed peccatum non cognoui nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: non concupisces. occasione itaque accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. dicit etiam: lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum; sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. ipsa est ergo littera occidens, quae dicit: non concupisces, de qua item dicit quod paulo ante commemoraui: per legem enim cognitio peccati. nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem et prophetas, iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt; non enim est distinctio. omnes enim peccauerunt et egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorium per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae eius propter propositum praecedentium peccatorum in dei patientia, ad ostendendam iustitiam ipsius in hoc tempore, ut sit iustus et iustificans eum, qui ex fide est Iesu. deinde subinfert unde nunc agimus: ubi est ergo gloriatio tua? exclusa est. per quam legem? factorum? non, sed per legem fidei. lex ergo ista factorum ipsa est quae dicit: non concupisces, quia per illam cognitio peccati est. uolo igitur scire, si quis mihi dicere audeat, utrum lex fidei non dicat: non concupisces. si enim non dicit, quid causae est, cur non in ea positi securi atque inpune peccemus? hoc enim et illi putauerunt apostolum dicere, de

1 Rom. 7, 7.8 5 Rom. 7, 12. 13 8 cf. II Cor. 3, 6 9 Rom. 7, 7
10 Rom. 3, 20—26 21 Rom. 3, 27 23 Rom. 7, 7

3 nesciebam] non cognoui *b* 5 lex *om. Om1* 7 peccatum *post* appareat *om. zb* 8 mihi *om. zb* 9 que *Om1* 12 iustitias *K* 13 non enim] N̄ *P* 14 egen *Om1* gloriam *LGO* iustificati* *L* 15 redemtionem *L* 16 iħu *om.zb* praeposuit *z* propitiatorum *Km1G* propitiatorem *Km2b* 17 sanguinem *L* sanguinē *SPG* ostentationem *zb* 18 peccatorum] delictorum *zb, cf. p. 41, 16* 19 patientiā *P* ostentandam *z* ipsius *om. zb* 20 est *om.z* 21 infert *Lm1* ergo est *b* 22 tua *om. OCT* 24 illa *SG* igitur] ergo *b* qui *Lm1S* 26 causa *Lm1SPG* qur *Om1* securi *s.l.m2L* 27 et *om. O*

quibus ait: et sicut dicunt nos quidam dicere, faciamus mala, ut ueniant bona, quorum iudicium iustum est. si autem dicit etiam ipsa: non concupisces, sicut tam multa praecepta euangelica et apostolica testificari et clamare non cessant, quare lex factorum etiam ipsa non dicitur? neque enim quia non habet opera ueterum sacramentorum, circumcisionis uidelicet atque ceterorum, ideo non sunt opera quae habet in sacramentis suis huic iam tempori congruis. aut uero de operibus sacramentorum quaestio fuit, quando mentio legis ob hoc fiebat, quia per ipsam cognitio peccati est et ideo ex ea nemo iustificatur? unde non per illam exclusa est gloriatio, sed per legem fidei, ex qua iustus uiuit. sed numquid et per istam non fit cognitio peccati, cum et ipsa dicat: non concupisces?

22. Quid igitur interest? breuiter dicam. quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. illa dicit: non concupisces, ista dicit: cum scirem quia nemo esse potest continens, nisi deus det, et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum, adii dominum et deprecatus sum. ipsa est illa sapientia, quae pietas uocatur, qua colitur pater luminum, a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum. colitur autem sacrificio laudis actionisque gratiarum, ut cultor eius non in se ipso, sed in illo glorietur. ac per hoc lege operum dicit deus: 'fac quod iubeo', lege fidei dicitur deo: 'da quod iubes'. ideo enim iubet lex, ut admoneat quod faciat fides, id est ut cui iubetur, si nondum potest, sciat quid petat; si autem continuo potest et oboedienter facit, debet etiam scire quo donante possit. non enim spiritum huius mundi accepimus, ait idem ipse constantissimus gratiae praedicator, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quae a deo donata sunt

1 Rom. 3, 8 9 cf. Rom. 3, 20 10 cf. Rom. 3, 27. 1, 17 11 cf. Hab. 2, 4 etc. 12 Rom. 7, 7 14 Ex. 20, 17 15 Sap. 8, 21 19 cf. Iac. 1, 17 21 cf. II Cor. 10, 17 26 I Cor. 2, 12

1 quidē *b* dicere *om. Lm1SPG* 2 iudicium iustum] damnatio iusta *zb* 3 tam] iam *O*, *om. zb* 4 et apostolica *om. zb* 5 habe*t *O* 7 iam *om. zd* 9 ideo nemo extra iustificatur *b* 11 nun quid *S* 12 ipse *Om1* 13 quid ergo *b* interest] est *zb* minando] mundo *b* 14 impetrat (t *pr. s.l.*)*O* 15 potest esse *zb* 16 et] ei *G* 17 adii (ii *s.l.m2*)*K* et *om. Om1* deprecatu**O* 20 lau*dis *O* actionibusque *zb* 23 da* *P* *alt.* quod] quid *z* 24 iube*tur *O* 25 quoḍ *K* 27 ipse *om. zb* 28 sunt donata *O*

nobis. quis est autem spiritus mundi huius nisi superbiae spiritus, quo cor insipiens obscuratum est eorum, qui cognitum deum non ut deum gratias agendo glorificauerunt? nec alio spiritu decipiuntur etiam illi, qui ignorantes dei iustitiam et suam iustitiam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. unde mihi uidetur magis esse fidei filius, qui nouit a quo speret quod nondum habet, quam qui sibi tribuit id quod habet. quamuis utrique horum praeferendus sit qui et habet et nouit a quo habeat, si tamen non se credat iam esse quod nondum est, ne incidat in uitium illius pharisaei, qui quamquam deo gratias ageret ex his quae habebat, nihil tamen petebat dari sibi, tamquam nihilo indigeret ad augendam perficiendamue iustitiam. his igitur consideratis pertractatisque pro uiribus, quas dominus donare dignatur, colligimus non iustificari hominem praeceptis bonae uitae nisi per fidem Iesu Christi, hoc est non lege operum, sed lege fidei, non littera, sed spiritu, non factorum meritis, sed gratuita gratia.

XIV. 23. Quamuis itaque illos, quibus circumcisio persuadebatur, ita corripere atque corrigere uideatur apostolus, ut legis nomine eandem circumcisionem appellet ceterasque eiusmodi legis obseruationes, quas tamquam umbras futuri iam nunc respuunt Christiani id tenentes quod per illas umbras figurate promittebatur, tamen legem, ex qua neminem dicit iustificari, non tantum in illis sacramentis, quae habuerunt promissiuas figuras, uerum etiam in illis operibus uult intellegi, quae quisquis fecerit iuste uiuit; ubi est et illud: non concupisces. atque ut hoc quod dicimus fiat planius, ipsum Decalogum uideamus. certe enim legem Moyses ministrandam populo accepit in monte, scriptam in lapideis tabulis digito dei. haec decem praeceptis constringitur, ubi nihil de circumcisione mandatum est,

2 cf. Rom. 1, 21 4 Rom. 10, 3 10 cf. Luc. 18, 11. 12 18 cf. Rom. 2, 17—29 21 cf. Col. 2, 17 25 Ex. 20, 17 27 cf. Ex. 31, 18. Deut. 9, 10 28 cf. Ex. cap. 20

1 qui *Lm1* 5 iustitiam *om. zb* 6 magis uidetur *zb* 8 atribuit *C* quamuis—habeat *in mg. m2 O* 9 *alt.* habet *zC Pbd* iam *om. zd* 10 nec *K* 11 egeret *Om1* iis *d* 12 nihil *PGb* perfitiendamue* *P* perficiendamuera *C* 13 his ergo *b* 14 donare] dare *z* dignetur *Om1* 16 lege *om. zbd* 18 persuadebetur *Lm1* 19 atque corrigere *in mg. Om3* 21 christ. resp. *b* 23 nemino *O* tantum(tan *add. m2*) *O* 24 uerum] ueterum sed *zb* 25 quisquis *s.l.Om2* quisque *C* 26 concupiscis *SG* 28 scrip*tam *O*

nihil de uictimus pecorum, quae nunc a Christianis non immolantur. in illis igitur decem praeceptis excepta sabbati obseruatione dicatur mihi quid non sit obseruandum a Christiano siue de non faciendis colendisque idolis aliisque ullis diis praeter unum uerum deum siue de non accipiendo nomine dei in uanum siue de honore parentibus deferendo siue de cauendis fornicationibus, homicidiis, furtis, falsis testimoniis, adulteriis, re aliena concupiscenda. quid horum quisquam dixerit Christianum non debere seruare? an forte non istam legem, quae in illis duabus tabulis scripta est, litteram occidentem appellat apostolus, sed illam circumcisionis aliorumque ueterum iamque abolitorum sacramentorum? sed quomodo id putabimus, cum in ea sit ‘non concupisces‘, ‘per‘ quod ‘mandatum‘ quamuis ‘sanctum et iustum et bonum fefellit me‘, inquit, ‘peccatum et per illud occidit‘? quid enim aliud est littera occidit?

24. Quamuis euidentius eo ipso loco ad Corinthios, ubi ait: littera occidit, spiritus autem uiuificat, non aliam uelit intellegi litteram quam ipsum Decalogum in illis duabus tabulis scriptum. sic enim dicit: quoniam estis epistola Christi ministrata per nos, scripta non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. confidentiam autem talem habemus per Christum ad deum, non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litterae, sed spiritus; littera enim occidit, spiritus autem uiuificat. si autem ministratio mortis in litteris figurata lapideis facta est in gloria, ita ut non possent intendere filii Is-

11 Rom. 7, 7 12 cf. Rom. 7, 12. 11 14. 15 II Cor. 3, 6 18 II Cor. 3, 3—9

3 a *om. O* siue] super *b*, *item l. 4. 5* 4 aliisque] atque (at *s.l.*)*O* nullis *K* dis *Lm1Om1* deum uerum *zb* 6 deferendum *O* homicidii *Om1* 7 adulteris *P* quid] quis *S* 8 obseruare *b* 9 scribta (*sic fere semper*)*Lm1* 10 abolitorum (a *ex* o)*O* 11 sacramentorum *s.l.Om2* id *om. zOTbd* putabimus (b *ex* u *m2*) *K* imputabimus *T* 15 chorintios *L* 18 xpi epistola *zb* epistulae *T* epistula *SO* 19 non atramento scripte *b* 20 *pr.* in *om. K* 22 simus *zOm2Tbd* aliquid a nobis *Km2d* 23 et *om. zbd* 24 littera *SOKCm1Tb* spu *OKCm1b* spm *T*. *cf. 184, 5 . 189, 3* 25 autem] uero *T* 26 fugurata *G* lapideis] in lapidibus *zbd*, *cf. 178, 8* 27 factata est *O* fuit *zbd* gloriam *z* possint (i *ex* e) *S*,*PKm1* filii irł intendere *K*

rahel in faciem Moysi propter gloriam uultus eius quae euacuatur, quare non magis ministratio spiritus erit in gloria? si enim ministratio damnationis gloria est, multo magis abundabit ministratio iustitiae in gloria. dici de his uerbis multa possunt, sed postea fortasse oportunius. nunc autem aduerte quam dicat litteram quae occidit, cui uelut e contrario uiuificantem ingerit spiritum. ea certe est ministratio mortis in litteris figurata lapideis et ministratio damnationis, quia lex subintrauit, ut abundaret delictum. porro autem praecepta ipsa tam sunt utilia facienti atque salubria, ut nisi quis ea fecerit uitam habere non possit. an uero propter unum praeceptum, quod ibi de sabbato positum est, dictus est Decalogus littera occidens, quoniam quisquis illum diem, sicut littera sonat, nunc usque obseruat, carnaliter sapit — sapere autem secundum carnem mors est — et illa nouem praecepta quae sic recte obseruantur, ut scripta sunt, non ad legem operum, ex qua nemo iustificatur, sed ad legem fidei, ex qua iustus uiuit, pertinere putanda sunt? quis tam absurde sentiat ministrationem mortis in litteris lapideis figuratam non dici ex omnibus decem praeceptis, sed ex uno solo quod ad sabbatum pertinet? ubi ergo ponimus: lex iram operatur; ubi enim non est lex, nec praeuaricatio et: usque ad legem peccatum in mundo fuit; peccatum autem non deputabatur, cum lex non esset, et illud, quod iam totiens commemorauimus: per legem cognitio peccati, maximeque illud, ubi euidentius expressit unde agitur: concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces?

6 cf. II Cor. 3, 6 7 cf. II Cor. 3, 7. 9 8 cf. Rom. 5, 20 13 cf. Rom. 8, 6 15 cf. Rom. 3, 20 16 cf. Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38. Habac. 2, 4 19 Rom. 4, 15 20 Rom. 5, 13 23 Rom. 3, 20 24 Rom. 7, 7

1 facie *S* 2 euacuetur *K* 3 si enim] Ideo *b* 4 abundauit *L* ministerium *zCbd, cf. 184, 12* 5 uerba *Lm1SPG* postea *s.l.Om2* 6 aduerte *om.Lm1* ad litteram *P* littera *SG* 7 spiritum ingerit *Td* certa *P* est *om. O* 8 in lapideis (in *s.l.m2;* ibus *s.* eis *m3*) *L* in lapideis *ST* subintrabit *C* 9 p̄cepto *Om1* 11 est positum *zTd* positu *S* 12 diem nunc usque obseruat, sicut littera sonat *d* 14 autem] enim *zb* si *Pb* 17 tam̄ *O* sentia*t *P* motis *Lm1* 18 figuratam lapideis *zbd* lapideis (ibus *m2 s.* eis) *L* decem *om. b* 19 ex hoc uno *K* 21 mundum *T* 22 deputatur *LSGK, cf. pag. 13, 17* totie*s *L* toties *GOTd* 24 euidentius (ius *in ras. m3*) *L* *post* euidentius *exp.* peccati *O* 25 nes*ciebam *O*

25. Quem totum locum adtende et uide utrum quicquam propter circumcisionem uel sabbatum uel quid aliud umbratilis sacramenti, ac non totum propter hoc dicat, quod littera prohibens peccatum non uiuificat hominem, sed potius occidit augendo concupiscentiam et iniquitatem praeuaricatione cumulando, nisi liberet gratia per legem fidei quae est in Christo Iesu, cum diffunditur caritas in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. cum enim dixisset: ut seruiamus in nouitate spiritus et non in uetustate litterae, quid ergo dicemus? inquit. lex peccatum est? absit. sed peccatum non cognoui nisi per legem. nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam; sine lege enim peccatum mortuum est. ego autem uiuebam aliquando sine lege, adueniente autem mandato peccatum reuixit. ego autem mortuus sum et inuentum est mihi mandatum, quod erat in uitam, hoc esse in mortem. peccatum enim occasione accepta per mandatum fefellit me et per illud occidit. itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. quod ergo bonum est, mihi factum est mors? absit. sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat super modum peccans peccatum per mandatum. scimus enim, quia lex spiritalis est; ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato. quod enim operor, ignoro; non enim quod uolo, hoc ago, sed quod odi, illud facio. si autem quod nolo, hoc facio, consentio legi, quoniam bona. nunc autem iam non ego operor

5 cf. Rom. 7, 25 6 cf. Rom. 5, 5 8 Rom. 7, 6—25

1 quidquam *GOTd* 2 umbrat illis *Km1* sacramenti*T* 5 praeuaricationē *G* 6 funditur *b* caritas *s. ras. Sm1, om. Pb* 10 cognoui (cogno *s. ras. m3*) *L* *post* cognoui *4 fere litt. eras. P* 12 autem *om. zb* 14 est] erat *Gd* 17 uita *Lm1SPOb* esse*O* morte *Lm1SPGb* 20 factum est mihi *Td* 22 operatum est mihi *b* 23 fiat (a *in ras. m2*) *L* supra *Ob* 26 peccata *SG* 27 ago] facio *K* sed—*l. 28* facio *in mg. Km2* 28 hoc *om. b* consentia *SG* 29 bona est *CTb* non iam *d*

illud, sed quod habitat in me peccatum. scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. uelle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. non enim quod uolo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. si autem quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. inuenio ergo legem uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati.

26. Apparet igitur litterae uetustatem, si desit nouitas spiritus, reos facere potius cognitione peccati quam liberare a peccato. unde et alibi scriptum est: qui apponit scientiam, apponit dolorem, non quia ipsa lex malum est, sed quia mandatum bonum habet in littera demonstrante, non in adiuuante spiritu. quod mandatum si fit timore poenae, non amore iustitiae, seruiliter fit, non liberaliter et ideo nec fit. non enim fructus est bonus, qui de caritatis radice non surgit. porro autem si adsit fides, quae per dilectionem operatur, incipit condelectari legi dei secundum interiorem hominem, quae delectatio non litterae, sed spiritus donum

20 Eccle. 1, 18 23 mandatum—radice non surgit] cf. Prosperi Aquitani sent. ex Aug. delib. (LI 463 M) 25 cf. Gal. 5, 6 26 cf. Rom. 7, 22

1 sed] *add.* id *OKC* in me habitat *OKC* 3 enim] autem *O* 4 *post pr.* non *s.l.m2* inuenio *K* 5 malum—nolo *om.T* 8 inuenio* *L* inuenior *SPGb* ego *G* mihi legem uolenti *O* legem mihi uolenti *KCT* mihi *om. L* 12 repugnantem *O* 13 menbris *O* 14 liberauit *Lm1SGOm1* 16 ipse ego *KC* 17 *alt.* lege *b* 20 scientiam apponit *om. C* 21 et dolorem *Td* lex ipsa *b* 22 habet *om. b* in *alt. om. PKCb* 23 mandatum dei *Prosper* 24 liberaliter (eraliter *in mg.*) *G* est fructus *b* 25 surgit] procedit *Prosper* 26 secumdum *O*

est, etiamsi alia lex in membris adhuc repugnat legi mentis, donec in nouitatem, quae de die in diem in interiore homine augetur, tota uetustas mutata pertranseat liberante nos de corpore mortis huius gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

XV. 27. Haec gratia in testamento uetere uelata latitabat, quae in Christi euangelio reuelata est dispensatione temporum ordinatissima, sicut deus nouit cuncta disponere. et fortasse ad illud ipsum eius latibulum pertinet, quod in eo Decalogo, qui datus est in monte Sina, hoc solum praecepto figurato occultatum est, quod ad sabbatum pertinet. sabbatum autem dies sanctificationis est. nec uacat, quod inter omnia opera, quae fecit deus, illic primo sanctificatio somuit, ubi ab omnibus operibus requieuit, unde nunc non est disserendi locus. uerum tamen, quod rei de qua agitur satis esse arbitror, non frustra illo die populus ab omni opere seruili abstinere praeceptus est, quo significatur peccatum, nisi quia non peccare sanctificationis est, hoc est muneris dei per spiritum sanctum. quod in lege, quae duabus lapideis tabulis conscripta est, solum inter cetera in umbra figurae positum est, in qua Iudaei sabbatum obseruant, ut hoc ipso significaretur tempus tunc fuisse occultandae gratiae, quae nouo testamento fuerat per Christi passionem tamquam scissione ueli reuelanda; cum enim transieris, inquit, ad Christum, auferetur uelamen.

XVI. 28. Dominus autem spiritus est; ubi autem spiritus domini, ibi libertas. hic autem spiritus dei, cuius dono iustificamur, quo fit in nobis ut non peccare delectet, ubi libertas est, sicut praeter hunc spiritum peccare delectat, ubi seruitus, a cuius operibus abstinendum, id est spiritaliter sabbatizandum, est, hic

1 cf. Rom. 7, 23 2 cf. II Cor. 4, 16 3 cf. Rom. 7, 25 8 cf. Ex. 24, 12 10 cf. Ex. 20, 11 12 cf. Gen. 2, 3 14 cf. Ex. 20, 10 17 cf. Ex. 24, 12 20 cf. Matth. 27, 51 21 II Cor. 3, 16 23 II Cor. 3, 17

1 adhuc *om. S* 2 in *fin. om. O* 3 mutata *ex* mutatur *O* 5 *post* gratia *eras.* quę *O* ueteri *O* 6 xpo *Lm1G* 8 eo *om. KC* decalago *G* 9 syna *LSP* fugurato *Pm1* 10 dies *om. zb* 12 ibi *T* 13 diserendi *Lm1* deserendi *Pm1* differendi *G* ueruntamen *O* 14 esse (e *fin. s.l.*) *P* 17 tabulis lapideis *b* 18 in quo *L* 19 tunc tempus *b* 20 quo *b* 21 scissionem *PTbd* uel ireuelanda *SOm1* reuelata *b* cum enim inquit (*post.* inquit *om.*) *Pb* transierit (s *s.* ṭ *m1*) *L* transierit *SPGTbd* 24 ibi *om. C* 27 delectet *Km1* 28 id est spiritaliter sabbatizandum *om. zbd*

spiritus sanctus, per quem diffunditur caritas in cordibus nostris, quae plenitudo legis est, etiam digitus dei in euangelio dicitur. unde quia et illae tabulae digito dei conscriptae sunt et digitus dei est spiritus dei, per quem sanctificamur, ut ex fide uiuentes per dilectionem bene operemur, quem non moueat ista congruentia ibidemque distantia? dies enim quinquaginta computantur a celebratione Paschae, quae figurate occisione ouis per Moysen fieri praecepta est in significationem utique futurae dominicae passionis, usque ad diem, quo Moyses legem accepit in tabulis digito dei conscriptis; similiter ab occisione et resurrectione illius, qui s i c u t o u i s a d i m m o l a n d u m d u c t u s e s t, quinquaginta diebus completis congregatos in unum fideles digitus dei, hoc est spiritus sanctus, inpleuit.

XVII. 29. In hac mirabili congruentia illud certe plurimum distat, quod ibi populus accedere ad locum, ubi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur, hic autem in eos superuenit spiritus sanctus, qui eum promissum expectantes in unum fuerant congregati; ibi in tabulis lapideis digitus dei operatus est, hic in cordibus hominum. ibi ergo lex extrinsecus posita est, qua iniusti terrerentur, hic intrinsecus data est, qua iustificarentur. n a m: n o n a d u l t e r a b i s, n o n h o m i c i d i u m f a c i e s, n o n c o n c u p i s c e s e t s i q u o d e s t a l i u d m a n d a t u m — quod utique in illis tabulis scriptum est — i n h o c, inquit, s e r m o n e r e c a p i t u l a t u r, i n e o q u o d d i l i g e s p r o x i m u m t u u m t a m q u a m t e i p s u m. d i l e c t i o p r o x i m i m a l u m n o n o p e r a t u r. p l e n i t u d o a u t e m l e g i s c a r i t a s. haec non in tabulis conscripta lapideis,

1 cf. Rom. 5, 5 2 cf. Rom. 13, 10 Luc. 11, 20 3 cf. Deut. 9, 10 5 cf. Gal. 5, 6 7 cf. Ex. c. 12 10 Esai. 53, 7 12 cf. Act. 2, 1—4 15 cf. Ex. c. 19 17 Act. 2, 1 20 Rom. 13, 9. 10

3 et *om. O* conscribtae (con *s.l.m2*) *K* digito (us *s.* o) *P*, *Lm1SG* 4 *pr.* dei *om. Pb* 5 dilectione *T* 6 ibidemque (ea *s.* ibi *m2*) *K* eademq. *C* idemque *T'* quinqua*ginta *L* 7 occisione (occasione *Lm1 Sm1 Gm1*) figuratae ouis *zbd* figuratae *Km1T* 8 in significatione *zKOCb* 9 qua *zTbd* 13 implebit *C* 14 illius *T* 17 eum] cum *O* fuerunt *b* 18 digito *O* 19 iusti *T* 20 terrentur *O* datata *O* nam *om. K* 22 si *om. C* 23 quod (d *s. ras. m2*) *O* 24 diligis *Lm2* diligens *C* 25 sicut (*in mg.* tāquā) *P* sicut *K* proximo *SG* 27 legis] *add.* est *zTbd* caritas] dilectio *b*

sed diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. lex ergo dei est caritas. huic prudentia carnis non est subiecta; neque enim potest. sed ad hanc prudentiam carnis terrendam cum in tabulis scribuntur opera caritatis, lex est operum et littera occidens praeuaricatorem: cum autem ipsa caritas diffunditur in corde credentium, lex est fidei et spiritus uiuificans dilectorem.

30. Vide nunc quemadmodum consonet ista discretio illis apostolicis uerbis, quae paulo ante ob aliud commemorata et diligentius pertractanda distuleram. manifestati, inquit, quoniam estis epistola Christi ministrata per nos, scripta non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. ecce quemadmodum ostendit, quia illud extra hominem scribitur, ut eum forinsecus terrificet, hoc in ipso homine, ut eum intrinsecus iustificet. carnales autem tabulas cordis dixit non carnalis prudentiae, sed tamquam uiuentes sensumque habentes in conparatione lapidis, qui sine sensu est. et quod paulo post dicit, quod non poterant intendere filii Israhel usque in finem uultus Moysi et ideo eis per uelum loquebatur, hoc significat, quia littera legis iustificat neminem, sed uelamen positum est in lectione ueteris testamenti, donec ad Christum transeatur et auferatur uelamen, id est transeatur ad gratiam et intellegatur ab ipso nobis esse iustificationem, qua faciamus quod iubet. qui propterea iubet, ut in nobis deficientes ad illum confugiamus. ideo uigilantissime cum dixisset: confidentiam talem habemus per Christum ad deum, ne nostris hoc uiribus

1 Rom. 5, 5 3 cf. Rom. 8, 7 6 cf. Rom. 5, 5 10 II Cor. 3, 3
19 cf. II Cor. 3, 7. 13 22 cf. II Cor. 3, 16 26 II Cor. 3, 4—6

1 est *om. S* 4 prudentia T carni *O* quū *O* 7 et in spiritus *T* 10 manifestata *Km1* 11 epistula *SPm1O* epistole—ministrate—scripte *b* 12 scripta *om. K* 15 hominum (e *s.* u) *P* 17 carnales *O* uiuentis *Lm2SPGTöd* 18 habentis *zbd* sensu*L* 19 filii*K* irł *LSPK* 21 qua *Lm1* quod *b* littera* (*alt.* t *s.l.m2*) *L* littera a *SG* neminem iustificat *bd* 22 in lectionem *LSPm1* 23 et—transeatur *om. T* auferetur *O* 24 nouis *Lm1* faciamus] iustificatur *b* 25 in *s.l.L, om. SPGb* nouis *Lm1* nos *b* 26 talem *om. b* habeamus *C* habeamus *T* 27 ihm xpm *P*

tribueretur, continuo commendauit unde agitur dicens: non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litterae, sed spiritus; littera enim occidit, spiritus autem uiuificat.

XVIII. 31. Proinde quia lex, sicut alibi dicit, praeuaricationis gratia posita est, id est littera ista extra hominem scripta, propterea eam et ministrationem mortis et ministrationem damnationis appellat: hanc autem, id est noui testamenti, ministrationem spiritus et ministrationem iustitiae dicit, quia per donum spiritus operamur iustitiam et a praeuaricationis damnatione liberamur. ideo illud euacuatur, hoc manet, quoniam terrens paedagogus auferetur, cum timori successerit caritas; ubi enim spiritus domini, ibi libertas. hanc autem ministrationem non ex meritis nostris, sed ex misericordia esse sic dicit: propter quod habentes ministrationem hanc sicut misericordiam consecuti non infirmemur, sed abiciamus occulta confusionis non ambulantes in astutia neque dolo adulterantes uerbum dei. hanc astutiam et dolum hypocrisin uult intellegi, qua uolunt iusti uideri superbi. unde et in illo psalmo, quem ad huius ipsius gratiae testificationem commemorat idem apostolus: beatus, inquit, cui non inputauit dominus peccatum neque est in ore eius dolus. haec est humilium sanctorum confessio, non se iactantium esse quod non sunt. et paulo post: non enim nosmet ipsos,

8 Gal. 3, 19 10 cf. II Cor. 3, 7. 9 15 cf. Gal. 3, 24 II Cor. 3, 17
18 II Cor. 4, 1. 2 25 Rom. 4, 8. Ps. 31, 2 28 II Cor. 4, 5. 6

2 quia] quod *zbd* simus *LSGb* aliquid] *add.* a nobis *żTbd*, *cf. 177, 22* 3 nobis (*om.* met ipsis) *K* 5 non littera sed spu *O*, *cf. 177, 24* 6 autem] uero *KCT* 8 qui *C* sicut lex alibi dicit *CT* 10 eam *om. K* 12 *pr.* minitratione *T* 15 pedagogus *Sr* timore *Lm1* timoris *Cm1T* 16 ibi *om. T* 17 dicit esse sic *b* 22 astutiam et *ex* astutia mea *Lm2* adstutiam *Cm1T* ypocrisin *SPGKb* hypocrisim *Td* 23 quia *Pb* qu∗a *O* superbi iusti *b* superbi uideri *zd* 24 quę *ex* quē *O* *post* gratiae *eras.* et *O* 27 iactantium se *b*

inquit, praedicamus, sed Iesum Christum dominum, nos autem seruos uestros per Iesum, quia deus, qui dixit de tenebris lumen clarescere, claruit in cordibus nostris ad inluminationem scientiae gloriae eius in faciem Christi Iesu. haec est scientia gloriae eius, qua scimus ipsum esse lumen, quo tenebrae nostrae inluminantur. et id ipsum adtende quemadmodum inculcet: habemus autem, inquit, thesaurum istum in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit dei et non ex nobis. et paulo post, cum eandem gratiam uberius in domino Iesu Christo commendans usque ad illud ueniret indumentum iustitiae fidei, quo induti non nudi inueniamur et propter hoc ingemescimus mortalitate praegrauati habitaculum nostrum quod de caelo est superindui cupientes, ut absorbeatur mortale a uita, uide quid adiungat: qui autem operatus est nos, inquit, in hoc ipsum deus qui dedit nobis pignus spiritus. et post pauca intulit: ut nos simus iustitia dei in ipso. haec est illa iustitia dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos ab eo facti.

XIX. 32. Nemo ergo Christianorum àberret ab hac fide, quae sola christiana est, neque quisquam, cum uerecundatus fuerit dicere per nos ipsos fieri nos iustos non hoc in nobis operante gratia dei, quia uidet hoc a fidelibus et piis ferri non posse cum dicitur, ad hoc se conuertat, ut dicat ideo sine operatione gratiae dei nos iustos esse non posse, quia legem dedit, quia doctrinam instituit, quia bona praecepta mandauit. illa enim sine adiuuante spiritu procul dubio est littera occidens; cum uero adest uiuificans spiritus,

7 cf. Ioh. 1, 5 8 II Cor. 4, 7 12 cf. II Cor. 5, 2—4 15 II Cor. 5, 5 18 II Cor. 5, 21

1 inquit *om. b* pdicamus *m2 ex* iudicamus *L* sed *s.l.Om2* xpm *s.l.Lm2* dnm nrm *Tb* 2 nos autem *om. T* 4 et claruit *O* 5 in—eius *in mg. O m2* 6 scientia*L* gloria *S* qu*a *O* 7 nulluminatur *Om1* illuminentur *d* id *om. b* 8 inquit *om. zbd* 9 ementiae *Om1* uirtus *T* 10 dei *om. zb* 11 uberibus *K* commendens *Km1* 12 quod *LSPm1G* indu*ti *O* 13 ingemiscimus *GKm2Cm2Td* mortaliter *LSPb* 17 spm *O* 18 iustia *O* 19 *pr.* quia *SG* *alt.* qu*a *O* facit *O* 20 aberet *Om1* 22 nos fieri *zb* 23 quiasidet *Lm1* uidelicet *K* piis ferri] plus fieri credi *b* ferre (i *s.* e *m1*)*S* ferre *K* posset *K* 24 conuertit *S* dei gratia *b* gratia *z* 25 esse iustos *L*

hoc ipsum intus conscriptum facit diligi, quod foris scriptum lex faciebat timeri.

33. Inspice hoc paululum et in eo testimonio quod per prophetam de hac re praeclarissimum editum est: ecce dies uenient, dicit dominus, et consummabo super domum Israhel et super domum Iuda testamentum nouum non secundum testamentum, quod feci patribus eorum in die, qua adprehendi manum eorum, ut eicerem eos de terra Aegypti, quia ipsi non perseuerauerunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit dominus. quia hoc testamentum est quod ordinabo domui Israhel: post dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in cor illorum et in mente eorum scribam eas; et ero eis in deum et ipsi erunt mihi in populum. et non docebit unusquisque ciuem suum et unusquisque fratrem suum dicens: cognosce dominum, quia omnes cognoscent me a minore usque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitati eorum et peccata eorum non memorabor ultra. quid ad haec dicemus? nempe in ueteribus libris aut nusquam aut difficile praeter hunc propheticum locum legitur facta commemoratio testamenti noui, ut omnino ipso nomine appellaretur. nam multis locis hoc significatur et praenuntiatur futurum, sed non ita, ut etiam nomen legatur expressum. considera igitur diligenter quam differentiam inter duo testamenta, id est uetus et nouum, deus esse testatus sit.

34. Cum dixisset: non secundum testamentum, quod feci patribus eorum in die, qua adpre-

4 Hier. 38 (31), 31—34 29 Hier. 38 (31), 32

2 timori *O* timere *Gm1* 3 quo *SG* 4 ac *T* edi∗tum *C* edictum *zTbd* 5 ueniunt *PGTd* 6 isrł *LSP* 7 non sec. test. *om. Om1* 8 feci∗*K* 9 eicerem] educerem *zd*, *cf. 187, 1. 188, 10* 13 isrł *L* illos dies *d* 14 meas *om. Km1* 15 eos *Lm1T* illis *b* 16 mihi erunt *zb* 18 dm̄ *Lm1* 22 dicemus *m2 ex* dicentum *O* dicimus *zTbd* 24 facta∗*O* 25 apell∗∗etur (*in mg. m2* appellaretur) *O* hoc *om. b* 30 perfeci *Pb*

hendi manum eorum, ut eicerem eos de terra Aegypti, uide quid adiunxit: quia ipsi non perseuerauerunt in testamento meo. uitio eorum deputat, quod in testamento dei non permanserunt, ne lex, quam tunc acceperunt, culpanda uideatur. ipsa est enim, quam non uenit Christus soluere, sed inplere, non tamen per eandem legem iustificatis impiis, sed per gratiam; hoc quippe agit uiuificans spiritus, sine quo littera occidit. si enim data esset lex, quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. ex hac promissione, hoc est ex dei beneficio, ipsa lex inpletur, sine qua promissione praeuaricatores facit uel usque ad effectum mali operis, si etiam repagula timoris concupiscentiae flamma transcenderit, uel certe in sola uoluntate, si timor poenae suauitatem libidinis uicerit. quod enim ait: conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, ipsius conclusionis utilitas dicta est. nam 'conclusit' ad quos usus, nisi quemadmodum alibi dicit: prius autem quam ueniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quae postea reuelata est? lex ergo data est, ut gratia quaereretur, gratia data est, ut lex inpleretur. neque enim suo uitio non inplebatur lex, sed uitio prudentiae carnis. quod uitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit; quod enim inpossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, misit deus filium

5 cf. Matth. 5, 17 8 Gal. 3, 21. 22 16 Gal. 3, 22 20 Gal. 3, 23
22 lex—sanandum fuit] cf. Prosperi Aquitani sent. ex Aug. delib. (LI 434 M)
26 Rom. 8, 3.4

1 educerem *d* 4 perseuerauerunt *b* nec *O* 5 ipsa enim est *L* 6 implerem *C* 7 gratia *SG* agit (g *s.l.*) *P* 8 est *C* possit *LK* 10 conclusit omnia scriptura *SPG b* scriptura—fide *in mg. Lm1* 11 ex fide *om. SG*, *s.l. P* 12 *pr.* ex] et *T* 13 impleretur *T* sina *Om1* 14 *ante* ad *eras.* ad *S* timoris et concup. *b* 15 transcenderet *b* uel**O* 17 omnes *O* 19 ad quod *C* 20 priusquam autem *d* 21 conclusione a fidē *Om1* eandem *b* 22 ergo *om. Prosper* 23 gratia autem data est *O* 24 prudentia *Lm1* 26 inpossiuile (n *s.l.*) *O* legi *b*

suum in similitudine carnis peccati et de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustitia legis inpleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. unde et in isto prophetico testimonio: consummabo, inquit, super domum Israhel et super domum Iuda testamentum nouum. quid est consummabo nisi 'inplebo' non secundum testamentum, quod feci patribus eorum in die, qua adprehendi manum eorum, ut eicerem eos de terra Aegypti?

XX. 35. Ergo illud uetus erat, quia hoc nouum est. unde igitur illud uetus, hoc nouum, cum lex eadem inpleatur per testamentum nouum, quae dixit in uetere: non concupisces? quia ipsi, inquit, non perseuerauerunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit dominus. ergo propter ueteris hominis noxam, quae per litteram iubentem et minantem minime sanabatur, dicitur illud testamentum uetus, hoc autem nouum propter nouitatem spiritus, quae hominem nouum sanat a uitio uetustatis. denique adtende quod sequitur et uide quanta luce fiat perspicuum, quod sibi fidentes nolunt homines intueri. quia hoc testamentum est, inquit, quod ordinabo domui Israhel: post dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in cor illorum et in mente eorum scribam eas. ecce est unde apostolus ait, quod supra commemorauimus: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, quia non atramento, sed spiritu dei uiui. nec ob aliud arbitror

5 Hier. 38 (31), 31. 32 13 Ex. 20, 17 Hier. 38 (31), 32 21 Hier. 38 (31), 33 25 II Cor. 3, 3

1 similitudinē *b* 2 damnabit *T* in carne *om. Om1* *post* carne *ras. 9 fere litt. in L* iustitiae *P* 8 secudum *O* 10 educerem *d* 11 Et ergo *b def. L* 13 ueteri *b* 14 inquit ipsi *Pb* perserauunt *Om1* 15 *uocabulo* meo *fin. fol. 180*^{b} *L (cf. Praef.)* et *om. b* 16 nox*am *SK* noxa *T* iuuentem *SG* 18 quae] atque *Om2* hominum *Om1* 19 sanatū ***** a uitio uet. (ū *et sqq. m2 in uacuo spatio*) *O* 21 intueri (int *in ras.*) *Om2* inquid (*sic semper*) *S* 24 mentem illorum *O* eos *O* est *om. b* 26 qui *Om1* 27 uiri *T*

in eo loco apostolum uoluisse commemorare testamentum nouum — ibi quippe ait: q u i e t i d o n e o s n o s f e c i t m i n i s t r o s n o u i t e s t a m e n t i n o n l i t t e r a e, s e d s p i r i t u s —, nisi quia istam intuebatur prophetiam, cum diceret: n o n i n t a b u l i s l a p i d e i s, s e d i n t a b u l i s c o r d i s c a r n a l i b u s, quoniam hic dictum est: i n c o r d i b u s e o r u m s c r i b o e a s, ubi nominatim promissum est testamentum nouum.

XXI. 36. Quid sunt ergo leges dei ab ipso deo scriptae in cordibus nisi ipsa praesentia spiritus sancti, qui est digitus dei, quo praesente diffunditur caritas in cordibus nostris, quae plenitudo legis est et finis praecepti? nam quia ueteris testamenti promissa terrena sunt, licet — exceptis sacramentis, quae umbrae erant futurorum, sicut est circumcisio et sabbatum et aliae dierum obseruationes et quarundam escarum cerimoniae et multiplex sacrificiorum sacrorumque ritus, quae uetustati carnali lege iugoque seruili congruebant — talia contineat praecepta iustitiae, qualia nunc quoque obseruare praecipimur, quae maxime duabus illis tabulis sine figura adumbratae significationis expressa sunt, sicuti est: n o n a d u l t e r a b i s, n o n h o m i c i d i u m f a c i e s, n o n c o n c u p i s c e s et si q u o d e s t a l i u d m a n d a t u m, q u o d i n h o c s e r m o n e r e c a p i t u l a t u r: d i l i g e s p r o x i m u m t u u m t a m q u a m t e i p s u m, tamen, quia in eo, sicut dixi, promissa terrena et temporalia recitantur, quae bona sunt huius corruptibilis carnis, quamuis eis sempiterna atque caelestia ad nouum scilicet testamentum

2 II Cor. 3, 6 5 II Cor. 3, 3 6 Hier. 38 (31), 33 10 cf. Luc. 11, 20
11 cf. Rom. 5, 5 cf. Rom. 13, 10 12 cf. I Tim. I, 5 13 cf. Col. 2, 17
15 cf. Retract. 20 Rom. 13, 9

def. L 3 littera *O* spiritu *GO* 4 ipsā *K* ista *T* prophetia *T* 7 eorum *om. b* scribam *OTb* 9 quid] quae *in mg. Om3* ergo sunt *b* scriptae—testamenti *in lin. uac. m4 add. O* (*cf. Praef.*) 10 ipsa *om. O* sancti] dei *b* 11 plen. est legis *O* 12 praecepti finis *d* ueteris *in ras. G* 13 umbra *zTbd* 15 caerimoniae *S* 16 sacrorum *b* uetustate *T* carnalis legis *Td* lege *om. OKC* 17 congruebant—obseruare *om. Om1* 19 figura (i *ex* u) *P* ad l umbra *S* 20 homicium *K* 21 aliud est *d* 22 sermo *G* 23 diligens *C* tamquam] sicut *KCbd, cf. 182, 25* 24 promissa—figurentur *in lin. uac. m4 add. O* promissi (a *s.* i) *P* 25 sint *K* 26 caelestia *in mg. O*

pertinentia figurentur, nunc ipsius cordis bonum promittitur, mentis bonum, spiritus bonum, hoc est intellegibile bonum, cum dicitur: dans leges meas in mente eorum et in cordibus eorum scribam eas. unde significauit eos non forinsecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsecus habitantem ipsam legis iustitiam dilecturos.

XXII. 37. Deinde addidit et mercedem: et ero eis in deum et ipsi erunt mihi in populum. hoc est illud, quod deo ait ille: mihi autem adhaerere deo bonum est. ero, inquit, illis in deum et ipsi erunt mihi populus. quid hoc bono melius, quid hac felicitate felicius uiuere deo, uiuere de deo, apud quem est fons uitae et in cuius lumine uidebimus lumen? de hac uita dicit ipse dominus: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum, id est te et quem misisti Iesum Christum unum uerum deum. hoc enim et ipse promittit dilectoribus suis dicens: qui diligit me, mandata mea custodit; et qui diligit me, diligitur a patre meo. et ego diligam eum et ostendam me ipsum illi, utique in forma dei, in qua aequalis est patri, non in forma serui, in qua se et impiis ostendebat. tunc enim fiet quod scriptum est: tollatur impius, ut non uideat claritatem domini, quando ibunt sinistri in ignem aeternum, iusti autem in uitam aeternam. quae uita aeterna, sicut commemoraui, definita est ea esse, ut cognoscant unum uerum deum. hinc dicit et Iohannes: dilectissimi, filii dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum

3 Hier. 38 (31), 33 7 Hier. 38 (31), 33 9 Ps. 72, 28 10 Hier. 38 (31), 33 12 cf. Rom. 6, 11 cf. Ps. 35, 10 14 Ioh. 17, 3 18 Ioh. 14, 21 21 cf. Phil. 2, 6.7 22 Esai. 26, 10 24 cf. Matth. 25, 46 25 cf. Ioh. 17, 3 26 I Ioh. 3, 2

def. L 1 bonum cordis *CTd* 2 intelligentie *b* 3 dabo *Cd* 5 terrendum *Om1* formidatur∗os (h *eras.*) *O* 6 dilectorus *Km1* 7 ad l addidit *K* atdidit *C* eis] illis *O* 9 de deo ait *Ob* 10 illis inquid (t) *SP* in *om. S* 11 in populum *T* 14 aũ *s. l. P* 17 uerum deum] dnm uerum *P* deum uerũ *b* d∗m *O* et *om. O* 19 diligetur *POTbd* 22 ostendet *PTd* 23 ut] et *LSPb* claritatem] gloriam *zbd* di *O* 26 et *om. Km1* iohannis *S* ioh *P* 28 quid erimus *PGTd*

sicuti est. haec similitudo nunc incipit reformari, quamdiu homo interius renouatur de die in diem secundum imaginem eius, qui creauit eum.

XXIII. 38. Sed ad illius eminentiae perfectionem, quae tunc futura est, quid hoc aut quantum est? si quidem apostolus ad illa ineffabilia qualecumque adhibens de notis rebus exemplum paruulam aetatem uirili conparauit aetati: cum essem, inquit, paruulus, quasi paruulus loquebar, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus cogitabam; cum autem factus sum uir, quae paruuli erant deposui. cur autem hoc dixerit consequenter ostendens: uidemus, inquit, nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem; nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.

XXIV. 39. Proinde etiam per hunc prophetam, cuius testimonium pertractamus, hoc additur, ut in eo merces, in eo finis, in eo perfectio felicitatis, in eo beatae aeternaeque uitae summa consistat. cum enim dixisset: et ero illis in deum et ipsi erunt mihi populus, continuo addidit: et non docebunt unusquisque ciuem suum et unusquisque fratrem suum dicens: cognosce dominum, quia omnes cognoscent me a minore usque ad maiorem eorum. nunc certe iam tempus est testamenti noui, cuius per prophetam est facta promissio per haec uerba, quae ex illa prophetia commemorauimus. cur ergo adhuc dicit unusquisque ciui suo et fratri suo: cognosce

2 cf. II Cor. 4, 16 cf. Col. 3, 10 7. 11 I Cor. 13, 11. 12 19. 20 Hier. 38 (31), 33. 34 27 Hier. 38 (31), 34

2 imagine *S* i∗maginem *O* 5 *a uoce* si quidem *inc. fol. 181*[a] *L* 6 effabilia *P* inefabilia *OK* rebus notis *b* 7 comparaui *Tm1* 8 paruolus *L bis* quasi paruulus loquebar *om. T* loquebar quasi paruulus *om. O* 9 cogitauam *Om1* 10 euacuaui ea quae paruuli erant *O* euac. quae erant paru. *K* eu. ea quae p. e. *CT* deposui ea quae p. e. *d* 12 nunc īquit (īquit *s. l.*) *L* aenigmate *SGCT* 18 aeternaque *Om1* summę (e) *Cm1T* 19 *pr.* et *om. O* 20 mihi erunt *z* in populo *O* 21 docebit *Grbd, cf. 186, 17. 192, 9* 22 dm̄ *O* 23 a maiore—minorem *K* 24 ∗eorum *K, om. b* 25 per *s. l. Om2* facta est *bd* 26 prophetiam *G* commemorabimus *Om1* quur *LO*

dominum? an forte non dicitur, cum euangelium praedicetur et eius ipsa sit praedicatio, ut hoc ubique dicatur? nam unde se apostolus gentium dicit esse doctorem, nisi quia hoc fit quod ipse ait: quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credunt quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante? cum ergo nunc ista praedicatio usquequaque crebrescat, quomodo tempus est testamenti noui, de quo propheta dixit: et non docebit unusquisque ciuem suum et unusquisque fratrem suum dicens: cognosce dominum, quia omnes cognoscent me a minore usque ad maiorem eorum, nisi quia eiusdem testamenti noui aeternam mercedem, id est ipsius dei beatissimam contemplationem, promittendo coniunxit?

40. Quid ergo est 'omnes a minore usque ad maiorem eorum' nisi omnes pertinentes spiritaliter ad domum Israhel et ad domum Iuda, hoc est ad filios Isaac, ad semen Abrahae? ipsa est enim promissio, qua ei dictum est: in Isaac uocabitur tibi semen. non enim qui filii carnis, hi filii dei, sed filii promissionis deputantur in semen. promissionis autem uerbum hoc est: ad hoc tempus ueniam et erit Sarrae filius. non solum autem, sed et Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. de nondum enim natis neque qui aliquid operati fuerint boni aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei quia maior seruiet minori. haec est domus Israhel uel domus Iuda propter Christum, qui uenit ex tribu Iuda, domus filiorum promissionis, hoc est non

3 cf. I Tim. 2, 7 4 Rom. 10, 14 8 Hier. 38 (31), 34 18 Rom. 9, 7—13

1 dm̄ *O* 2 utique *O* 5 credent *GTbd* 6 audiant *O* 7 usqu∗equaque *O* crebescat *S* crescẹbat (*exp. m2*)*K* 8 de qua *b* 13 nobi *C* 15 est ergo *b* 16 Israhel—domum *in mg. Km2* 17 sem *Om1* habrahae *LK* ipso *Om1* 19 hi∗*LO* hii *SK* 23 rebeccae *K* 25 nec quia *O* nequi *K* fuerint] sint *zTbd* sūt *b* fuerant *d* 28 ei *om. K* 29 uel] et *b* 30 domus *om. O* haec *zbd*

operum propriorum, sed beneficii dei. hoc enim deus promittit, quod ipse facit; non enim ipse promittit et alius facit, quod iam non est promittere, sed praedicere. ideo: n o n e x o p e r i b u s, s e d e x u o c a n t e, ne ipsorum sit, non dei, ne merces non inputetur secundum gratiam, sed secundum debitum atque ita gratia iam non sit gratia, cuius uehemens defensor est atque adsertor minimus apostolorum, qui plus omnibus illis laborauit, non ipse autem, sed gratia dei cum illo. o m n e s e n i m, inquit, a g n o s c e n t m e, 'omnes': domus Israhel et domus Iuda. neque enim omnes qui ex Israhel, hi sunt Israhel, sed omnes quibus dicitur in psalmo P r o s u s c e p t i o n e m a t u t i n a, hoc est pro luce noua, testamenti scilicet noui: u n i u e r s u m s e m e n I a c o b, m a g n i f i c a t e e u m; t i m e a t e u m o m n e s e m e n I s r a h e l. uniuersum omnino semen, prorsus omne semen promissorum atque uocatorum, sed eorum, qui secundum propositum uocati sunt. q u o s enim p r a e d e s t i n a u i t, i l l o s e t u o c a u i t; q u o s a u t e m u o c a u i t, i l l o s e t i u s t i f i c a u i t; q u o s a u t e m i u s t i f i c a u i t, i l l o s e t g l o r i f i c a u i t. i d e o e x f i d e, u t s e c u n d u m g r a t i a m f i r m a s i t p r o m i s s i o o m n i s e m i n i, n o n e i t a n t u m q u o d e x l e g e e s t — id est quod ex uetere testamento uenit ad nouum —, s e d e t e i q u o d e x f i d e e s t — non sibi praemissa lege, ex fide autem Abraham, id est imitatores fidei A b r a h a m —, q u i e s t p a t e r o m n i u m n o s t r u m, s i c u t s c r i p t u m e s t, q u i a p a t r e m m u l t a r u m g e n t i u m p o s u i t e. omnes ergo hi praedestinati,

1 hoc enim—iam non sit gratia] cf. Prosperi Aquitani sent. ex Aug. delib. (LI 434 M) 3 Rom. 9, 12 4 cf. Rom. 4, 4 6 cf. Rom. 11, 6 7 cf. I Cor. 15, 9. 10 8 Hier. 38 (31), 34 11 Ps. 21, 1. 24 15 cf. Rom. 8, 28 16 Rom. 8, 30 19 Rom. 4, 16 24 Rom. 4, 17

2 enim *om. K Prosper ante* quod *uerba:* n̄ enī ipse promittit *repet. m2 del. O* 3 praemittere *S* 4 ne] et non *Prosper* 5 gratia *SG* 6 iam *om. K*; iam—gratia *om. C* 7 illi *C* 8 non autem ipse *b* illo *om. Om1* 9 omnis domus Iuda *b* 10 hii *LSG* hi*O* quibus (bus *s. l. m2*)*L* 13 timeant *P* timeant *LS* oms *LGm1* 14 oms *Gm1* 15 eorum *m2 ex* etrum *K* 16 p̄distinauit *Om2Km1* 17 *alt.* uocabit *K* iustificabit *SPGCKm1 sic etiam l. 18* 19 glorificabit *SPKm1C* 20 omni semini] omnis enī *G* 21 ueteri *Ob* 22 et *om. LSPb* fide] lege *b* 23 promissa *Om1* imitatores *in ras. Om2* mutatores b 26 hii *LS* praedistinati *K*

uocati, iustificati, glorificati cognoscent deum gratia testamenti noui a minore usque ad maiorem eorum.

11. Sicut ergo lex factorum scripta in tabulis lapideis mercesque eius terra illa promissionis, quam carnalis domus Israhel, cum ex Aegypto liberata esset, accepit, pertinet ad testamentum uetus, ita lex fidei scripta in cordibus mercesque eius species contemplationis, quam spiritalis domus Israhel ab hoc mundo liberata percipiet, pertinet ad testamentum nouum. tunc fiet quod apostolus dicit: s i u e p r o p h e t i a e, e u a c u a b u n t u r, s i u e l i n g u a e, c e s s a b u n t, s i u e s c i e n t i a, e u a c u a b i t u r, illa scilicet paruulorum scientia, in qua hic uiuitur, quae ex parte est per speculum in enigmate. propter hanc enim necessaria est prophetia, cum adhuc praeteritis futura succedunt; propter hanc linguae, id est multiplicitas significationum, cum ex alio atque alio aliud atque aliud admonetur, qui nondum aeternam lucem perspicuae ueritatis mente purgatissima contemplatur. c u m a u t e m u e n e r i t q u o d p e r f e c t u m e s t et totum hoc quod ex parte est fuerit euacuatum, tunc uerbum, quod adsumpta carne carni apparuit, ostendet se ipsum dilectoribus suis; tunc erit uita aeterna, ut cognoscamus unum uerum deum; tunc similes ei erimus, quoniam tunc cognoscemus sicut et cogniti sumus; tunc n o n d o c e b i t u n u s q u i s q u e c i u e m s u u m a u t f r a t r e m s u u m d i c e n s: c o g n o s c e d o m i n u m; o m n e s e n i m c o g n o s c e n t eum a minore usque ad maiorem e o r u m. quod multis modis intellegi potest: siue quia et illic quisque sanctorum tamquam stella ab stella differt in gloria — nec ad rem quicquam interest, utrum

9 I Cor. 13, 8 11 cf. I Cor. 13, 9. 12 16 I Cor. 13, 10 20 cf. Ioh. 17, 3 cf. I Ioh. 3, 2 21 cf. I Cor. 13, 12 Hier. 38 (31), 34, cf. Hebr. 8, 11 26 cf.I Cor. 15, 41

4 promissionis (ionis *in mg. m3*) *O* 7 ab] ad *S* 8 perciperet *b* dicit apostolus *d* 9 prophetae *Km1* prophetiae—siue *om. O* 10 scientiae euacuabuntur *K* 11 hic *om. K* 12 aenigmate *SG* necessarie sunt *b* 13 prophetiae *Pb* 14 multiplicatas *G* 15 atque aliud *om. Om1* ammonetur *OC* ammoneatur *K* 16 purgatissime *Om1* 18 uerbum *om. zbd* quod (q *m2 ex* a) *L* qui *Pm2* quid *b* adsumta *L* 19 ostendit *Lm1SG* ei erit *b* 20 similiçes *S* 21 *pr.* tunc *s. l. Om2* 22 ciue *G* 23 dicente *Km1* dm̄ *O* 26 stella *s. l. Om2* ab stella *in mg. Lm2* a stella *b* 27 quidquam *GOC*

a minore usque ad maiorem, sicut dictum est, an si a maiore usque ad minorem diceretur; quod similiter nihil interest, etiamsi minores intellexerimus, qui tantummodo credere, maiores autem, qui etiam intellegere, quantum in hac uita potest, lumen incorporeum atque inconmutabile ualuerunt —, siue minores tempore posteriores, maiores autem tempore priores intellegi uoluit -simul enim promissam dei contemplationem accepturi sunt omnes, quia et illi pro nobis meliora prouiderunt, ne sine nobis perfecti perficerentur, et ideo uelut priores repperiuntur minores, quia minus dilati sunt, sicut in illo euangelico denario per similitudinem dicitur, quem prius accipiunt qui posterius uenerunt ad uineam —, siue quolibet alio modo, qui me in praesentia forsitan fugit, minores maioresque accipiendi sunt.

XXV. 42. Illud tamen, quantum potes, diligenter adtende, quod tanto molimine conor ostendere, cum testamentum nouum propheta promitteret non secundum testamentum quod prius factum est populo Israhel ex Aegypto liberato, nihil eum de sacrificiorum uel quorumque sacramentorum commutatione dixisse, quamuis et ipsa sine dubio fuerat secutura, sicut secutam uidemus, quod multis aliis locis eadem prophetica scriptura testatur, sed tantummodo istam commendasse distantiam, quod leges suas daturus esset deus in mentem eorum, qui pertinerent ad hoc testamentum, et eorum scripturus in cordibus — unde apostolus sumpsit non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus — sempiternamque mercedem iustificationis huius non terram de qua pulsi sunt Amorrei et Cethei et aliae gentes, quae ibi

8 cf. Hebr. 11, 40 10 cf. Matth. 20, 8—12 24 II Cor. 3, 3 27 cf. Ios. 12

1 a maiore—minorem *Pb* 2 a minore—maiorem *Pb* nihil inter *s. l. Om2* 3 intelleximus *Lm1* 4 lumen *om. C* 5 incōmutauile *Om1* 6 maiores—priores *in mg. Km2* priores tempore *b* intellegi uoluit] intelligunt *b* 7 promissa *G* 8 p̄uiderunt *O* nouis *Om1* 9 reperiuntur *GO* minores] maiores *b* 10 euangelico illo *b* euangelio *G* 11 quem] que in *L* 12 quodlibet *K* p̄sentia∗ *L* fortitan *Lm1* 14 potest *SG* 15 honor *Km1* 20 quod] cum *zb* scr. prophetica *zb* testatur (e *s.* a *m1*) *L* 21 commenda∗sse (n *eras.*) *L* distantiā *in mg. Om3* 22 mente *S* pertinent *Om1 b* 23 et *om. K* scribturas *Lm1 PGCb* sūsit *Om1C* 25 tabolis *Om1 bis* 27 amorrei *codd. omnes* cetthei *O* cettei *G* quas *K*

commemorantur, sed ipsum deum, cui adhaerere bonum est, ut bonum dei, quod diligunt, deus sit ipse quem diligunt, inter quem et homines nisi peccata non separant, quae non nisi per eandem gratiam dimittuntur. unde cum dixisset: omnes enim cognoscent me a minore usque ad maiorem eorum, mox addidit: quia propitius ero iniquitati eorum et peccata eorum non memorabor ultra. per legem ergo factorum dicit dominus: non concupisces, per legem fidei dicit dominus: sine me nihil potestis facere: agebat enim de bonis operibus, hoc est de palmitum fructibus. cum igitur haec appareat distantia ueteris et noui testamenti, quod lex ibi in tabulis, hic in cordibus scribitur, ut quod ibi forinsecus terret, hic delectet intrinsecus, ibique fiat praeuaricator per occidentem litteram, hic dilector per uiuificantem spiritum, non ideo dicendum est, quod deus adiuuet nos ad operandam iustitiam atque operetur in nobis et uelle et operari pro bona uoluntate, quia praeceptis iustitiae forinsecus insonat sensibus nostris, sed quia intrinsecus incrementum dat diffundendo caritatem in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

XXVI. 43. Videndum est autem quomodo dicat apostolus: cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, ne uideatur non esse certa distantia noui testamenti, quod leges suas dominus in cordibus populi sui se scripturum esse promisit.

1 cf. Ps. 72, 28 2 cf. Esai. 59, 2 4 Hier. 38 (31), 34 8 Ex. 20, 17 9 Ioh. 15, 5 10 cf. Ioh. 15, 1—5 16 cf. Phil. 2, 13 18 cf. I Cor. 3, 7 cf. Rom. 5, 5 21 Rom. 2, 14. 15

1 dn̄m *zb* cui adherere deo *b* 2 deus—diligunt *in mg. Om2* sit *om. G* 3 non nisi] nisi *b* 4 dimittantur *z* cognosc**ent *L* cognoscet *Om1* 6 iniquitates *Lm1* 7 peccatorū *Lm2* 8 ergo *s. del.* enim *Om2* 10 aiebat (i *in ras.*) *O* 11 ergo *b* apparent *O* apparet *C* distantiae *K* 13 extrinsecus *b* *ibique (c *eras.*) *S* 14 delector *Lm1Km1* delecātor *b* uiuifantem *O* 15 adiubet *C* 18 diffundo *L* 22 quae (ae *in ras. m2*) *O* leges *G* legis (l *add. m2*) *O* 23 non *s. l. Lm2* 25 ne *om. G* certam non esse distantiam *L* .non esse certam distantia (distantiā *G*) *SG* substantia *C* 26 se *om. zb* scribturū*(b *ex* bi *m2*) *O*

quando quidem hoc gentes naturaliter habeant. pertractanda igitur haec quaestio, quae non mediocris exorta est. dicet enim aliquis: 'si deus hinc discernit a uetere testamento nouum, quod in uetere legem suam scripsit in tabulis, in nouo autem scripsit in cordibus, fideles noui testamenti unde discernuntur a gentibus, quae habent opus legis scriptum in cordibus suis, quo naturaliter quae legis sunt faciunt, quasi iam illo populo uetere potiores, qui legem accepit in tabulis, et nouo populo priores, cui hoc praestatur per testamentum nouum, quod his natura iam praestitit?'

44. An forte eas gentes commemorauit apostolus scriptam habere in cordibus legem, quae ad nouum pertinent testamentum? ad hoc enim unde uenerit, intuendum est. primo euangelium commendans ait: uirtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudaeo primum et Graeco. iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: iustus autem ex fide uiuit. deinde loquitur de illis impiis, quibus propter superbiam nec cognitio dei profuit, quia non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. inde transit ad eos, qui iudicant et agunt talia, qualia condemnant, nimirum propter Iudaeos, qui de lege dei gloriabantur. quamuis adhuc eos nominatim non exprimat, et in eo dicit: ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Graeci; gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco. non est enim personarum acceptio

13 Rom. 1, 16. 17 18 cf. Rom. 1, 21 19 cf. Rom. 2, 2 21 Rom. 2, 8—13

1 pertractanda (n *s. l.*, da *in mg.*) *P* 2 dicit *KC* 3 aue∗tere *P* auertere *G* ueteri *OCb* nouo (ū *s. fin.* o) *P* ueteri *Ob* 4 lege *Om1* noua *Lm1SG* 6 qm *m2 ex* quo *L* 7 faciant *b* quasi iam] quasdā *LPG* quosdā *Sb* illa *b* ueteri *b semper* p̄∗otiores *O* accipit *Om 1* 8 priores cui] potiores quibus (bus *s. l.*) *P*, *b* 9 iam *om. C* 10 ∗∗gentes *L* legentes *SG* 11 in cordibus habere *zbd* pertinet *C* 12 comm. euang. *b* 13 salute *SPG* 14 iudeo *PGOC* greco *codd.* 17 nec (c *s. l. m2*) *C* 18 aut (a *s. ras.*) *P* ut *SG* 20 iudeos *P* de *om. b* dei *om. b* gloriabuntur *Lm1* 21 eos adhuc *b* in eo] ideo *Cd* 23 animā (ā *s.* is) *P* operantē∗(e *fin. ex* i *m2*) *O* 24 greci (*sic semper fere*) *LSPOK* 26 enim est *zb* acceptio pers. *b*

apud deum. quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt; et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. his uerbis hoc unde agitur subiungit et dicit: cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt et cetera quae iam supra commemoraui. proinde non uidetur alios hic significasse sub nomine gentium quam eos, quos nomine Graeci supra significabat, cum diceret: Iudaeo primum et Graeco. porro si euangelium uirtus dei est in salutem omni credenti, Iudaeo primum et Graeco, et ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Graeci, gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco, iste autem Graecus nomine gentium significatus est naturaliter quae legis sunt facientium et quae scriptum habent opus legis in cordibus suis, profecto ad euangelium pertinent gentes, quibus lex in cordibus scripta est; eis quippe credentibus uirtus dei est in salutem. quibus autem gentibus bene operantibus gloriam, honorem pacemque promitteret extra euangelii gratiam constitutis? quia enim personarum acceptio non est apud deum et non auditores legis, sed factores iustificantur, ideo siue Iudaeus siue Graecus, hoc est quilibet ex gentibus crediderit, salutem in euangelio pariter habebit; non enim est distinctio, sicut postea dicit. omnes enim peccauerunt et egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius. unde autem factorem legis Graecum iustificari diceret sine gratia saluatoris?

6 Rom. 2, 14 12 Rom. 1, 16 14 Rom. 2, 8—10 27 Rom. 3, 22—24

1 sine lege pecc. *in mg. C* 2 et *post* lege *add. Cd* 3 iustificabuntur *Om1* 6 enim *om. d* 11 significabant *C* 12 dei uirtus *b* salute *SK* 14 et *ante* trib. *add. zCTbd, cf. 197, 22* 19 faciunt *Om1* 22 salute *b* 23 gloriam] *add.* et *zbd* euangelium *Km1* 25 legis sed factores *s. l. Om2* iustificabuntur *K* 29 gloriā* *LP* gloriam (*ex* m *m2* $\overline{\text{di}}$ *finx.*) *O* 30 factorē* *P* factorēs *O*

45. Neque enim contra se ipsum diceret, quod ait: f a c t o r e s l e g i s i u s t i f i c a b u n t u r, tamquam per opera, non per gratiam iustificentur, cum dicat gratis iustificari hominem per fidem sine operibus legis nihilque aliud uelit intellegi in eo quod dicit 'gratis', nisi quia iustificationem opera non praecedunt. aperte quippe alibi dicit: s i g r a t i a, n o n e x o p e r i b u s; a l i o q u i n g r a t i a i a m n o n e s t g r a t i a. sed sic intellegendum est f a c t o r e s l e g i s i u s t i f i c a b u n t u r, ut sciamus aliter eos non esse factores legis, nisi iustificentur, ut non iustificatio factoribus accedat, sed ut factores iustificatio praecedat. quid est enim aliud 'iustificati' quam 'iusti facti', ab illo scilicet qui iustificat impium, ut ex impio fiat iustus? si enim ita loqueremur, ut diceremus 'homines liberabuntur', hoc utique intellegeretur eis, qui iam homines essent, accedere liberationem; si autem diceremus 'homines creabuntur', non utique intellegeretur eos creari qui iam homines erant, sed ipsa creatione homines fieri. ita si dictum esset 'factores legis honorabuntur', recte non acciperemus nisi honorem illis qui iam essent factores legis accedere; cum uero dictum est f a c t o r e s l e g i s i u s t i f i c a b u n t u r, quid aliud dictum est quam 'iusti iustificabuntur'? factores enim legis utique iusti sunt. ac per hoc tantundem est, ac si diceretur 'factores legis creabuntur', non quia erant, sed ut sint, ut sic intellegerent etiam Iudaei legis auditores indigere se gratia iustificatoris, ut possint esse factores. aut certe ita dictum est 'iustificabuntur', ac si diceretur 'iusti habebuntur,' 'iusti deputabuntur', sicut dictum est de quodam: i l l e a u t e m u o l e n s s e i u s t i f i c a r e, id est ut iustus haberetur et deputaretur. unde aliter dicimus 'deus sanctificat sanctos suos',

1. 8. 18 Rom. 2, 13 3 cf. Rom. 3, 24. 28 6 Rom. 11, 6 11 cf. Rom. 3, 24 cf. Rom. 4, 5 25 Luc. 10, 29

1 enim *s. l. Km2* 3 gratia *SG* 4 nihil *Lm1 SPGbd* intellegi uelit *O* uelid *SG* uolens *d* 6 ex gloria *b* iam *ante* non *add. bd* 8 eos aliter *zbd* 11 quam iustificati *Lm1 SGOKm1C* 13 qui *bis K* hom. iam *b* 15 iam homines *om. zbd* 17 non recte *d* acceperemus *Pm1* 18 esset *C* leges *Gm2* 19 quam] ꝙa *O* 20 iusti *om. PO* iustificabuntur (ent *s.*) *P* fient *b* *post* iustif. *s. l.* quã *O* enim *om. K* hac *L* 21 tandundem *C* no *Km1* 22 qui *Pd* intelligeretur *b* 24 hac *L* 26 se*(s *s. l.*) *L*, *om. PGb* iustificari *b* 27 sancto suos *G*

aliter autem sanctificetur nomen tuum; nam illud ideo, quia ipse illos facit esse sanctos, qui non erant sancti, hoc autem ideo, ut quod semper apud se sanctum est sanctum etiam ab hominibus habeatur, id est sancte timeatur.

46. Si ergo gentes commemorans naturaliter quae legis sunt facientes et scriptum habentes opus legis in cordibus illos intellegi noluit, qui credunt in Christum, quia non sicut Iudaei praemissa sibi lege ueniunt ad fidem, non est cur eos conemur discernere ab his quibus dominus per prophetam promittens testamentum nouum dixit leges suas se scripturum in cordibus eorum, quia et ipsi per insertionem, quam oleastro praestitam dicit, ad eandem oleam, hoc est ad eundem dei populum, pertinent, potiusque concordat prophetico etiam hoc apostolicum testimonium, ut hoc sit pertinere ad testamentum nouum legem dei habere non in tabulis, sed in cordibus scriptam, hoc est intimo affectu iustitiam legis amplecti, ubi fides per dilectionem operatur, quia ex fide iustificat gentes deus, quod scriptura praeuidens praenuntiauit Abrahae dicens: in semine tuo benedicentur omnes gentes, ut per hanc promissionis gratiam oliuae insereretur oleaster et fierent fideles gentes filii Abrahae in semine Abrahae, quod est Christus, sectantes eius fidem, qui non accepta in tabulis lege nondumque habens ipsam circumcisionem credidit deo et deputatum est illi ad iustitiam. ac sic tale erit hoc quod de eiusmodi gentibus dixit apostolus, quod opus legis scriptum habeant in cordibus suis, quale est illud ad Corinthios: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. ita enim fiunt

1 Matth. 6, 9 5 cf. Rom. 2, 14. 15 10 cf. Hier. 38 (31), 33 11. 19 cf. Rom. 11, 24 16 cf. Gal. 5, 6 cf. Gal. 3, 8 18 Gen. 22, 18 etc. 20 cf. Gal. 3, 16 22 Gen. 15, 6. Rom. 4, 3 25 cf. Rom. 2, 15 26 II. Cor. 3, 3

1 alter *Km1* aliter—sanctos *in mg. Öm2* autem *om. b* nam *om. LSPb* 2 illos *ex* ille *G* fecit *Lm1SPG* sanctos esse *zb* 3 etiam sanctum *O* 4 haberetur *C* 8 quur *LO* ab his *s. l. Km2* ab iis *d* 9 dominus *om. KC* per prophetam *om. S* 12 populum dei *K* pertinet *S* 14 se *Km1* 15 est] *add.* in *zbd* 17 praenuntiabit *SG* pronuntiauit *Pb* 19 oleae piae *m2 ex* olipiae *K* inseretur *Lm1SGÖm1* 20 *pr.* habrahae *C* abraham *P* 21 acceptam in tab. legem *C* 23 illi] ei *b* iustiam *Km1* 24 hac *L* de *s. l. Öm2* 25 habeant scriptum *zb* habent *C* 26 illud est *b* chorinthios *L* 27 ista *Lm1*

de domo Israhel, cum praeputium eorum in circumcisionem deputatur, eo quod iustitiam legis non praecisione carnis ostendunt, sed cordis caritate custodiunt, quoniam si praeputium iustitias legis custodiat, nonne praeputium eius, inquit, in circumcisionem deputabitur? et propterea in domo ueri Israhel, in quo dolus non est, participes sunt testamenti noui, quia dat deus leges in mentem ipsorum et in cordibus eorum scribit eas digito suo, spiritu sancto, quo ibi diffunditur caritas, quae legis est plenitudo.

XXVII. 47. Nec moueat, quod naturaliter eos dixit quae legis sunt facere, non spiritu dei, non fide, non gratia. hoc enim agit spiritus gratiae, ut imaginem dei, in qua naturaliter facti sumus, instauret in nobis. uitium quippe contra naturam est, quod utique sanat gratia, propter quam deo dicitur: miserere mei, sana animam meam, quoniam peccaui tibi. proinde naturaliter homines quae legis sunt faciunt; qui enim hoc non faciunt, uitio suo non faciunt. quo uitio lex dei est deleta de cordibus ac per hoc uitio sanato, cum illic scribitur, fiunt quae legis sunt naturaliter, non quod per naturam negata sit gratia, sed potius per gratiam reparata natura. per unum quippe hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. et ideo quia non est distinctio, egent gloria dei iustificati gratis per gratiam ipsius. qua gratia in interiore homine renouato iustitia scribitur, quam culpa deleuerat, et haec misericordia super genus humanum per Iesum

3 Rom. 2, 26 6 cf. Ioh. 1, 47 7 cf. Hier. 38 (31), 33. Hebr. 10, 16
8 cf. Rom. 5, 5 9 cf. Rom. 13, 10 14 Ps. 40, 5 20 Rom. 5, 12
23 cf. Rom. 3, 22—24

1 circumcisione *SPG* 2 *n̄ (i *eras.*)*L* precisione (cis *in ras. m2*) *L* pretiosione *S* p̄tiosione *P* praecisione**O* 5 circumcisione *SPGb* 6 uiri *PGm2* non est *in mg. Sm2* 7 *post* leges *s. l.* suas *Lm2* mẽte (*uirg. s.* e *fin. eras.*) *L* ipsorum] eorum *zb* 8 ipsorum *zb* scribit eas] scriptas *zb* quod *Lm1SPG* 11 ait *Km1* 13 instaret *Om1* 15 quia *O* proinde iamnatur aliter *Km1* 17 uitio—faciunt *om. O* uitio suo] uitiose *zKm1Cb* non *om. b* dele*ta *L* 18 *ac *L* illuc *P* 19 *post* non *eras. per O* quod *om. S* per *s. l. Om2* 22 et—pertransiit *om. C* pertransiuit *LPOm1* 24 gloriã* *L* 25 in *om. zOKm2b* interiorē hominem renouata *C* 26 deleberat *Om1* xpm ihm *KCd*

Christum dominum nostrum. unus enim deus, unus et mediator dei et hominum homo Christus Iesus.

48. Si autem hi, qui naturaliter quae legis sunt faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum, quos Christi iustificat gratia, sed in eorum potius, quorum etiam impiorum nec deum uerum ueraciter iusteque colentium quaedam tamen facta uel legimus uel nouimus uel audiuimus, quae secundum iustitiae regulam non solum uituperare non possumus, uerum etiam merito recteque laudamus — quamquam si discutiatur, quo fine fiant, uix inueniuntur quae iustitiae debitam laudem defensionemue mereantur.

XXVIII. Verum tamen quia non usque adeo in anima humana imago dei terrenorum affectuum labe detrita est, ut nulla in ea uelut liniamenta extrema remanserint — unde merito dici possit etiam in ipsa impietate uitae suae facere aliqua legis uel sapere, si hoc est quod dictum est, quia gentes quae legem non habent, hoc est legem dei, naturaliter quae legis sunt faciunt et quia huiusmodi homines ipsi sibi sunt lex et scriptum opus legis habent in cordibus suis, id est non omni modo deletum est, quod ibi per imaginem dei cum crearentur inpressum est —, etiam sic illa differentia non perturbabitur, qua distat a uetere testamentum nouum, eo quod per nouum scribitur lex dei in corde fidelium, quae per uetus in tabulis scripta est. hoc enim illic scribitur per renouationem, quod non omni modo deletum est per uetustatem. nam sicut ipsa imago dei renouatur in mente credentium per testamentum nouum, quam non penitus impietas aboleuerat — nam remanserat utique id quod anima hominis nisi rationalis esse non potest — ita etiam ibi lex dei non ex omni parte deleta per iniustitiam profecto scribitur renouata per gratiam. nec istam scriptionem, quae iustificatio est,

1 I Tim. 2, 5 16 cf. Rom. 2, 14. 15

2 *pr.* et *s. l. Om2* 4 hi∗*L* hii *SG* hi qui] inquit *C* 7 iuste *b* colentium (i *s. l.*) *L* 8 audimus *LPGCd* et regulam *Km2* 10 discutiantur *zbd* quā (ā *in ras. m2*) *C* 12 ado *Lm1S* adeo (e *s. l.*) *P* 13 affectū *Lm1* affectuum (*alt.* u *s. l.*)*S* 14 lineamenta *zbd* 15 ipsa *s.l.Om2* 17 ciusmodi *Pb* 19 omni modo] oīno *b* i∗maginem *O* 20 crearemur *KC* 21 distaτ ∗a (τ *s. l.*) *L* quo *SG* 23 illa *Lm1G* non omni modo] omnino *b* 25 mentem *C* 26 paenitus *LP* 29 inscriptionem *zbd* iustificatio∗ ē∗ *Om2*

poterat efficere in Iudaeis lex in tabulis scripta, sed solam praenaricationem. nam et ipsi homines erant et uis illa naturae inerat eis, qua legitimum aliquid animal rationale et sentit et facit; sed pietas, quae in aliam uitam transfert beatam et aeternam, legem habet inmaculatam, conuertentem animas, ut ex illo lumine renouentur fiatque in eis: s i g n a t u m e s t s u p e r n o s l u m e n u u l t u s t u i, d o m i n e. unde auersi obsolescere meruerunt: renouari autem nisi gratia christiana, hoc est nisi mediatoris intercessione, non possunt. u n u s e n i m d e u s, u n u s e t m e d i a t o r d e i e t h o m i n u m h o m o C h r i s t u s I e s u s, q u i d e d i t s e m e t i p s u m r e d e m p t i o n e m p r o o m n i b u s. a cuius gratia si alieni sunt illi de quibus agimus, qui secundum illum modum, de quo superius satis diximus, naturaliter quae legis sunt faciunt, quid eis proderunt excusantes cogitationes in die, qua iudicabit deus occulta hominum, nisi forte ut mitius puniantur? sicut enim non inpediunt a uita aeterna iustum quaedam peccata uenialia, sine quibus haec uita non ducitur, sic ad salutem aeternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime uita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. uerum tamen sicut in regno dei uelut stella ab stella in gloria differunt sancti, sic et in damnatione poenae sempiternae tolerabilius erit Sodomae quam alteri ciuitati et erunt quidam duplo amplius quibusdam gehennae filii. ita nec illud in iudicio dei uacabit, quod in ipsa impietate damnabili magis alius alio minusue peccauerit.

4 cf. Ps. 18, 8 6 Ps. 4, 7 9 I Tim. 2, 5 13 cf. Rom. 2, 14—16 15 cf. Rom. 2, 16 16 sicut—inuenitur] cf. Prosperi Aquitani sent. ex Aug. delib. (LI 434 M) 20 cf. I Cor. 15, 41 21 cf. Luc. 10, 12 22 cf. Matth. 23, 15

1 iudeis *P* iudaeos *Ò* solum *zbd* 2 uis] ius *b* illa *om. b* 3 legi∗timum *L* anima rationalis *rd* 4 qua *Òm1* et *om. G* 5 ex *s. l. Òm2* 7 domine *om. Sm1* unde uniuersi absolescere *K* undeaduersi absolescere (a *s.*∗) *C* 9 et unus med. *b* 10 et *ins. m2O* et *s. l. Òm2* 11 dedit—redemptionem *om. Òm1*; *s. l. m2 add.* mortuus ē redemtionem *L*, *om. b* 13 mundum *Lm1* 14 eis *m2 ex* enim *O* 15 diạe *K* iudicauit *Lm1SGKm1* 16 poniantur *SG* pugnatur *Òm1* enim *om. Prosper* ad uitā aeternā *Pb* auitā aeternā *C* uit∗a *G* 17 uenalia *Òm1* 20 uelud *S* uel *Ò* ∗ *C* a *b* gla∗ *L* gloriam *SPG* 21 damnationem *SPG* benę *G* poene *Òm1* sempiterna *Òm1* eterne *b* 22 ciu. alt. *b* quidem *Òm1* 23 filiis *b* dei *om. Kb* uacauit *Lm1 Cm1* uocabit *Gm1*

49. Quid ergo hinc apostolus efficere uoluit, quod iactantiam cohibens Iudaeorum, cum dixisset: non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur, continuo subiecit de his, qui legem non habentes naturaliter quae legis sunt faciunt, si non illi sunt intellegendi, qui pertinent ad gratiam mediatoris, sed illi potius, qui cum deum uerum uera pietate non colant, habent tamen quaedam opera bona in uita impia? an forte hoc ipso probandum credidit, quod supra dixerat, quia non est personarum acceptio apud deum, et quod postea dixit, quia non Iudaeorum deus est tantum, sed etiam gentium, quod quantulacumque legis opera naturaliter insita non inuenirentur in eis, qui legem non acceperunt, nisi ex reliquiis imaginis dei, quam non contemnit, cum in eum credunt, apud quem non est acceptio personarum? sed quodlibet horum accipiatur, constat gratiam dei promissam esse testamento nouo etiam per prophetam eandemque gratiam in eo definitam, ut scribantur leges dei in cordibus hominum perueniantque ad eam cognitionem dei, ubi non docebit unusquisque ciuem suum uel fratrem suum dicens: cognosce deum, quia omnes cognoscent eum a minore usque ad maiorem eorum. hoc donum spiritus sancti est, quo diffunditur caritas in cordibus nostris, caritas non quaelibet, sed caritas dei de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, ex qua iustus in hac peregrinatione uiuens ad speciem quoque perducitur post speculum et enigma et quicquid erat ex parte, ut facie ad faciem cognoscat, sicut et cognitus est. unam enim petit a domino et hanc requirit, ut habitet in domo

2 Rom. 2, 13 4 cf. Rom. 2, 14 9 cf. Rom. 2, 11 10 cf. Rom. 3, 29
13 cf. Col. 3, 25 16 cf. Hier. 38 (31), 33 17 Hier. 38 (31), 34 21 cf. Rom. 5, 5
22 cf. I Tim. 1, 5 24 cf. I Cor. 13, 12 26 cf. Ps. 26, 4

6 pertinet *S* sed—habent *in mg. Lm3* uerum deum *O* 7 *ante* tam *eras.* sed *L* quaedam *om. b* 8 ipse *b* 10 est deus *zObd* etiam] et *zbd* quantulacumqua *Om1* 12 *pr.* non *s. l. Om2* 13 eam *O* credit *b* 15 prophetiam *b* 16 legis *b* 17 perueniat que dam *Om1* ad eam] eadē *G*, *P in ras.* agnitionem *b* ibi *Lm1* ubi *m2 s. exp.* et *O* 19 dn̄m *r* quia omnes] omnes enim *b* 20 eum] me *O* 21 quod *Lm1 C* quo* *O* effunditur *O* infunditur *C* caritas] gra *C* 22 quolibet *G* 23 fi*cta *C* 24 aenigma *SPGC* quidquid *SGOC* 25 faciem a faciem (a faciem *s. l.*) *K* 26 petiit *OCbd* et *om. z* inhabitet *Sm1POCbd*

domini per omnes dies uitae suae ad hoc, ut contempletur delectationem domini.

XXIX. 50. Nemo itaque glorietur ex eo quod uidetur habere, tamquam non acceperit, aut ideo se putet accepisse, quia littera extrinsecus uel ut legeretur apparuit uel ut audiretur insonuit. nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. porro autem si non gratis mortuus est, ascendit in altum, captiuauit captiuitatem et dedit dona hominibus. inde habet quicumque habet; quisquis autem inde se habere negat aut non habet aut id quod habet auferetur ab eo. unus enim deus qui iustificat circumcisionem ex fide et praeputium per fidem; quod non ad aliquam differentiam dictum est, tamquam aliud sit 'ex fide' et aliud 'per fidem', sed ad uarietatem locutionis. alio quippe loco cum de gentibus diceret, hoc est de praeputio: praeuidens, inquit, scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus. itemque cum de circumcisione loqueretur, unde erat ipse, nos, inquit, natura Iudaei et non ex gentibus peccatores scientes quia non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi, et nos in Christo Iesu credimus. ecce et praeputium dixit iustificari ex fide et circumcisionem per fidem, si tamen circumcisio iustitiam fidei teneat. sic enim gentes, quae non sectabantur iustitiam, adprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quae ex fide est—

3 Nemo—auferetur ab eo] cf. Prosperi Aquitani sent. ex Aug. delib. (LI 463 M) 4 cf. I Cor. 4, 7 6 Gal. 2, 21 7 Eph. 4, 8. cf. Ps. 67, 19 10 cf. Luc. 8, 18. 19, 26 Rom. 3, 30 15 Gal. 3, 8 17 Gal. 2, 15. 16 23 Rom. 9, 30—32

3 nomo *Om1* 4 putet se *b* 5 apparuit—audiretur *om. Om1* apperuit *b* uelud *S* 7 porro—est *om. Om1* est *om. K* ascendens *Prosper* 8 captiuauit] captiuam duxit *zbd* captiuitatem *in mg. K* et *om. Prosper* 9 in hominibus *LSG* habe *SG* quisque *C* 10 negat habere *zb* 13 sit *om. Km1* et] ipse *L* ipse *SG* 14 uariet.] ueritatem *b* loquutionis *LS* 17 ipse *om. zb* 18 gentib; (b; *s. ras. m2*) *L* 19 scientes aū (aū *s.l.m2*) *K* iustificabitur *LPm1* 20 legis *om. O* 21 in xpm ihu *LPd* credidimus *OK* 22 circumcisione *Om1* si tam *m2 ex* ut *O* 23 iustitiāe *Km2* fidaei *K* dei *zb* sic* *O*

inpetrando eam ex deo, non ex se ipsis praesumendo —; Israhel uero persequens legem iustitiae in legem non peruenit. quare? quia non ex fide, sed tamquam ex operibus, id est tamquam eam per semet ipsos operantes, non in se credentes operari deum. deus est enim qui operatur in nobis et uelle et operari pro bona uoluntate. ac per hoc offenderunt in lapidem offensionis. nam quid dixerit: quia non ex fide, sed tamquam ex operibus, apertissime exposuit dicens: ignorantes enim dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. et adhuc dubitamus, quae sint opera legis, quibus homo non iustificatur. si ea tamquam sua crediderit sine adiutorio et dono dei, quod est ex fide Iesu Christi? et circumcisionem ceteraque talia suspicamur, quia etiam de his sacramentis aliis in locis talia quaedam leguntur? sed hic utique non circumcisionem tamquam suam iustitiam uolebant constituere, quia et ipsam deus praecipiendo constituit. nec de illis operibus hoc intellegi potest, de quibus dominus eis dicit: reicitis mandatum dei, ut traditiones uestras statuatis, quia persequens, inquit, legem iustitiae in legem non peruenit Israhel; non dixit 'persequens traditiones suas', id est 'consectans'. haec ergo sola distantia est, quia ipsum non concupisces et cetera mandata sancta et iusta sibi tribuebant. quae ut possit homo facere, deus operatur in homine per fidem Iesu Christi, qui finis est ad iustitiam omni credenti, id est cui per spiritum incorporatus factusque membrum eius potest quisque

5 Phil. 2, 13 7. 8 Rom. 9, 32 10 Rom. 10, 3. 4 21 Marc. 7, 9 22 Rom. 9, 31 25 Ex. 20, 17 26 cf. Rom. 7, 12

1 inperando *LS* semetipsis *bd* 2 in legem] *add.* iustitiae *GOm2d* 3 tamquam] quasi *zb* 6 uobis *LS* 8 quod *b* 10 enim *om. Pb* 11 iustitię (ę *s. ras. m2*) *L* 14 sunt *Sb* 15 adiutori *Om1* 17 in *om. b* 18 hic (i *ex* u) *L* 23 in legem] *add.* iustitiae *d* 24 dicit *b* 25 *de cod. O hoc loco cf. Praef.* 26 cetera] *add.* eius *L*, *quod G eras.*, *SPd post* mand. *pon.* iusta] bona *zCbd* sibi *s. l. m2O* tribue∗bant *L* 27 homo possit *b*

illo incrementum intrinsecus dante operari iustitiam. de cuius operibus etiam ipse dixit, quia s i n e m e n i h i l p o t e s t i s f a c e r e.

51. Ideo quippe proponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam, uiuet in illa, ut cum quisque infirmitatem suam cognouerit, non per suas uires neque per litteram ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidem concilians iustificatorem perueniat et faciat et uiuat in ea. opus enim, quod qui fecerit uiuet in eo, non fit nisi a iustificato. iustificatio autem ex fide inpetratur, de qua scriptum est: n e d i x e r i s i n c o r d e t u o: q u i s a s c e n d i t i n c a e l u m? h o c e s t C h r i s t u m d e d u c e r e, a u t: q u i s d e s c e n d i t i n a b y s s u m? h o c e s t C h r i s t u m a m o r t u i s r e d u c e r e. s e d q u i d d i c i t? p r o p e t e e s t u e r b u m, i n o r e t u o e t i n c o r d e t u o. h o c e s t, inquit, u e r b u m f i d e i q u o d p r a e d i c a m u s, q u i a s i c o n f i t e a r i s i n o r e t u o, q u i a d o m i n u s e s t I e s u s, e t c r e d i d e r i s i n c o r d e t u o, q u i a d e u s i l l u m s u s c i t a u i t a m o r t u i s, s a l u u s e r i s. in tantum iustus, in quantum saluus. per hanc enim fidem credimus, quod etiam nos deus a mortuis excitet: interim spiritu, ut in nouitate eius gratiae temperanter et iuste et pie uiuamus in hoc saeculo, post etiam carne nostra ad immortalitatem resurrectura, quod ei meritum spiritus facit, qui eam in resurrectione sibi congrua, hoc est in iustificatione, praecedit. c o n s e p u l t i e n i m s u m u s C h r i s t o p e r b a p t i s m u m i n m o r t e m, u t q u e m a d m o d u m C h r i s t u s r e s u r r e x i t a m o r t u i s p e r g l o r i a m p a t r i s, s i c e t n o s i n n o u i t a t e u i t a e a m b u l e m u s. fide igitur Iesu Christi impetramus salutem et quantulum nobis inchoatur in re et

1 cf. I Cor. 3, 7 2 Ioh. 15, 5 4 cf. Leu. 18, 5. Rom. 10, 5 10 Rom. 10, 6—9 21 cf. Tit. 2, 12 25 Rom. 6, 4

5 uiuet (a *s.* e *m2*) *L* 8 qui *om. b* 9 a *om. b* imperatur *G* 12 aut (a *s. l. m2*) *L* discendit *O* 16 qua *Km1* siç *G* 17 tuo *om. C* 18 suscitauit illum *L* 20 credimus fidem *b* 21 ut *om. b* *uoce* nouitate *fin. fol. 186*^{b} *L* (*cf. Praef.*) *post* gratiae *eras.* et *O* et pie et iuste *b* 22 potest *Om1* carnẽ nostrã *POb* 23 resurrecturam *Ob* ei] est *d* facit *om. zbd.* 24 resurrectionem *PCb* sibi—iustificatione *s. l. Om2* congruã *PCb* in *om. K* iustificationem *Cb* 25 per baptis *G* 27 sic] ita *zb* 29 et *om. O* quantum *zbd*

def. L

quantum perficienda expectatur in spe. omnis enim qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. quam multa multitudo, ait psalmus, dulcedinis tuae, domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti autem sperantibus in te! ex lege timemus deum, ex fide speramus in deum; sed timentibus poenam absconditur gratia. sub quo timore anima laborans, quando conscientiam malam non uicerit nec timor ille quasi custos seuerus abscesserit, per fidem confugiat ad misericordiam dei, ut det quod iubet atque inspirata gratiae suauitate per spiritum sanctum faciat plus delectare quod praecipit quam delectat quod inpedit. ita multa multitudo dulcedinis eius, hoc est lex fidei, caritas eius conscripta in cordibus atque diffusa perficitur sperantibus in eum, ut anima sanata non timore poenae, sed amore iustitiae operetur bonum.

XXX. 52. Liberum ergo arbitrium euacuamus per gratiam? absit, sed magis liberum arbitrium statuimus. sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam non euacuatur, sed statuitur. neque enim lex impletur nisi libero arbitrio. sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiae contra peccatum, per gratiam sanatio animae a uitio peccati, per animae sanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium iustitiae dilectio, per iustitiae dilectionem legis operatio. ac per hoc, sicut lex non euacuatur, sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impleatur, ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, sed statuitur, quia gratia sanat uoluntatem, qua iustitia libere diligatur. omnia haec, quae uelut catenatim conexui,

1 Ioel 2, 32. Act. 2, 21. Rom. 10, 13 2 Ps. 30, 20 12 cf. Rom. 5, 5 17 cf. Rom, 3, 31 19 cf. Rom. 3, 20

def. L 1 quicumque *b* 3 multa] magna *S* multitudo] magnitudo *b* psalmista *Pbd* 4 perfecisti—te *om. b* 6 dn̄m *O* in eū *Om1* 8 non uicerit] conuicerit *K* ui∗cerit *O* custoss aeuerus *O a. c.* 9 confuiat *Om1* ut (t *ex* i) *O* 10 iube∗t *O* inspirate (ae) *SPGb* spirata *O* gratia *S* gratie *b* 11 precepit *SGb* delectet *K* impendit *Om1* 14 in eam *z* 16 gratia *S* 17 statuamus (i *s.* a) *P* 19 enim *om. O* nisi] sine *b* libro *SG* 20 imperatio *G* 21 a uitio] abitio *SGOm1*∗uitio *Om2* 23 dilectatio (i *pr. in* e *mut. m2*) *Km1* 25 qu∗a *O* 26 constituitur *b* sonat *Om1* uoluntate *S* 27 cetenatim (a *s.* e) *P* catenatim (i *ex* u) *S* conexui∗*O* conexi *C*

habent uoces suas in scripturis sanctis. lex dicit: non concupisces; fides dicit: sana animam meam, quoniam peccaui tibi; gratia dicit: ecce sanus factus es; iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat; sanitas dicit: domine deus meus, exclamaui ad te et sanasti me; liberum arbitrium dicit: uoluntarie sacrificabo tibi; dilectio iustitiae dicit: narrauerunt mihi iniusti delectationes, sed non sicut lex tua, domine. ut quid ergo miseri homines aut de libero arbitrio audent superbire, antequam liberentur, aut de suis uiribus, si iam liberati sunt? nec adtendunt in ipso nomine liberi arbitrii utique libertatem sonare; ubi autem spiritus domini, ibi libertas. si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? a quo enim quis deuictus est, huic et seruus addictus est. si autem liberati sunt, quid se iactant uelut de opere proprio et gloriantur, quasi non acceperint? an ita sunt liberi, ut nec illum uelint habere dominum, qui eis dicit: sine me nihil potestis facere, et: si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis?

XXXI. 53. Quaeret aliquis, utrum fides ipsa, in qua salutis uel ad salutem conexionis huius, quam commemoraui, esse uidetur exordium, in nostra constituta sit potestate. quod facilius uidebimus, si prius quid sit potestas aliquanto diligentius perspexerimus. cum enim duo quaedam sint uelle et posse — unde nec qui uult continuo potest nec qui potest continuo uult, quia sicut uolumus aliquando quod non possumus, sic etiam possumus aliquando quod nolumus —, satis elucet et ipsis etiam uocabulis

1 Ex. 20, 17 2 Ps. 40, 5 3 Ioh. 5, 14 5 Ps. 29, 3 7 Ps. 53, 8 8 Ps. 118, 85 13 II Cor. 3, 17 14 cf. Ioh. 8, 34 II Petr. 2, 19 17 cf. I Cor. 4, 7 18 Ioh. 15, 5 19 Ioh. 8, 36

def. L 2 meam *om. C* 4 iam *s. l. Om2* deterius tibi *b* 5 clamaui *b* 8 delect.] *add.* tuas *LSG* 11 liberarentur *Om1* 13 igitur *b* 14 qui *S* de lib. arb. iactant *b* arbitrio *s.l.Km2* a *om.O* 19 filius *om.S* 20 liberi eritis] filius liberauerit *b* 21 ipsa *om.b* 23 quid (o *s.* i) *P* facile *b* 24 uidebimus (bi *s.l.*) *S* quod *Om1* aliquando *C* 26 contino *C* nec—uult *om.b* 28 elucet (*om.* et) *SPGOm1b* euolutis *d*

resonat, quod ab eo quod est uelle uoluntas, ab eo autem quod est posse potestas nomen accepit. quapropter sicut qui uult habet uoluntatem, ita potestatem qui potest. sed ut potestate aliquid fiat, uoluntas aderit. neque enim dici solet quispiam potestate fecisse, si quid fecit inuitus. quamquam, si subtilius aduertamus, etiam quod quisque inuitus facere cogitur, si facit, uoluntate facit; sed quia mallet aliud, ideo inuitus, hoc est nolens facere dicitur. malo quippe aliquo facere compellitur, quod uolens euitare uel a se remouere facit quod cogitur. nam si tanta uoluntas sit, ut malit hoc non facere quam illud non pati, cogenti procul dubio resistit nec facit. ac per hoc, si facit, non quidem plena et libera uoluntate, sed tamen non facit nisi uoluntate; quam uoluntatem quia effectus consequitur, non possumus dicere potestatem defuisse facienti. si enim cogenti cedens uellet facere nec posset, ei uoluntatem affuisse licet extortam, sed potestatem defuisse diceremus. cum uero ideo non faciebat, quia nolebat, erat utique potestas, sed uoluntas deerat, quamdiu cogenti reluctando non fecit. hinc est, quod etiam illi, qui cogunt uel qui suadent, solent dicere: 'quod habes in potestate, quare non facis, ut hoc malo careas?' et qui omnino facere non possunt, quod ideo coguntur ut faciant, quia posse creduntur, solent excusando respondere et dicere: 'facerem, si esset in potestate'. quid igitur ultra quaerimus, quando quidem hanc dicimus potestatem, ubi uoluntati adiacet facultas faciendi? unde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod, si uult, facit, si non uult, non facit.

54. Adtende iam illud quod excutiendum posuimus, utrum fides in potestate sit. de hac enim fide nunc loquimur, quam adhibemus, cum aliquid credimus, non quam damus, cum aliquid

4 faciat *O* uoluntas—fecisse *om.b* dici∗*C* 5 potestatē *K* 6 si *s.l.Km2* quisquis *b* 7 aliud mallet *b* mallit *SG* malle et *Om1* 8 *uoce* malo *inc. fol. 187a L* malum *Pb* aliquod *Pb* 9 nolens se uitare *b* ∗euitare *L* seuitare *SPG* 10 ma∗lit *L* mallit *SPG* 11 nọn (ec *s.* ọn *m2*) *K* hac *L* 12 et] nec *K* 14 potestatem—facere *om. O* 15 nec] et non (et *s. l.*) *L*, *Pb* non *SG* 16 licet adfuisse *Pb* sed—*l. 17* potestas *in mg.Lm3* potestate *S* 19 cogẹnt (u *s.* ẹ) *P* ue *Lm1* quis uadent *Om1* quis ualent *Km1* 20 potestate ∗ *P* potestatem *C* et] ut *G* 22 possunt *C* 23 utra *Om1* 25 undo *G* 27 iam] etiam *Pb* 28 fidem *C*

pollicemur; nam et ipsa dicitur fides. sed aliter dicimus: 'non mihi habuit fidem', aliter autem: 'non mihi seruauit fidem'. nam illud est 'non credidit quod dixi', illud 'non fecit quod dixit'. secundum hanc fidem, qua credimus, fideles sumus deo; secundum illam uero, qua fit quod promittitur, etiam deus ipse fidelis est nobis. hoc enim dicit apostolus: fidelis deus, qui non uos permittat temptari super id quod potestis. de illa itaque fide quaerimus, utrum in potestate sit, qua credimus deo uel credimus in deum. hinc enim scriptum est: credidit Abraham deo et deputatum est illi ad iustitiam, et: credenti in eum qui iustificat impium deputatur fides eius ad iustitiam. uide nunc utrum quisque credat, si noluerit, aut non credat, si uoluerit. quod si absurdum est — quid est enim credere nisi consentire uerum esse quod dicitur? consensio autem utique uolentis est —, profecto fides in potestate est. sed, sicut apostolus dicit, non est potestas nisi a deo. quid igitur causae est cur non et de ista nobis dicatur: quid enim habes quod non accepisti? nam et ut credamus, deus dedit. nusquam autem legimus in sanctis scripturis: 'non est uoluntas nisi a deo'. et recte non scriptum est, quia uerum non est; alioquin etiam peccatorum — quod absit! — auctor est deus, si non est uoluntas nisi ab illo, quoniam mala uoluntas iam sola peccatum est, etiam si desit effectus, id est si non habeat potestatem. porro cum uoluntas mala potestatem accipit inplere quo intenditur, ex iudicio dei uenit, apud quem non est iniquitas.

6 I Cor. 10, 13 · 10 Gen. 15, 6. Rom. 4, 3 etc. 11 Rom. 4, 5 17 Rom. 13, 1 18 I Cor. 4, 7 25 cum uoluntas—perpetrauit uolens] cf. Prosperi Aquitani sent. ex Aug. delib. (LI 434 M) 26 cf. Rom. 9, 14

1 pollicetur *b* 2 autem *om.zbd* 3 feci *Gm1* dixi *Gm1* 5 fit] facit *K* ipse deus *O* 6 permittit *SO* 7 tentari *GOC* 8 utique *LS Pb* 9 credit *G* 10 ad] in *b* 12 eius *om.r* uide] unde *P* 13 quisquis *b* uoluerit *Pb* aut—uoluerit *om.K* 14 noluerit *Pb* enim *om.C* 15 consentio *Lm1 Om1* 17 potestas est *K* igitur *m2 ex* ait *L* causa *PG* cause *O* 18 quur *L* de *om. K* istud *Km2* 19 ut et *O* 20 in scr. sanctis *d* 21 dn̄o *O* 24 affectus *Om1* si *om.O* 25 accepit *Pb* inplere quo int.] ut efficiat quod cupit *Prosper* quod *zbd* 26 intendit *Lm2d* dei *om.S*

punit enim etiam isto modo nec ideo iniuste, quia occulte. ceterum iniquus puniri se ignorat, nisi cum manifesto supplicio senserit nolens, quantum mali sit quod perpetrauit uolens. hoc est quod de quibusdam apostolus ait: tradidit illos deus in concupiscentias cordis illorum, ut faciant quae non conueniunt. hinc et dominus Pilato: non haberes, inquit, in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. sed cum potestas datur, non necessitas utique inponitur. unde cum Dauid Saulis occidendi potestatem accepisset, maluit parcere quam ferire. unde intellegimus malos accipere potestatem ad damnationem malae uoluntatis suae, bonos autem ad probationem bonae uoluntatis suae.

XXXII. 55. Cum ergo fides in potestate sit, quoniam cum uult quisque credit et, cum credit, uolens credit, deinde quaerendum est, immo recolendum, quam fidem tanta conflictatione commendet apostolus. non enim quodlibet credere bonum est; nam unde est illud: fratres, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritum qui ex deo est? nec in laudibus caritatis quod dictum est: omnia credit, sic accipiendum est, ut caritati cuiuspiam derogemus, si non quod audierit statim crediderit. quid quod eadem caritas admonet non facile de fratre mali aliquid esse credendum et, cum tale aliquid dicitur, hoc ad se magis iudicat pertinere ne credat? postremo ipsa caritas, quae omnia credit, non omni spiritui credit ac per hoc omnia quidem credit, sed deo, quia non dictum est: 'omnibus credit'. nulli itaque dubium est eam fidem ab apostolo commendari, qua creditur deo.

4 Rom. 1, 24. 28 6 Ioh. 19, 11 9 cf. I Regn. 24. 26 17 I Ioh. 4, 1
19 I Cor. 13, 7

1 ponit *Lm1SG* 2 iniquus (n *s.ras.m2*) *L* se puniri *b* punire *S* ignora∗t *O* 3 perpetraui *G* 5 concupiscentia *C* faciant *ex* fiant *P* 6 hinc∗et (n *s.l.m2*) *O* 7 in me inquit *KCd* inquit *om.O* esset tibi *Obd* 8 fuisset *K* quum *O* utique necessitas *b* 9 ponitur *Om1* unde et *S* saul *O* occidenti *Lm1* 11 bonus *S* 13 quoniam *om.b* 14 et *om.O* 15 conflictione *PGK* conflictationem *C* 16 commendat *LSPb* est *om.K* 17 est *om.zb* 18 spiritus qui—sunt *b* 21 quicquid *Pb* 22 de fratre non facile *K* mali *om.KC* 23 aliquid *om.b* dicitur *in ras.L* iudicet *b* nec *K* 24 qua *LGd* oma (a *s.l. m2*) *K* 25 hac *L* ac *in mg.Om2* omnia quidem *om.Pb*

56. Sed adhuc est aliquid discernendum, quoniam et illi qui sub lege sunt et timore poenae iustitiam suam facere conantur et ideo non faciunt dei iustitiam, quia caritas eam facit, quam non libet nisi quod licet, non timor, qui cogitur in opere habere quod licet, cum aliud habeat in uoluntate qua mallet, si fieri posset, licere quod non licet. et illi ergo credunt deo; nam si omnino non crederent, nec poenam legis utique formidarent. sed non hanc fidem commendat apostolus, qui dicit: non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: abba pater. timor ergo ille seruilis est et ideo in illo quamuis domino credatur, non tamen iustitia diligitur, sed damnatio timetur. filii uero clamant: abba pater, quarum duarum uocum una est ex circumcisione, altera ex praeputio, Iudaei primum et Graeci, quoniam unus est deus, qui iustificat circumcisionem ex fide et praeputium per fidem. cum autem clamant, aliquid petunt et quid petunt nisi quod esuriunt et sitiunt? et hoc quid est, nisi quod de illis dictum est: beati qui esuriunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur? huc ergo transeant qui sub lege sunt, ut ex seruis filii fiant, nec sic tamen, ut serui esse desistant, sed ut tamquam filii domino et patri liberaliter seruiant, quia et hoc acceperunt; dedit enim potestatem ille unicus filios dei fieri credentibus in nomine eius eosque admonuit petere, quaerere, pulsare, ut accipiant et inueniant et aperiatur eis, addens increpationem et dicens: si uos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester, qui est in

2. 21 cf. Rom. 6, 14 8 Rom. 8, 15 16 Rom. 3, 30 20 Matth. 5, 6 24 Ioh. 1, 12 26 cf. Matth. 7, 7 27 Matth. 7, 11

1 aliquid discernendū est *zbd* 3 eam non facit *b* 4 libet *S* ṇọṇ licet *K* cogitụr *Km2* 5 quā *Lm1SPb* malet *Lm1* 6 posset (i *s.* e *m1*) *L* possit *SPGb* 9 seruitutis—spiritum *om.Lm1* 10 timore *C* 12 quamuis in illo *d* 15 iudei *P* greci *LS* 21 hu∗c *O* transeunt *b* 23 filii liberaliter domino seru. *b* deseruiant *K* 25 filius *KC* 27 periaṇtur *Km2* ei *S* increpatione *C* 29 qui in caelis est *KCd* qui est in caelis] de caelis *PGb*

caelis, dabit bona petentibus se! cum ergo uirtus peccati lex inflammauerit aculeum mortis, ut occasione accepta peccatum per mandatum operetur omnem concupiscentiam, a quo petenda est continentia nisi ab illo, qui nouit bona data dare filiis suis? an forte nescit insipiens, quod nemo esse possit continens, nisi deus det? hoc ergo ut sciat, ipsa indiget sapientia. cur itaque non audit patris sui spiritum dicentem per apostolum Christi uel ipsum Christum, qui dicit in euangelio suo: petite, et accipietis? loquentem etiam in apostolo suo et dicentem: si quis uestrum indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus afluenter et non inproperat, et dabitur illi, postulet autem in fide nihil haesitans? haec est fides, ex qua iustus uiuit; haec est fides, qua creditur in eum qui iustificat impium; haec est fides, per quam excluditur gloriatio, siue ut abscedat qua in nobis inflamur siue ut emineat qua in domino gloriamur; haec est fides, qua inpetratur largitas spiritus, de quo dicitur: nos enim spiritu ex fide spem iustitiae expectamus. ubi quidem quaeri adhuc potest, utrum spem iustitiae dixerit, quam sperat iustitia an qua speratur ipsa iustitia, quoniam iustus ex fide uiuens sperat utique uitam aeternam itemque fides esuriens sitiensque iustitiam renouatione de die in diem interioris hominis proficit in ea et sperat in ea satiari in uita aeterna, ubi fiet quod in psalmo de deo dicitur: qui satiat in bonis desiderium tuum. haec est fides, qua salui fiunt, quibus dicitur: gratia salui facti estis per fidem et hoc non ex uobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur;

2 cf. I Cor. 15, 56 cf. Rom. 7, 8 4 cf. Matth. 7, 11 5 cf. Sap. 8, 21
8 Matth. 7, 7. Luc. 11, 9 10 Iac. 1, 5. 6 13 cf. Rom. 1, 17 14 cf. Rom. 4, 5
15 cf. Rom. 3, 27 16 cf. I Cor. 1, 31 17 Gal. 5, 5 21 cf. Rom. 1, 17
22 cf. Matth. 5, 6 cf. II Cor. 4, 16 24 Ps. 102, 5 26 Eph. 2, 8—10

3 operatur *Om1* 4 a *om. O* 6 sapientiā *K* 8 suo *om. b* 9 loquentem suo etiam in ap. *b* 10 sapientiam *OK* 11 qui—inproperat *om. K* affluenter *PGrbd* 13 hesitans *L* sitans *K* 15 a*bscedat *O* 16 inflāmamur *P* 18 exspectemus *Km1* 20 qua *d* quo *Lm1S PGb* 22 iustitiae *Pb* renouationem *PKm1Cb* in die *C* 23 in eam *K* sperate ase satiari *Km1O* 24 uitā *C* fiet] *add.* id *d*

ipsius enim sumus figmentum · creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit deus ut in illis ambulemus. postremo haec est fides, quae per dilectionem operatur, non per timorem, non formidando poenam, sed amando iustitiam. unde ergo ista dilectio, id est caritas, per quam fides operatur, nisi unde illam fides ipsa inpetrauit? neque enim esset in nobis, quantacumque sit in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. caritas quippe dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos, sicut iustitia dei, qua iusti eius munere efficimur, et domini salus, qua nos saluos facit, et fides Iesu Christi, qua nos fideles facit. haec est iustitia dei, quam non solum docet per legis praeceptum, uerum etiam dat per spiritus donum.

XXXIII. 57. Sed consequens est paululum quaerere, utrum uoluntas illa qua credimus etiam ipsa dei donum sit an ex illo naturaliter insito libero adhibeatur arbitrio. si enim dixerimus eam non esse donum dei, metuendum est ne existimemus inuenisse nos aliquid, quod apostolo increpanti et dicenti: quid enim habes quod non accepisti? si autem et accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? respondere possimus: ecce habemus uoluntatem credendi, quam non accepimus, ecce ubi gloriamur, quod non acceperimus. si autem dixerimus etiam huiusmodi uoluntatem non esse nisi donum dei, rursus metuendum est, ne infideles atque impii non inmerito se ueluti iuste excusare uideantur ideo non cre-

4 cf. Gal. 5, 6 8 cf. Rom. 5, 5 11 cf. Rom. 3, 24 12 cf. Ps. 3, 9 cf. Gal. 2, 16 20 I Cor. 4, 7

4 non per timorem *bis K* 7 fidem (s *s.* m̄ *m1*) *L* ipsā petrauit *Km1* 10 non *om. Om1* ipse nos *b* 11 dilectures *G* d̄i iustitia *S* 12 dn̄s (*in mg. m2* dn̄i) *K* fecit *Pb* fide *SG* 13 facit *om. K* fecit *b* qua *b* 14 donat *b* spiritum *C* 16 est] et *K* 17 an] si tam̄ (si *s.l. m2*) *O* 18 adhiberetur *b* 19 ne ∗*P* 20 aliquid *s.l. Om2* 21 *s. eras.* enī *m2* tu *K* et *s.l. Om3* 23 possimus (i *ex* u *m1*) *LPO* possumus *SG* habemus (mu *s.l. m1*) *P* habes *LSG* 24 ecce (ce *s.l. m1*) *L* gloriemur *OKm1* 26 metuendum est rursus *b* rursū *O* 27 se∗*LO* sed *b* ueluti (i *s.l. m2*) *O* uideatur *S*

didisse, quod dare illis deus istam noluit uoluntatem. nam illud, quod dictum est: d e u s e s t e n i m q u i o p e r a t u r i n n o b i s e t u e l l e e t o p e r a r i p r o b o n a u o l u n t a t e, iam gratiae est, quam fides impetrat, ut possint esse hominis opera bona, quae operatur fides per dilectionem, quae diffunditur in corde per spiritum sanctum qui datus est nobis. sed credimus, ut impetremus hanc gratiam, et utique uoluntate credimus: de hac quaeritur unde sit nobis. si natura, quare non omnibus, cum sit idem deus omnium creator? si dono dei, etiam hoc quare non omnibus, cum omnes homines uelit saluos fieri et in agnitionem ueritatis uenire?

58. Prius igitur illud dicamus et uideamus utrum huic satisfaciat quaestioni, quod liberum arbitrium naturaliter adtributum a creatore animae rationali illa media uis est, quae uel intendi ad fidem uel inclinari ad infidelitatem potest et ideo nec istam uoluntatem, qua credit deo, dici potest homo habere quam non acceperit, quando quidem uocante deo surgit de libero arbitrio, quod naturaliter cum crearetur accepit. uult autem deus omnes homines saluos fieri et in agnitionem ueritatis uenire, non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium, quo uel bene uel male utentes iustissime iudicentur. quod cum fit, infideles quidem contra uoluntatem dei faciunt, cum eius euangelio non credunt, nec ideo tamen eam uincunt, uerum se ipsos fraudant magno et summo bono malisque poenalibus implicant experturi in suppliciis potestatem eius, cuius in donis misericordiam contempserunt. ita uoluntas dei semper inuicta est; uinceretur autem, si non inueniret quid de contemptoribus faceret aut ullo modo possent euadere quod de talibus ille constituit. qui enim dicit

2 Phil. 2, 13 5 cf. Gal. 5, 6 cf. Rom. 5, 5 10 cf. I Tim. 2, 4 18 cf. I Tim. 2, 4

2 enim est *b* 3 uobis *LO* boluntate *C* 4 quam] quod *zb* imperat *LSG* impetra *Km1* possent *Om2* 6 sed] si *d* 8 nobis *om.b* omnibus] oms *LSGO* om *Km1* 10 non om∗nibus *O* cognitionem *O* 12 ergo *b* dica∗∗mus *O* satisfacit *Km1* 14 ∗ a ∗ creatore *O* creature *Gm1* 16 uoluntate *C* cre∗∗dit *O* credidit *C* 18 deus *om.S* 19 sal∗uos *O* 20 quo *ex* quod *Lm1* quot *G* quo∗ *O* 21 utententes *K* 22 dei uol. *b* 24 experituri *K* 25 supplicis *Om1* condempserunt *Km1* 27 contemtoribus *LC* 28 qui] quid *d*

uerbi gratia: 'uolo ut hi omnes serui mei operentur in uinea et post laborem requiescentes epulentur, ita ut quisquis eorum hoc noluerit, in pistrino semper molat', uidetur quidem quicumque contempserit contra uoluntatem domini sui facere, sed tunc eam uincet, si et pistrinum contemnens effugerit, quod nullo modo fieri potest sub dei potestate. unde scriptum est: s e m e l l o c u t u s e s t d e u s, hoc est incommutabiliter, quamquam et de unico uerbo possit intellegi. deinde subiungens quid incommutabiliter sit locutus: d u o h a e c, inquit, a u d i u i, q u o n i a m p o t e s t a s d e i e s t, e t t i b i, d o m i n e, m i s e r i c o r d i a, q u i r e d d e s u n i c u i q u e s e c u n d u m o p e r a s u a. ille igitur reus erit ad damnationem sub potestate eius, qui contempserit ad credendum misericordiam eius. quisquis autem crediderit eique se a peccatis omnibus absoluendum et ab omnibus uitiis sanandum et calore ac lumine eius accendendum inluminandumque commiserit, habebit ex eius gratia opera bona, ex quibus etiam secundum corpus a mortis corruptione redimatur, coronetur bonisque satietur non temporalibus, sed aeternis, supra quam petimus et intellegimus.

59. Hunc ordinem tenuit psalmus, ubi dicitur: b e n e d i c, a n i m a m e a, d o m i n u m e t n o l i o b l i u i s c i o m n e s r e t r i b u t i o n e s e i u s, q u i p r o p i t i u s f i t o m n i b u s i n i q u i t a t i b u s t u i s, q u i s a n a t o m n e s l a n g u o r e s t u o s, q u i r e d i m i t d e c o r r u p t i o n e u i t a m t u a m, q u i c o r o n a t t e i n m i s e r a t i o n e e t m i s e r i c o r d i a, q u i s a t i a t i n b o n i s d e s i d e r i u m t u u m. et ne forte haec tanta bona huius uetustatis,

6.9 Ps. 61, 12. 13 15 cf. Ps. 35, 10 19 cf. Eph. 3, 20 20 Ps. 102, 2—5

1 hii *LS* uineā *Lm1SP*. 2 aepulentur *L* 3 p∗istrino *L* pristrino (r *s.l.*) *S* 4 condempserit *Km1* 5 pristrinum (r *s.l.*) *S* contempnes *Om1* condempnens *Km1* 7 est *pr.om.O* 8 subiugens *K* quod *b* 9 loquutus *S* locus *Km1* 11 qui reddes] quia reddes *OKm2* quia tu reddes *d* reddis *C* secundum] iuxta *b* 12 sua] eius *OC* igitur] ergo *b* demnationem *Om1* potesta∗∗tate *O* 13 quiqui *K* condempserint *Km1* 14 ei qui se *LGKm1b* 15 accedendum *K* 16 commiserit] non contempserit *zb* 17 bona opera *b* 18 corruptione∗ *O* redimetur (a *s.alt.* e *m1*) *S* 24 langores *P* redemit *Km1* redimet *z*, *cf. 127, 15* correptione *Om1* 26 satiat] sanat *PG*

hoc est mortalitatis. deformitas desperaret: r e n o u a b i t u r, inquit, s i c u t a q u i l a e i u u e n t u s t u a, tamquam diceret: 'haec, quae audisti, ad nouum hominem et ad nouum pertinent testamentum'. recole mecum eadem ipsa paululum, obsecro te, et inspice delectabiliter laudem misericordiae, hoc est gratiae dei. b e n e d i c, inquit, a n i m a m e a, d o m i n u m e t n o l i o b l i u i s c i o m n e s r e t r i b u t i o n e s e i u s: non 'adtributiones', sed r e t r i b u t i o n e s, quia retribuit bona pro malis. q u i p r o p i t i u s f i t o m n i b u s i n i q u i t a t i b u s t u i s: hoc agitur in baptismatis sacramento. q u i s a n a t o m n e s l a n g u o r e s t u o s: hoc agitur in hac uita fidelis hominis, dum caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ut non quae uolumus faciamus, dum alia lex in membris repugnat legi mentis, dum uelle adiacet, perficere autem bonum non; qui languores uetustatis, si perseuerante intentione proficimus, de die in diem crescente nouitate sanantur ex fide, quae per dilectionem operatur. q u i r e d i m i t d e c o r r u p t i o n e u i t a m t u a m: hoc fit in ultima resurrectione mortuorum. q u i c o r o n a t t e i n m i s e r a t i o n e e t m i s e r i c o r d i a: hoc fit in iudicio, ubi cum rex iustus sederit in throno redditurus unicuique secundum opera eius, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? ideo illic necessarium fuit commemorare miserationem et misericordiam domini, ubi iam exigi debita et reddi merita sic possint uideri, ut nullus esset misericordiae locus. coronat ergo in miseratione et misericordia, sed etiam sic secundum opera. segregabitur enim ad

1 Ps. 102, 5 6 Ps. 102, 2 9 Ps. 102, 3 12 cf. Gal. 5, 17 14 cf. Rom. 7, 23. 18 17 cf. Gal. 5, 6 18. 19 Ps. 102, 4 21 cf. Prou. 20, 8. 9 Matth. 16, 27 27 cf. Ps. 61, 13

1 des*peraret (de *in ras.*) *O* 3 quae *om. C* 4 pa*ulolum *OK* 5 et *om. Om1* inpice *Lm1* delectauiliter *Om1* 6 dno *O* 8 non—retrib. *om. K* adtributiones] attributiones eius *b* ait tributiones *d* retributiones eius *d* quia] quạ (i *s.* ạ *m1*) *K* 9 fit *s.l. Km2* 10 sacramenta *Lm1SG* 11 langores *P* 12 conpiscit *O* 13 non *s.l. Om2* quaecumque (uolumus *exp.*) *K* 14 lex repugnat in mẽbris repugnat legi *P* 15 autem *om. Pb* qui*L quia *O* languor *O* 17 sanatur *O* sanat *Km2Cm2* 18 redimet *codd. praeter K* 19 hoc—misericordia *bis exh. K* 20 miseratione *del. C* 21 cum *om. b* 25 deuita *Om1* possent *O d* possit *K* posset *C* possunt *b* 27 segregauitur *Om1*

dexteram, cui dicatur: esuriui et dedistis mihi manducare, quoniam iudicium sine misericordia, sed illi qui non fecit misericordiam, beati autem misericordes, quia ipsorum miserebitur. iam uero cum sinistri ierint in ambustionem aeternam, iusti autem in uitam aeternam, quia haec est, inquit, uita aeterna, ut cognoscant te unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum, illa cognitione, illa uisione, illa contemplatione satiabitur in bonis animae desiderium. hoc enim solum ei sat est, ultra non habet quod adpetat, quod inhiet, quod requirat. nam desiderio huius satietatis ardebat, qui domino Christo ait: ostende nobis patrem et sufficit nobis. cui responsum est: qui me uidit, uidit et patrem, quia ipsa est uita aeterna, ut cognoscant unum uerum deum et quem misisti Iesum Christum. sed si ille, qui uidit filium, uidit et patrem, profecto qui uidet patrem et filium, uidet et spiritum sanctum patris et filii. ita nec arbitrium liberum tollimus et benedicit anima nostra dominum non obliuiscens omnes retributiones eius nec ignorans dei iustitiam suam uolet constituere, sed credit in eum qui iustificat impium et uiuit ex fide, donec ad speciem perducatur, fide scilicet quae per dilectionem operatur. quae dilectio diffunditur in cordibus nostris nec per sufficientiam propriae uoluntatis nec per litteram legis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis.

1 Matth. 25, 35 2 Iac. 2, 13 3 Matth. 5, 7 5 cf. Matth. 25, 46 6. 14 Ioh. 17, 3 9 cf. Ps. 102, 5 12 Ioh. 14, 8. 9 19 cf. Ps. 102, 2 20 cf. Rom. 10, 3 21 cf. Rom. 4, 5 cf. Rom. 1, 17 22 cf. Gal. 5, 6 23 cf. Rom. 5, 5

1 dicetur *b* dedisti∗*LC* dedisti*OTd* 3 sed] erit *b* 4 quoniam *bd* miserebitur] *add.* deus *bd* 5 erint *SG* eunt *O* in tambustionem (t *s.l.*) *S* 6 in uitam *ter pon. S* quoniam inquit haec est *b* 7 d∗m̄ *L* dn̄m *SPG* 8 et *s.l. Om2* 9 contemplane *Lm1* desid. anime *b* 10 ei sat est] ei ad est *Lm1* eis atest *S* ei adest *Pb* eis adest *G* 11 quo∗*L* quo *SGPKb* inhiet (h *s.l.*) *L* hiniet *SG* quo *Lm1SG* nam] et *z* ex *b* desiderio (o *ex* i) *P* 12 xp̄o dn̄o *b* 13 uidet *Lm1Kb* 14 uidet *Kb* et *om. O* 15 *post* cogn. *add. s.l. m2L* te, *quod d post* deum *pon.* 16 misi *K* sed *om. P* si *om. GC* 17 qui uidet *Engelbrecht* qui uidit *codd.* 18 ne *K* liberum arbitrium *O* 20 uolens *zCb* uult *d* 21 et uiuit] uiuens *b* 22 speciam *Lm1* fidei *Pb* per fidem (per *s.l. m2*) *C* 24 sufficientiā (ā *ex* ū *m2*) *L*

XXXIV. 60. Haec disputatio, si quaestioni illi soluendae sufficit, sufficiat. si autem respondetur cauendum esse, ne quisquam deo tribuendum putet peccatum, quod admittitur per liberum arbitrium, si in eo, quod dicitur: quid habes quod non accepisti? propterea etiam uoluntas, qua credimus, dono dei tribuitur, quia de libero existit arbitrio, quod cum crearemur accepimus, adtendat et uideat non ideo tantum istam uoluntatem diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est, uerum etiam quod uisorum suasionibus agit deus, ut uelimus et ut credamus, siue extrinsecus per euangelicas exhortationes, ubi et mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonent hominem infirmitatis suae, ut ad gratiam iustificantem credendo confugiat, siue intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quid ei ueniat in mentem, sed consentire uel dissentire propriae uoluntatis est. his ergo modis quando deus agit cum anima rationali, ut ei credat — neque enim credere potest quodlibet libero arbitrio, si nulla sit suasio uel uocatio cui credat —, profecto et ipsum uelle credere deus operatur in homine et in omnibus misericordia eius praeuenit nos, consentire autem uocationi dei uel ab ea dissentire, sicut dixi, propriae uoluntatis est. quae res non solum non infirmat quod dictum est: quid enim habes quod non accepisti? uerum etiam confirmat. accipere quippe et habere anima non potest dona, de quibus hoc audit, nisi consentiendo ac per hoc quid habeat et quid accipiat dei est, accipere autem et habere utique accipientis et habentis est. iam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coartet, cur illi ita suadeatur ut persuadeatur, illi autem non

4 I Cor. 4, 7 18 cf. Phil. 2, 13 19 cf. Ps. 58, 11 21 I Cor. 4, 7

1 Haec (N *s.* H *m2*) *K* soluenda *KC* suf∗ficit *C* 2 responde∗tur *O* quaquā *Km2* 3 putet] esse *KC* ammittitur *PO* amittitur *Lm1SGKm1* 5 quia—tribuendam *om. b* 6 exsistit *K* 7 et uideat *om. G* uideo *Km2* 9 concre∗tum *P* uerum] sed *b* 11 exortationes *zOm1K* 12 infirmitate sua *K* 13 confugi∗at (g *s.l.*) *O* habeat *b* potestatem *P* 14 quod *b* mente *C* 15 ē *ins. m2O* 16 creda∗t *O* potens (st *s.* ns) *K* potest *s.l.Om2* quolibet *KC* 18 *alt.* et *ex* ut *Om2* 20 ab ea *O p. c. m2* sicut dixi *add. m2O* 21 quid enim habes *s.l.Om2* 24 hac *L* quod (*bis*) *b* 25 ds *K* 26 est iam *rd* etiam *zb* 27 nos *s.l.Om2* coarctet *Gd* quur *LS* itaque *C* suadeat *P* suadetur *K* ut persuadatur *om. PG* persuadetur *Lm1*

ita, duo sola occurrunt interim quae respondere mihi placeat: o altitudo diuitiarum! et: numquid iniquitas apud deum? cui responsio ista displicet quaerat doctiores, sed caueat, ne inueniat praesumptores.

XXXV. 61. Concludamus igitur librum aliquando, cuius tanta prolixitate utrum aliquid egerimus nescio; non apud te, cuius fidem scio, sed apud animos eorum, propter quos me scribere uoluisti, qui non contra nostram, sed — ut mitius loquar et non dicam illius qui in suis apostolis est locutus — certe contra tanti apostoli Pauli non unam sententiam, sed tam uehementem, tam intentam uigilemque conflictationem malunt suam defensitare sententiam quam eum audire obsecrantem per miserationem dei et dicentem per gratiam dei quae data est illi: non plus sapere praeter quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, unicuique sicut deus partitus est mensuram fidei.

62. Tu autem quid mihi proposueris et quid tam longo disputationis huius opere effecerimus aduerte. mouit te certe, quemadmodum dictum fuerit fieri posse, ut sit homo sine peccato, si uoluntas eius non desit ope adiuuante diuina, quamuis nemo tam perfectae iustitiae in hac uita fuerit uel sit uel futurus sit. sic enim hoc ipsum in illis prius ad te conscriptis libris proposui: 'si a me quaeratur', inquam, 'utrum homo sine peccato possit esse in hac uita, confitebor posse per dei gratiam et liberum eius arbitrium, ipsum quoque liberum arbitrium ad dei gratiam, hoc est ad dei dona, pertinere non ambigens, nec tantum ut

2 Rom. 11, 33 Rom. 9, 14 12 cf. Rom. 12, 1. 3 14 Rom. 12, 3 23 si a me—ostenderit] cf. De pecc. mer. II 6, 7, pag. 77, 17—23

1 duo*O* 2 o alt. diu. sapīe et scīe dī *b* 4 caueat (a *pr. s. ras. m2*) *L* inueniatur *K* praesumptiores *Pb* 5 cludamus *Om1* ergo *b* 7 animas *zb* scribere me *O* 8 loquerętur (amur *s.* erętur) *K* 9 et *om. Kb* 10 tanti (i *ex* ū) *G* tantā *P*, *b post* Pauli *pon.* 11 uehementer *C* conflictionē *K* 12 defendere *Pb* defensare *LS* audire eum *K* obsecrantē*O* 14 *p̄ter (pro *cras.*) *L* sapere oportet *O* 15 temperantiam] sobrietatem *K* 16 partitus est *in ras. Om2* 18 efficerimus *G* monuit *K* mouet *b* 19 et fieri possit *b* poss** (*s.l.* e) *L* possit *SPG* 21 iustitia *S* futurū *G* 22 sic (c *s.l.m2*) *K* in *om. Om1* proposui*G* 23 esse possit *b* 24 et—gratiam *om. PGb* 26 est] autem *Pb* donum *b*

sit, uerum ut bonum sit, id est ad facienda mandata domini conuertatur atque ita dei gratia non solum ostendat quid faciendum sit, sed adiuuet etiam, ut possit fieri quod ostenderit'. tibi autem absurdum uisum est sine exemplo esse rem, quae fieri potest. hinc exorta est huius libri quaestio ac per hoc ad nos pertinebat ostendere fieri posse aliquid quamuis desit exemplum. hinc ex euangelio et ex lege quaedam posuimus in sermonis huius exordio, sicut de cameli transitu per foramen acus et de duodecim milibus legionum angelorum, qui potuerunt, si uellet, pugnare pro Christo, et de illis gentibus, quas deus dicit potuisse se a facie populi sui semel exterminare, quae omnia facta non sunt. his addi possunt etiam illa quae leguntur in libro Sapientiae, quam multa posset noua tormenta deus exerere in impios ad nutum sibi seruiente creatura, quae tamen non exeruit; potest et de monte illo, quem fides in mare transferret, quod tamen nusquam factum uel legimus uel audiuimus. quisquis enim horum aliquid deo dixerit esse inpossibile, uides quam desipiat quamque aduersus fidem scripturae eius loquatur. multa alia huiusmodi possunt occurrere uel legenti uel cogitanti, quae possibilia deo negare non possumus, quamuis eorum desit exemplum.

63. Sed quia dici potest illa opera esse diuina, iuste autem uiuere ad nostra opera pertinere, suscepi ostendere etiam hoc opus esse diuinum et hoc egi libro isto loquacius forte quam sat est. sed contra inimicos gratiæ dei etiam parum mihi dixisse uideor nihilque me tam multum dicere delectat quam ubi mihi et scriptura eius plurimum suffragatur et id agitur, ut qui

8 cf. Matth. 19, 24 cf. Matth. 26, 53 10 cf. Deut. 31, 3. Iud. 2, 3
13 cf. Sap. 16, 24 15 cf. Marc. 11, 23 26 cf. II Cor. 10, 17

1 uerum etiam *bd et codd. pag. 77, 20* ut bonum *om. b* 2 ostentat *S* extendat *Om1* 3 iuuet *Pb* fieri possit *zbd* 5 ad nos *om. PGb* 6 hinc *om. S* 7 quaedā *in mg. P* quidam *P* po*suimus *O* 8 camelimeli *K* de *om. C* 9 millibus *Gd* 10 potuis se*sea *L* se *s.l.Om2* a *om. K* 13 ex*erere *L* exserere *in mg. O* exercere *Cm2bd* 14 seruiente sibi *b* exseruit *OKm1* exercuit *Cd* exercet *b* 15 transferet *Om1* transfert *b* 16 nosquam *Lm1* 17 uidens *C* disipiat *Om1* 18 aduersum *O* huiusmodi *om. b* 20 possum (us *s.* m *eras.*) *K* 22 ad nram operam *Om2K* 23 loquatus *Lm1* loquatius *SPGOK* fortasse *d*, *om. b* sat esset *Pb* 26 *pr.* et] ex *Pb*

gloriatur in domino glorietur et in omnibus gratias agamus domino deo nostro sursum cor habentes, unde a patre luminum omne datum optimum et omne donum perfectum est. nam si propterea non est opus dei, quia per nos agitur uel quia illo donante nos agimus, nec illud est opus dei, ut mons transferatur in mare, quia per fidem hominum fieri posse dominus dixit et hoc ipsorum operi adtribuit dicens: s i h a b u e r i t i s i n u o b i s f i d e m t a m q u a m g r a n u m s i n a p i s, d i c e t i s m o n t i h u i c: t o l l e r e e t m i t t e r e i n m a r e, e t f i e t e t n i h i l i n p o s s i b i l e e r i t u o b i s. certe 'uobis' dixit, non 'mihi' aut 'patri'; et tamen hoc nullo modo facit homo nisi illo donante et operante. ecce quemadmodum sine exemplo est in hominibus perfecta iustitia et tamen inpossibilis non est. fieret enim, si tanta uoluntas adhiberetur, quanta sufficit tantae rei. esset autem tanta, si et nihil eorum quae pertinent ad iustitiam nos lateret et ea sic delectarent animum, ut quicquid aliud uoluptatis dolorisue inpedit, delectatio illa superaret; quod ut non sit, non ad inpossibilitatem, sed ad iudicium dei pertinet. quis enim nesciat non esse in hominis potestate quid sciat nec esse consequens ut quod adpetendum cognitum fuerit adpetatur, nisi tantum delectet quantum diligendum est? hoc autem sanitatis est animae.

XXXVI. 64. Sed fortasse quispiam putauerit nihil nobis deesse ad cognitionem iustitiae, quod dominus uerbum consummans et breuians super terram dixit in duobus praeceptis totam legem prophetasque pendere nec ea tacuit, sed uerbis

2 cf. Iac. 1, 17 7 Matth. 17, 19. Luc. 17, 6. Marc. 11, 23 24 cf. Esai. 10, 23. Rom. 9, 28

1 agimus *PGb* 4 qua *Om1* cogitur *T* in illo *PGb* 5 monstrans feratur *G* transferetur *Km1* 6 fide (*om.* per) *P* 8 synapis *L* sinaphis *S* dicetis (e *ex* i *m1*) *L* dicitis *SP* 9 huic monti *b* 10 *pr.*uobis *in mg. Km2* dixerit *P* 11 et non *b* 12 et] aut *b* 13 inpossiuili *Om1* 14 tantae] tanta *Km1* 15 si *om.O* 16 ea*O* eam *Km2* si *Lm1* delectaret *Om1KT* quidquid *GOCT* uoluntatis *Lm1SPGCb* 17 doloris suę (ae) *LSPm1G* dolorisu*e *O* dolorisue ṣụạẹ (s *s.l., corr. m2*) *K* dolori suę (*del.* suę *in mg. add.* sue) *C* superare *Om1* 19 homines *Gm1* quiḍ *K* ut *b* necesse *SKC* 21 diligendum] delectādū *b* 24 consumans *SGO* 25 brebians *C* 26 prophetasqu*e *O* nec ea] nec. e. ā. *P* nec eā *b*

apertissimis prompsit. diliges, inquit, dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua, et: diliges proximum tuum tamquam te ipsum. quid uerius his inpletis inpleri omnino iustitiam? uerum tamen qui hoc adtendit, etiam illud adtendat, quam in multis offendamus omnes, dum putamus deo quem diligimus placere uel non displicere quod facimus et postea per scripturam eius siue certa et perspicua ratione commoniti, cum didicerimus quod ei non placeat, paenitendo deprecamur, ut ignoscat. plena humana uita est documentis talibus. unde autem minus nouimus quid ei placeat, nisi quia et ipse minus notus est nobis? uidemus enim nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. quis uero existimare audeat, cum eo uentum fuerit, quod ait: ut cognoscam sicut et cognitus sum, tantam dei dilectionem fore contemplatoribus eius, quanta fidelibus nunc est, aut ullo modo hanc illi tamquam de proximo conparandam? porro si quanto maior notitia tanto erit maior dilectio, profecto nunc quantum deest dilectioni tantum perficiendae iustitiae deesse credendum est. sciri enim aliquid uel credi et tamen non diligi potest; diligi autem quod neque scitur neque creditur non potest. at si credendo ad tantam dilectionem sancti peruenire potuerunt, qua certe maiorem in hac uita esse non posse dominus ipse testatus est, ut animam suam pro fide uel pro fratribus ponerent, cum ab hac peregrinatione, in qua per fidem nunc ambulatur, peruentum erit ad speciem, quam nondum

1 Matth. 22, 37. 39 6 cf. Iac. 3, 2 12 I Cor. 13, 12 23 cf. Ioh. 15, 13 25 cf. II Cor. 5, 6. 7

1 prom∗sit (i *eras.*) *L* promisit (*pr.* i *s.l.m2*) *S*, *OCT* p̄promisit *K* diligis *SPG* diligens *C* 3 diligis *S* 4 quibus uerbis *m2 ex* quidurius *K* implendis *Om1* 5 omnino iustitiam] oem̄ *b* iustiam *O* 6 offendimus *b* 7 dō (o *in ras.*) *L* dm̄ *S* 8 certa et (a *in ras.*, et *s.l.m2*) *O* perspicue *Km1* 9 ei *om. T* p̣raenitendo *K* poenitende *G* precamur *PGCTbd* 10 ut *add. in mg. P*, *Km2T*, *cet. om.* agnoscat *Lm1* documentibus *G* 12 *post* minus *exp.* nouimus *L* 13 ad] a *T* 14 exestimare *Om1* eo] et *b* uenturum *G* fuerint *K* 16 dei *om. Pb* lectionem *G* 17 ullo] illo *Km1C* 18 tanta *KC* maior erit *b* 19 *post* perf. *ras. 2 litt. O* 20 sciri (i *pr. s.l.*) *LK* scire *Om1* uel credi aliquid *b* 21 quod (o *s.l.m2*) *O* *pr.* neque] nemo *S* 22 non *om. b* at] ad *Lm1* aut *O* ac *b* 24 *alt.* pro *om. b* 25 poneret *SPm1Gb* ab[ad *T* 26 erit] fuerit *O*

uisam speramus et per patientiam expectamus, procul dubio et ipsa dilectio non solum supra quam hic habemus, sed longe supra quam petimus et intellegimus erit, nec ideo tamen plus esse poterit quam ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente. neque enim restat in nobis aliquid quod addi possit ad totum, quia si restabit aliquid, illud non erit totum. proinde hoc primum praeceptum iustitiae, quo iubemur diligere deum ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente, cui est de proximo diligendo alterum consequens, in illa uita inplebimus, cum uidebimus facie ad faciem. sed ideo nobis hoc etiam nunc praeceptum est, ut admoneremur, quid fide exposcere, quo spem praemittere et obliuiscendo quae retro sunt in quae anteriora nos extendere debeamus. ac per hoc, quantum mihi uidetur, in ea quae perficienda est iustitia multum in hac uita ille profecit, qui quam longe sit a perfectione iustitiae proficiendo cognouit.

65. Sed si dici potest quaedam iustitia minor huic uitae competens, qua iustus ex fide uiuit, quamuis peregrinus a domino et ideo per fidem ambulans, nondum per speciem, non absurde dicitur etiam ad istam pertinere ne peccet. neque enim si esse nondum potest tanta dilectio dei, quanta illi cognitioni plenae perfectaeque debetur, iam culpae deputandum est. aliud est enim totam nondum adsequi caritatem, aliud nullam sequi cupiditatem. quamobrem debet homo, quamuis longe minus amet deum quam eum potest amare conspectum, nihil tamen appetere inlicitum,

1 cf. Rom. 8, 25 2 cf. Eph. 3, 20 4. 7 cf. Matth. 22, 37. 39 10 cf. I Cor. 13, 12 12 cf. Phil. 3, 13 17 cf. Rom. 1, 17. Gal. 3, 11 cf. II Cor. 5, 6. 7

2 abemus *Om1* 3 quam *om. C* ido *Om1* 4 corde et ex toto animo et ex tota mente *O* 5 addidi *G* 6 restauit *Om1T* 7 eius iustitiae *K* quod *Om1* dn̄m *LSPGb* 8 *pr.* et *om. KO* ex tota anima et *om. Gb* anima—tota *om. LSP* et *om. O* menta *G* 9 impleuimus *Lm1Om1* cum] uel *b* 10 uideuimus *Om1* hic *ex* hac *m2L* hac *SPG* 11 āmoueremur *Km1* admonemur *b* quid] quod *Om1* quod∗spe∗(d *ex* u) *C* 12 oliuiscendo *Km1* obliuiscenda *b* *post* obl. *ras. 5—6 litt. in O* inq. *Km1* anteriora] inante *O* 13 hac *L* 14 est *s. exp.* et *m2K*,*om. b* multa *b* proficit *POKb* 15 qui∗quam (c *eras.*) *K* 16 si *om. O* 17 qu∗a *O* uitiit *G* 19 nọn (e *s.* ọn *m2*) *K* 20 cognitio *Om1* 22 tota *T* adsequi] ee qui *SG* exsequi *Pb* ase qui *Om1* nullam (n *s.l.*) *P* ullam *LSGOC* 24 eum *om. K* enim *G* post *Om1* conspectu∗m *O* expetere *G* appetet *O*

sicut etiam in his quae adiacent sensibus corporis potest oculus nullis tenebris delectari, quamuis non possit in fulgentissima luce defigi. uerum ecce iam talem constituamus animam humanam in hoc corruptibili corpore, quae etsi nondum illa supereminentissima perfectione caritatis dei omnes motus terrenae libidinis absorbuerit atque consumpserit, tamen in ista minore iustitia ad inlicitum aliquid operandum eidem libidini nulla inclinatione consentiat, ut ad illam uitam iam immortalem pertineat: d i l i g e s d o m i n u m d e u m t u u m e x t o t o c o r d e t u o e t e x t o t a a n i m a t u a e t e x t o t a u i r t u t e t u a, ad hanc autem: n o n r e g n e t p e c c a t u m i n u e s t r o m o r t a l i c o r p o r e a d o b o e d i e n d u m d e s i d e r i i s e i u s, ad illam: n o n c o n c u p i s c e s, ad istam: p o s t c o n c u p i s c e n t i a s t u a s n o n e a s. ad illam nihil amplius quaerere quam in ea perfectione persistere, ad istam hoc quod agit in opere habere et illius perfectionem pro mercede sperare, ut per illam iustus sine fine uiuat in specie, quam in ista desiderauit, per hanc autem iustus uiuat ex fide, in qua illam certo fine desiderat. his constitutis peccatum erit ex fide uiuentis aliquando alicui delectationi inlicitae consentire non tantum in illis horrendis facinoribus et flagitiis perpetrandis, uerum etiam in istis leuioribus, ut uel aurem alicui uoci, quae audienda non esset,

5 cf. I Ioh. 4, 16 9 Deut. 6, 5 11 Rom. 6, 12 13 Ex. 20, 17 Eccli. 18, 30
18 cf. Rom. 1, 17

1 adiacet *Km1* 2 possint *CT* potest *z* 3 uerum etiam iam ecce *T* ecce iam] etiam *O* animum humanum *KOC* humanam] rōnalē *b* 4 qui *GOT* illa *in mg. m2 O* illā supereminentissimā perfectionē *S* 5 omnes (e *ex* i *m2*) montes (tes *s. ras.*) *L* omnis mons *SG* *post* motus *ras. 1—2 litt. in O* 6 attamen *zCbd* in *s.l.m2 O* 9 diligis *Lm1Sm1* dilige*s *C* 10 uirtute] mente *b* 11 non *om. Cm1* nro *b* 13 concupiscis *SG* concupiscens *CTm2* 15 agit (*s.* ł audit *m2*) *K* ait *Pb* 16 perfectione *SC* 17 uiuat—*l. 19* erit *in mg. m3L* specie*L* speciem *SG* speciem *P* in ista] iusta *G* desiderabit *SG* 18 autem *om. K* in qua—ex fide *om. K* illa *T* 19 *uerba* his constitutis—*p. 227, 4* poena terreret *tamquam non apte cum uerbis sequentibus cohaerentia Benedictini in parenthesi ponunt putantes aptiorem iis locum esse ante uerba lin. 3* uerum ecce *sqq.* fide] *add.* hominis *CTd* uiuentes (e *fin. ex* i) *L* uentis (*s.* uerens *m2*) *K* 20 consentire illicite *b* 21 orrendis *Km1* 22 in *om. b* istis *om. zbd* lebioribus *G* esse*t *O*

uel linguam alicui, quae dicenda non esset, accommodet uel in ipso corde aliquid ita cogitet, ut mallet licitum quod male delectat et per praeceptum scitur inlicitum; etiam ista quippe consensio est ad peccatum, quae utique fieret, nisi poena terreret. tales iusti ex fide uiuentes non opus habent dicere: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a, s i c u t e t n o s d i m i t t i m u s d e b i t o r i b u s n o s t r i s? falsumque esse conuincunt, quod scriptum est: n o n i u s t i f i c a b i t u r i n c o n s p e c t u t u o o m n i s u i u e n s? et illud: s i d i x e r i m u s q u i a p e c c a t u m n o n h a b e m u s, n o s i p s o s d e c i p i m u s e t u e r i t a s i n n o b i s n o n e s t? et illud: q u i a n o n e s t h o m o q u i n o n p e c c a b i t? et illud: q u i a n o n e s t i u s t u s i n t e r r a q u i f a c i e t b o n u m e t n o n p e c c a b i t — utrumque enim hoc testimonium non de praeterito dicit, id est 'peccauit', sed de futuro, id est 'peccabit' — et si qua alia in hanc sententiam sancta scriptura commemorat? sed quoniam haec falsa esse non possunt, illud esse consequens uideo, ut qualemlibet uel quantamlibet in hac uita potuerimus definire iustitiam, nullus in ea sit hominum qui nullum habeat omnino peccatum omnique homini sit necessarium dare ut detur illi, dimittere ut dimittatur illi et, si quid habet iustitiæ, non de suo sibi esse praesumere, sed de gratia iustificantis dei et adhuc tamen ab illo esurire et sitire iustitiam, qui est panis uiuus et apud quem fons uitae, qui sic operatur iustificationem in sanctis suis in huius uitae temptatione laborantibus, ut tamen

5 Matth. 6, 12 8 Ps. 142, 2 9 I Ioh. 1, 8 11 III Regn. 8, 46 12 Eccle. 7, 21 20 cf. Luc. 6, 38. 37 23 cf. Matth. 5, 6 cf. Ioh. 6, 51 24 cf. Ps. 35, 10

1 uel—non esset *s.l.m2O,om.b* lingua *C* accommode∗t *O* accommodare *b* 2 mallet *Op.c.* 3 delectet *GPb* 4 quae] si *KOm1C* sed *Om2* poenae (*exp. m2*) *K* poena∗*O* terret *Om1* 5 iustitiae (*s.* ł iusti *m2*) *K* 7 esse *add. m2 O* 9 quoniam si *b* 10 nosmet ipsos *Td* seducimus *L* 11 uerita *Cm1* illud] id *K* 12 peccauit *KC* peccet *b* quia *om.Td* 13 faciat *b* peccauit *Om1Cm1* 14 non de praeterito *in mg.m2O* 15 dicit—peccauit *om.O* peccabit *SG* sed de futuro dicit *O* id est *om.b* peccauit *Lm1Om1* 16 in] in se *C* hac sententia *O* 17 illud *s. eras.* id *L* nousequens (c *s.* n) *L* 18 qualemlibet] quamlibet *b* putauerimus (a *s.l.m2*) *K* 19 difinire *O* 20 detur] datur *Km1* 21 *pr.* illis *C* 22 suos ibi *S* iustificatis *Lm1* 23 et sitire *s.l.m2O* 24 *ante* fons *add.* est *Td* iustitiam *O* 25 uius *C*

sit et quod petentibus largiter adiciat et quod confitentibus clementer ignoscat.

66. Sed inueniant isti, si possunt, aliquem sub onere corruptionis huius uiuentem, cui iam non habeat quod ignoscat: nisi tamen eum fateantur non doctrina legis data, sed etiam infuso spiritu gratiae, ut talis esset, adiutum, non cuiuscemodi peccati crimen, sed ipsius impietatis incurrent. sane quamquam talem, si testimonia illa diuina conpetenter accipiant, prorsus inuenire non possunt, nullo modo tamen dicendum est deo deesse possibilitatem, qua uoluntas sic adiuuetur humana, ut non solum iustitia ista, quae ex fide est, omni ex parte modo perficiatur in homine, uerum etiam illa, secundum quam postea in aeternum in ipsa eius contemplatione uiuendum est. quando quidem si nunc uelit in quoquam etiam hoc corruptibile induere incorruptionem atque hic inter homines morituros eum iubere uiuere minime moriturum, ut tota penitus uetustate consumpta nulla lex in membris eius repugnet legi mentis deumque ubique praesentem ita cognoscat, sicut sancti postea cognituri sunt, quis demens audeat adfirmare non posse? sed quare non faciat, quaerunt homines nec qui quaerunt se adtendunt esse homines. scio quod sicut inpossibilitas ita et iniquitas non est apud deum; et scio quod superbis resistit, humilibus autem dat gratiam; et scio quod illi, cui ne extolleretur datus erat stimulus carnis, angelus

11 cf. Rom. 10, 6 14 cf. I Cor. 15, 53 16 cf. Rom. 7, 23 21 cf. Rom. 9, 14 22 cf. Iac. 4, 6 23 cf. II Cor. 12, 7

1 *pr.* et *om.b* *alt.* et *m2 add.O* quod *om.PCb* 3 sed *ex* si *m2L* honore *LSC* honere (e *pr. ex* o *P*) onore *G* *onere *O* 4 qui *Km2* habeat] *add.* deus *zTbd* 5 *post* legis *7—8 litt. eras. O* datum *POm1b* datae *Om2CTbd* 6 ut *def. G* talis esset *m2 ex* utilis ee *O* huiuscemodi *b* 8 *uoce* testimonia *fin. G* diuina illa *b* accipiat *b* 9 possint (i *ex* u) *O*, *Lm2S* tamen modo *b* est *om.zTbd* 11 ista (i *s.l.m2*) *O* quae (ae *ex* a *m1*) *L* qua *SPm1* 12 illam *C* secundum qua *b* 13 in *om.O* 14 quoquam (quo *s.l.m2*) *O* ** corruptibile (b *ex* u *m2*) *O* indu*ere *L* induc̣ere (c *exp. m. rec.*) *P* indueri *Om1* incorruptione *LSPT* 15 hic *om.b* 16 *post* consumpta *ras. 2 litt. in L* consummat aut *S* consūpta ạụṭ *P* 17 eis *Om1* 18 sci] *add.* qui *K* 19 faciaṇt *K* 20 nec—homines *in mg. Pm1* attendunt se *b* se* *O* 21 sicut *in mg.Om2* *def. L* *uoce* inpossibilitas *fin. L* ita *m2 ex* ut *O* 23 cui*ne *P* neq̣ *K* carnis *om.K*

satanae, qui eum colaphizaret, semel et iterum et tertio deprecanti dictum est: s u f f i c i t t i b i g r a t i a m e a; n a m u i r t u s i n i n f i r m i t a t e p e r f i c i t u r. aliquid ergo est in abdito et profundo iudiciorum dei, ut etiam iustorum omne os obstruatur in laude sua et non aperiatur nisi in laudem dei. hoc autem aliquid quis possit scrutari, quis uestigare, quis nosse? tam s u n t i n s c r u t a b i l i a i u d i c i a e i u s e t i n u e s t i g a b i l e s u i a e e i u s! q u i s e n i m c o g n o u i t s e n s u m d o m i n i? a u t q u i s c o n s i l i a r i u s i l l i f u i t? a u t q u i s p r i o r d e d i t i l l i, e t r e t r i b u e t u r e i? q u o n i a m e x i p s o e t p e r i p s u m e t i n i p s o s u n t o m n i a, i p s i g l o r i a i n s a e c u l a s a e c u l o r u m. a m e n.

2 II Cor. 12, 9 4 cf. Rom. 3, 19 6 Rom. 11, 33—36

1 satanae *om.K* *alt.* et] atque *O* 2 est] *add.* ei *S* 4 in profundo *O* obstruatur (a *in ras. m2*) *O* 5 lade *O* operiatur *SKm1* dei] eius *b* 6 uestigare (e *fin. m2 ex* i) *O* inuestigare *LPGCTbd* *s.* tam *add.m2* quā *K* 7 inuestigauiles *Om1* 9 illi] eius *b* 11 sunt *om.LSP* 12 Explicit de spu et littera deo gratias *S* Explicit de spū et littera do gratias amen (*litt. mai.*) *P* Explicit de spu et littera feliciter *O* In nomine domini contuli ut potui. Explicit liber de spiritu et littera *CT* Explic lib de spu et littera *K*

AVGVSTINI RETRACTATIONVM LIB. II. CAP. LXIII (XXXVII) (PAG. 175, 13 ED. KNOELL).

DE SPIRITV ET LITTERA AD MARCELLINVM LIBER VNVS.

1. Ad quem scripseram tres libros, quorum titulus est De peccatorum meritis et remissione, ubi diligenter disputatur etiam de baptismo paruulorum, rescripsit mihi se fuisse permotum, quod dixerim fieri posse, ut sit homo sine peccato, si uoluntas eius non desit ope adiuuante diuina, quamuis nemo tam perfectae iustitiae in hac uita uel fuerit uel sit uel futurus sit. quaesiuit enim, quomodo dixerim posse fieri, cuius rei desit exemplum. propter hanc eius inquisitionem scripsi librum, cuius est titulus De spiritu et littera, pertractans apostolicam sententiam, ubi ait: *littera occidit, spiritus autem uiuificat.*

2. In quo libro, quantum deus adiuuit, atrociter disputaui contra inimicos gratiae dei, qua iustificatur inpius. cum autem agerem de obseruationibus Iudaeorum a quibusdam escis secundum ueterem legem abstinentium, dixi: *quarundam escarum ceremoniae.* quod nomen non est in usu sanctarum litterarum, ideo tamen mihi congruens uisum est, quod a carendo appellatas ceremonias quasi carimonias memoria tenebam eo, quod obseruantes careant his rebus, a quibus se abstinent. quod si est origo huius nominis, quae abhorret a uera religione, secundum hanc ego non sum locutus, sed secundum istam, quam supra memoraui.

3. Hic liber sic incipit: *Lectis opusculis, quae ad te nuper elaboraui, fili carissime Marcelline.*

13 II Cor. 3, 6 16 cf. Rom. 4, 5 18 De spir. et litt. 21, 36 Aug. ep. 82, 18 20 cf. Gell. Noct. Att. IV 9, 8

III.

DE NATVRA ET GRATIA LIBER VNVS.

CODICES:

L = *codex Lugdunensis 608 (524) saec. VIII ex.*
D = *codex S. Dionysii, postea Colb., nunc Parisinus 2095 saec. IX.*
P = *codex Parisinus 9544 saec. IX.*
R = *codex Remensis 393 (E. 285) saec. IX.*
V = *codex Vossianus Latinus 98 saec. IX.*
B = *codex Bernensis 176 saec. XI.*
C = *codex Carnutensis 93 (48) saec. X.*
E = *codex olim Corbeiensis nunc Parisinus 12210 saec. X.*
b = *editio Amerbachiana.*
d = *editio Benedictinorum a S. Mauro 1690.*
Oros. = *Pauli Orosii Excerpta CSEL V 673—680. 665—672 ed. C. Zangemeister.*
Eug. = *Eugippii Excerpta ex opp. s. Augustini p. 958, 10—17. 958, 18—959, 17 ed. P. Knoell (CSEL VIIII).*

I. 1. Librum quem misistis, carissimi filii Timasi et Iacobe, intermissis paululum, quae in manibus erant, cursim quidem, sed non mediocri intentione perlegi et uidi hominem zelo ardentissimo accensum aduersus eos, qui cum in suis peccatis humanam uolun-
5 tatem debeant accusare, naturam potius accusantes hominum per illam se excusare conantur. nimis exarsit aduersus hanc pestilentiam, quam etiam litterarum saecularium auctores grauiter arguerunt exclamantes: falso queritur de natura sua genus humanum. hanc prorsus etiam iste sententiam quantis
10 potuit ingenii uiribus aggerauit. uerum tamen timeo ne illis potius suffragetur, qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam; ignorantes enim dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. quae sit autem iustitia dei de qua hic loquitur
15 consequenter aperit adiungens: finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. hanc itaque iustitiam dei non in praecepto legis, quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiae Christi, ad quam solam utiliter legis uelut paedagogi timor ducit, constitutam esse qui intellegit, ipse intellegit quare sit
20 Christianus. nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. si autem non gratis mortuus est, in illo solo iustificatur impius, cui credenti in eum qui iustificat impium deputatur fides ad

8 Sallusti Bell. Iug. 1 11. 15 Rom. 10, 2—4 18 cf. Gal. 3, 24 20 Gal. 2, 21 22 Rom. 4, 5

Explc xpo dno ihu gratias ad epos eutropium et paulum (*litt. mai.*) Incipit lib sci augustini ad timasiū et iacobū de natura et gratia *D* Explicit: xpo dno ihu gratias ad episcopos eutropium et paulum. Incipit (*cetera desunt spatio uacuo relicto*) *P,E* (Inc. *om.*) Explicit xpo dno ihu gratias ad epos eutropium et paulum. Incipit liber sci augustini de natura et gratia *LRC* Incipit ad timasium et iacobum de natura et gratia feliciter *VB* 1 karissimi *B* filii] f. *V* 2 paulum *Vm1* 3 ut zelo (ut *in mg. m2*) *R* ut zelo *E* 7 que *L* arguere *V* arguêre *E* 8 qu*eritur *DPC* quęritur *R* 9 iste (e *ex* i) *D* 10 ueruntamen *VB* 12 *ante* enim *eras.* d *R* 14 iustitia (a *ex* ę *m2*) *L* 17 *post* praecepto *ras. 1—2 litt. R* 18 pedagogi *Vm1 cet.* 19 ipse intellegit *in mg. D* 21 si—est *in mg. Em1*

iustitiam. omnes enim peccauerunt et egent gloria dei iustificati gratis per sanguinem ipsius. quicumque autem non putantur pertinere ad hos omnes, qui peccauerunt et egent gloria dei, profecto nullam necessitatem habent ut Christiani fiant, quia non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus; unde non uenit ille uocare iustos, sed peccatores.

II. 2. Ac per hoc natura humani generis ex illius unius praeuaricatoris carne procreata, si potest sibi sufficere ad implendam legem perficiendamque iustitiam, de praemio debet esse secura, hoc est de uita aeterna, etiamsi in aliqua gente aut aliquo superiore tempore fides eam latuit sanguinis Christi. non enim iniustus deus, qui iustos fraudet mercede iustitiae, si eis non est annuntiatum sacramentum diuinitatis et humanitatis Christi, quod manifestatum est in carne. quomodo enim crederent quod non audierunt? aut quomodo audirent sine praedicante? fides enim ex auditu, sicut scriptum est, auditus autem per uerbum Christi. sed dico, inquit: numquid non audierunt? in omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis terrae uerba eorum. sed antequam hoc inciperet fieri, antequam denique usque ad fines totius orbis terrae praedicatio ipsa perueniat — quoniam non desunt adhuc ultimae gentes, licet ut perhibetur paucissimae, quibus hoc nondum fuerit praedicatum — quid faciat humana natura uel quid fecit, quae uel ante non audierat hoc futurum uel adhuc non comperit factum nisi credendo in deum, qui fecit caelum et terram, a quo et se factam naturaliter sentit et recte uiuendo eius impleat uoluntatem nulla fide passionis Christi et resurrectionis imbuta? quod si fieri potuit aut potest, hoc et ego dico, quod de lege dixit apostolus: ergo

1 Rom. 3, 23. 24 5 cf. Matth. 9, 12. 13 13 cf. I Tim. 3, 16 14 cf. Rom. 10, 14 15 Rom. 10, 17. 18 18 Ps. 18, 5 25 cf. Act. 4, 24 28 Gal. 2, 21

1 aegent *L*∗egent *D* egent *P* 2 gloria∗*R* 4 aegent *LP*∗egent *D* gloriam *R* gloria∗ *C* profecto (*in mg.* perfecto) *V* 5 medicis *D* 7 preuaricatoris (i *fin. m2 ex* e) *R* 8 implendum *Rm1* 9 prẹmio *m2 ex* primo *D* 11 iustus *VEm1* 13 manifestum *Lm1Dm1VB* 14 est *om.VEm1* 16 est *s.l.R* 18 exiuit *RCEd* 19 orbis (i *ex* e *m1*) *L* inciperet *in mg.Em1* 21 peruenit *Lm1Dm1* peruenirẹt *ER in mg.* peruenirẹt (*in mg.m2* peruenieṭ) *V* ad hoc *b* 22 fuerat (a *ex* i *m1*) *R* 23 faciet *Dm2VCbd* 25 factum *Dm1*

C h r i s t u s g r a t i s m o r t u u s e s t. si enim hoc ille dixit de lege quam accepit gens una Iudaeorum, quanto iustius dicitur de lege naturae, quam accepit uniuersum genus humanum: 'si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est'! si autem Christus non gratis mortuus est, ergo omnis humana natura iustificari et redimi ab ira dei iustissima, hoc est a uindicta, nullo modo potest nisi per fidem et sacramentum sanguinis Christi.

III. 3. Natura quippe hominis primitus inculpata et sine ullo uitio creata est; natura uero ista hominis, qua unusquisque ex Adam nascitur, iam medico indiget, quia sana non est. omnia quidem bona, quae habet in formatione, uita, sensibus, mente, a summo deo habet creatore et artifice suo. uitium uero, quod ista naturalia bona contenebrat et infirmat, ut inluminatione et curatione opus habeat, non ab inculpabili artifice contractum est, sed ex originali peccato, quod commissum est libero arbitrio. ac per hoc natura poenalis ad uindictam iustissimam pertinet. si enim iam sumus in Christo noua creatura, tamen c r a m u s n a t u r a f i l i i i r a e s i c u t e t c e t e r i; d e u s a u t e m, q u i d i u e s e s t i n m i s e r i c o r d i a, p r o p t e r m u l t a m d i l e c t i o n e m, q u a d i l e x i t n o s, e t c u m e s s e m u s m o r t u i d e l i c t i s, c o n u i u i f i c a u i t n o s C h r i s t o, c u i u s g r a t i a s u m u s s a l u i f a c t i.

IV. 4. Haec igitur Christi gratia, sine qua nec infantes nec aetate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur. i u s t i f i c a t i, inquit, g r a t i s p e r s a n g u i n e m i p s i u s. unde hi qui non per illam liberantur, siue quia audire nondum potuerunt siue quia oboedire

10 medico indiget—241, 1 didicimus] cf. Orosii Excerpta 3–13 (CSEL V 673–680) 16 cf. II Cor. 5, 17 17 Eph. 2, 3—5 25 Rom. 3, 24 27 cf. Rom. 10, 14

2 iudeorum *V* 4 iustitia (*in mg.* ł iustus) *R* si—est *om. Dm1B* siçut *E* si autem *ex* sicut *Vm2* non gratis Christus *d* 5 est *om. E* 6 redemi *Dm1* est *om. Lm1* a *om. Vm1b* 9 qu*a *R* 10 indiget *om. Vm1* 11 reformatione (re *s.l.m2*) *R* conformatione *Oros.* uitam sensus mentem *Oros.* 12 habet *in mg. Dm1, s.l. Vm2* 14 inculpabili*D* 16 poenis *Dm1Bm1* etsi *coni. Ben.* ṇọṇ sumus *E* simus *b* 17 creatura tamen *repet. Vm1* 18 in misericordia est *V* 19 qu*a *V* quia *Em1* 20 dilectis *Pm1* peccatis *Oros.* 23 igitur] autem *d* gratia Christi *Oros.* Christi *om. Vm1* 25 quod *om. Vm1* et gratia *CdOros.* 26 hii *VE* illum *V* 27 qui *b* n̄dū audire *V*

noluerunt siue etiam, cum per aetatem audire non possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierent, non acceperunt, iuste utique damnantur, quia sine peccato non sunt, uel quod originaliter traxerunt uel quod malis moribus addiderunt; omnes enim peccauerunt — siue in Adam siue in se ipsis — et egent gloria dei.

V. 5. Vniuersa igitur massa poenas debet et, si omnibus debitum damnationis supplicium redderetur, non iniuste procul dubio redderetur. qui ergo inde per gratiam liberantur, non uasa meritorum suorum, sed uasa misericordiae nominantur. cuius misericordiae nisi illius, qui Christum Iesum misit in hunc mundum peccatores saluos facere, quos praesciuit et praedestinauit et uocauit et iustificauit et glorificauit? quis igitur usque adeo dementissime insaniat, ut non agat ineffabiles gratias misericordiae quos uoluit liberantis, qui recte nullo modo posset culpare iustitiam uniuersos omnino damnantis?

VI. 6. Hoc si secundum scripturas sapiamus, non cogimur contra christianam gratiam disputare et ea dicere, quibus demonstrare conemur naturam humanam neque in paruulis medico indigere, quia sana est, et in maioribus sibi ipsam ad iustitiam, si uelit, posse sufficere. acute quippe uidentur haec dici, sed in sapientia uerbi, qua euacuatur crux Christi, non est ista sapientia desursum descendens. nolo quod sequitur dicere, ne amicis nostris, quorum fortissima et celerrima ingenia non in peruersum, sed in directum currere uolumus, facere existimemur iniuriam.

VII. 7. Quanto igitur zelo accensus est libri huius, quem misistis, conditor aduersus eos qui peccatis suis patrocinium de naturae

1 cf. Tit. 3, 5 5 Rom. 3, 23 10 cf. Rom. 9, 23 11 cf. I Tim. 1, 15 12 cf. Rom. 8, 29. 30 21 cf. I Cor. 1, 17 22 Iac. 3, 15

1 non possent audire *V* 5 se *s.l. Vm2* semet *b* 6 ạegent *L* gloriaṃ *R* gloriam (m *s.ras.*) *C* 8 non—redderetur *in mg. Dm1* 10 cui**R* 11 misericordia *VE* 12 et *om. Vm1* p̄distinauit *ELm2* 13 gloriauit *Rm1* 14 i̯n insaniat *L* d̯e̯o̯ gratias *V* 15 liberanti**P* possent (n *s.l. m2*) *C* uniuersis *E* 17 scripturam *b* 19 humanamque (*om.* neque) *B* medico in paruulis *V* 20 ad *om. Vm1* 22 quae (a *s.l.*) uacuatur *L* uacuatur *Vm1Em1* crux *om. Vm1* ista] ipsa *V* desursum sapientia *bd* 23 nolo *ex* nullo *Cm1* 24 quorum *om. Vm1* fort.] certissima *B* 25 existimemur (*pr.* i *ex* e) *D* 27 de natura humanae infirmitatis *Oros.*

humanae infirmitate perquirunt, tanto et multo ardentiore zelo nos oportet accendi, ne euacuetur crux Christi. euacuatur autem, si aliquo modo praeter illius sacramentum ad iustitiam uitamque aeternam peruenire posse dicatur. quod in libro isto agitur, nolo dicere ab sciente, ne illum qui eum scripsit ne Christianum quidem habendum iudicem, sed, quod magis credo, a nesciente, magnis sane uiribus; sed eas sanas uolo, non quales frenetici habere consuerunt.

8. Nam prius distinguit 'aliud esse quaerere an possit aliquid esse, quod ad solam possibilitatem pertinet, aliud, utrumne sit'. hanc distinctionem ueram esse nemo ambigit; consequens enim est, ut quod est esse potuerit, non est autem consequens, ut quod esse potest etiam sit. quia enim dominus Lazarum suscitauit, sine dubio potuit; quia uero Iudam non suscitauit, numquid dicendum est: 'non potuit'? potuit ergo, sed noluit. nam si uoluisset, eadem etiam hoc potestate fecisset, quia et filius quos uult uiuificat. sed hac distinctione uera atque manifesta quo tendat et quid efficere conetur aduertite. *nos*, inquit, *de sola possibilitate tractamus; de qua nisi quid certum constiterit, transgredi ad aliud grauissimum esse atque extra ordinem ducimus*. hoc uersat multis modis et sermone diuturno, ne quis eum aliud quam de non peccandi possibilitate quaerere existimet. unde inter multa quibus id agit etiam hoc dicit: *idem iterum repeto: ego dico posse esse hominem sine peccato. tu quid dicis? non posse esse hominem sine peccato. neque ego dico*, inquit, *hominem esse sine peccato neque tu dicis non esse hominem sine peccato*; *de posse et non posse, non de esse et non esse contendimus*. deinde nonnulla eorum quae aduersus eos de scripturis proferri solent ad istam quaestionem non pertinere, in qua quaeritur possitne an

2 cf. I Cor. 1, 17 9 Pelagius 13 cf. Ioh. 11, 43. 44 16 cf. Ioh. 5, 21 18. 23 Pelagius

2 nos *om. Vm1* ne euacuetur *ex* nec uacuetur *L* Christi *om. Vm1* 3 si aliquo *semel exp. V* 4 peruenirī *Lm2d* dicatur *ex* dicamus *E* nolo (o *fin. m2 ex* e) *D* 5 quide *Dm1* 6 sed *om. Rm1* 7 frenetici *codd. omnes, in mg. Vm2* 11 est *s.l. Vm2Rm1* 12 *all.* est *om. Dm1Vm1* 15 etiam hoc eadem potestate *Oros.* 16 et *om. V* quo *Rm1* ha*c *D* haṇc *B* 18 conaetur *V* inquid *V* (*passim*) 19 alium (*in mg. m2* i aliud) *R* 20 dicimus *Oros.* 21 possibitate *Vm1* 22 exestimet *Dm1B* 23 item (d *s.* t) *R* iterūṇt *V* posse *om. B* 24 posse *s. ras. Dm2* esse *om. R* 25 sine *om. Vm1* 26 et non esse *in mg. Rm2*

non possit homo esse sine peccato, ita commemorat: *nam nullus*, inquit, *mundus est a sorde, et: non est homo qui non peccet, et: non est iustus in terra, et: non est qui faciat bonum, et cetera his similia*, inquit, *ad non esse, non ad non posse proficiunt. huiusmodi enim exemplis ostenditur, quales homines quidam tempore aliquo fuerint, non quod aliud esse non potuerint; unde et iure inueniuntur esse culpabiles. nam si idcirco tales fuerunt, quia aliud esse non potuerunt, culpa carent.*

VIII. 9. Videte quid dixerit. ego autem dico paruulum natum in eo loco, ubi ei non potuit per Christi baptismum subueniri, morte praeuentum idcirco talem fuisse, id est sine lauacro regenerationis exisse, quia esse aliud non potuit. absoluat ergo eum et aperiat ei contra sententiam domini regnum caelorum; sed non eum absoluit apostolus qui ait: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. recte ergo ea damnatione, quae per uniuersam massam currit, non admittitur in regnum caelorum, quamuis Christianus non solum non fuerit, sed nec esse potuerit.

IX. 10. Sed: *non damnatur*, inquiunt, *quia in Adam peccasse omnes non propter peccatum nascendi origine adtractum, sed propter imitationem dictum est.* si ergo ideo dicitur Adam auctor omnium qui subsecuti sunt peccatorum, quia primus peccator in hominibus fuit, cur non potius Abel quam Christus ponitur caput omnium iustorum, quia primus in hominibus iustus fuit? sed de infante non loquor; iuuenis uel senex in ea regione defunctus est, ubi non potuit Christi nomen audire. potuit fieri iustus per naturam et liberum

1 Pelagius cf. Iob 14, 4 2 III Regn. 8, 46 3 Eccle. 7, 21 Ps. 13, 3 13 cf. Ioh. 3, 5 14 Rom. 5, 12 21 Pelagius

1 ita *om.V* 3 *pr.* est *om.Lm1* 4 faciet *Vm1* es∗se *R* 5 exsemplis *E* 6 quidā∗*E* es∗se *R* 9 dixerim *Lm2* *uoce* ego *inc. c. VIII b* 10 ei *om.Vm1* per *om.Vm1* subuenire *V* 13 apperiat *E* ei *om.Vm1* 17 demnatione *Vm1* 18 ammittitur (d *s. pr.* m *m1*) *L, Dm1PVm1BE* regno *Vm1* 19 non solum *om.Vm1* 21 inquid hic *V* 23 ideo] in eo *V* omnium] hominum *Oros.* 24 subsecuti *ex* subiecti *Dm2* prius *LPVB* in hominibus *om.V* 25 quur *DPRBC* ponitur *P* 26 in omnibus iustus *Oros.* 28 audiri (i *fin.. ex* e) *P* per naturam iustus *V*

arbitrium an non potuit? si potuisse dicunt, ecce quod est crucem Christi euacuare 'sine illa quemquam per naturalem legem et uoluntatis arbitrium iustificari posse contendere'. dicamus et hic: ergo Christus gratis mortuus est; hoc enim omnes possent, etiamsi mortuus ille non esset; et si iniusti essent, quia uellent, essent, non quia iusti esse non possent. si autem sine Christi gratia iustificari omnino non potuit, etiam istum, si audet, absoluat secundum uerba sua, quia 'si idcirco talis fuit, quod aliud esse non potuit, culpa caruit'.

X. 11. Sed obiecit sibi quasi ab alio dictum et ait: *potest quidem esse, sed per dei gratiam, inquies.* deinde uelut respondendo subiungit: *ago humanitati tuae gratias, quod assertionem meam, quam dudum oppugnabas, non modo non oppugnare aut non confiteri solum contentus non es, uerum etiam non refugis comprobare. nam dicere: potest quidem, sed per illud aut illud, quid aliud est quam non solum consentire quod possit esse, uerum etiam quomodo uel qualiter possit ostendere? nullus itaque magis alicuius rei possibilitatem probat quam qui eius etiam qualitatem fatetur, quia nec absque re esse qualitas potest.* his dictis iterum sibi obicit: *sed tu, inquies, hoc in loco dei gratiam, quando quidem eam non commemoras, uideris abnuere.* deinde respondit: *egone abnuo, qui rem confitendo confitear necesse est et per quod effici res potest, an tu, qui rem negando et quicquid illud est per quod res efficitur procul dubio negas?* oblitus est iam se illi respondere, qui rem non negat, cuius obiectionem paulo ante proposuerat dicentis: *potest quidem esse, sed per dei gratiam.*

1 cf. I Cor. 1, 17 4 Gal. 2, 21 8. 10 Pelagius 25 Pelagius

1 potuisse**L* 2 sine ulla*R* natura *Vm1* 3 iustificari (i *fin. ex* e) *RV* 4 Christus *om.Vm1* 5 iniusti*L* iniusti (in *s.l.*) *D* iusti *B* 6 iusti *om.Vm1* 9 *ante* non *add.* omnino *d* caret *Oros.* 10 obiicit *d* sibi *om.V* dictum (c *s. eras. litt.*) *R* quide *Dm1* 11 esseṣ *E* gratiam dei *bd* uelud (*passim*) *DVBE* 12 adsertionem *VE* 13 obpugnabas *PRVC* non *ante* confiteri *om.DVBCd Oros.* 15 nā *s. exp.* et *Vm2* sed per illum aut per illud *Oros.* 16 consentire] non sentire *DBC* posset *Oros.* 17 posset *LDm1B Oros.* 18 adprobat *Oros.* neque *bd* 19 dictis (i *fin. ex* u) *R* iterum *om. Vm1* 20 commoras *LD* commemorans *V* 21 respondet *bd Oros.* egonon (*in mg.m2* ne) *V* egon̄*R* ergone (r *s.l.*) *P* n̤o n̤ abnuo *E* 22 res effici *DRBbd* an] at (*in mg.* an) *V*, *Rm2Em1* quidquid *LPCm1* 23 illud *om.Vm1* *post* effic. *add.* potest *B* 25 p̄posuerat *V* potes *Vm1* gratiam dei *bd*

quomodo ergo illam pro qua iste multum laborat possibilitatem negat, qui ei iam dicit: 'potest esse, sed per dei gratiam'? uerum tamen quia isto dimisso qui rem iam confitetur agit adhuc aduersus eos qui negant esse possibile hominem esse sine peccato, quid ad nos? contra quos ult agat, dum tamen hoc confiteatur, quod impietate sceleratissima negatur, sine gratia dei hominem sine peccato esse non posse. dicit ergo: *siue per gratiam siue per adiutorium siue per misericordiam et quicquid illud est per quod esse homo absque peccato potest, confitetur quisquis rem ipsam fatetur.*

XI. 12. Fateor dilectioni uestrae, cum ista legerem, laetitia repente perfusus sum, quod dei gratiam non negaret, per quam solam homo iustificari potest; hoc enim in disputationibus talium maxime detestor et horreo. sed pergens legere cetera primo ex datis similitudinibus coepi habere suspectum. ait enim: *nunc si dixero: homo disputare potest, auis uolare, lepus currere, et non etiam per quae haec effici possint commemorauero, id est linguam, alas, pedes, num ego officiorum qualitates negaui, qui officia ipsa confessus sum?* uidetur certe haec eum commemorasse, quae natura ualent; creata sunt enim haec membra huiusmodi naturis, lingua, alae, pedes. non tale aliquid posuit, quale de gratia intellegi uolumus, sine qua homo non iustificatur, ubi de sanandis, non de instituendis naturis agitur. hinc iam ergo sollicitus coepi legere cetera et me non falso comperi suspicatum.

XII. 13. Quo priusquam ueniam, uidete quid dixerit. cum tractaret quaestionem de differentia peccatorum et obiceret sibi, quod quidam dicunt leuia quaedam peccata ipsa multitudine, quod saepe inruant, non posse cuncta uitari, negauit 'debere argui ne leuia quidem correctione, si uitari omnino non possunt',

7. 14. 27 Pelagius

2 qui etiam ei *b* dici *V* esse *om. Vm1* ueruntamen *V* 3 ait *Vm1E* 4 *pr.* esse] este *R,om.C* 7 non *eras. V* 8 quidquid *PBEm1* 9 *post* absque *exp.* sine *B* potest] peccat *d* 11 repetente *B* perfusus (us *fin. s.l.m2*) *D* 13 maxime *om.Vm1* orreo *L*∗orreo *E* primo *ex* promo *R* 14 nunc] num *Dm2RCEm1* nam *d* si *s.l.Dm2Rm1* 15 lupus *RB* 16 possunt *VBEbd Oros.* lingua malas *L* 18 ęū *V* natura ualent (ra *et* u *s.l.*) *D* 20 uolu∗mus *R* 22 ego *Oros.* 25 de *s.l.Lm2* et obiceret sibi quod quaedam saepe inruant *Oros.* 26 quaedā *s.l.Vm2* 28 leui *Bbd* leui∗*C* quide (m *s.l. m2 semper fere*) *D* correptione *d Oros.*

scripturas utique non aduertens noui testamenti, ubi didicimus hanc esse intentionem legis arguentis, ut propter illa quae perperam fiunt confugiatur ad gratiam domini miserantis uelut paedagogo concludente in eadem fide, quae postea reuelata est, ubi et remittantur quae male fiunt et eadem gratia iuuante non fiant. proficientium est enim uia, quamuis bene proficientes dicantur perfecti uiatores. illa est autem summa perfectio, cui nihil addatur, cum id quo tenditur coeperit possideri.

XIII. 14. Iam uero illud quod eis dicitur: 'ipse tu sine peccato es?' reuera non pertinet ad eam rem de qua uertitur quaestio. sed quod dicit 'neglegentiae suae potius inputari, quod non est sine peccato', bene quidem dicit, sed dignetur inde et orare dominum, ne illi haec iniqua neglegentia dominetur, quem rogabat quidam, quando dicebat: itinera mea dirige secundum uerbum tuum et non dominetur mihi omnis iniquitas, ne, dum suae diligentiae quasi propriis uiribus fidit, neque hic ad ueram iustitiam neque illic, ubi sine dubio perfecta desideranda est et speranda, perueniat.

XIV. 15. Et illud quod a quibusdam eis dicitur nusquam esse scriptum his omnino uerbis posse esse hominem sine peccato', facile refellit, *quia non ibi est quaestio, quibus uerbis dicatur quaecumque sententia.* non tamen fortasse sine causa, cum aliquotiens in scripturis inueniatur homines dictos esse sine querella. nemo inuenitur, qui sit dictus sine peccato nisi unus solus de quo aperte dictum est: eum qui non nouerat pec-

2 hanc esse—247, 9 caret] cf. Orosii Excerpta 13—21 (CSEL V 665—672)
3 cf. Gal. 3, 24. 23 9. 11 Pelagius 14 Ps. 118, 133 19. 21 Pelagius
23 cf. Iob 1, 8. Luc. 1, 6. Phil. 3, 6 25 II Cor. 5, 21

1 didicimus *Oros.* dicimus *codd.* discimus *coni. Ben.* 2 propter illa quae] quia per illam *Oros.* illam *C* 3 pedagogo *LDPRVE* 4 eadem *om. Oros.* 5 remittuntur *B* *alt.* fiunt *Oros.* 6 uia *om. V* 7 perfecti (i *s. eras. litt.*) *L* ille *Dm1* autem] enim *B* 8 quoḍ *R* 9 ei *d* 12 et orare] exorare (x *in ras.*) *V* deum *bd* 13 inqua *L* Quā *b* 15 non] ne *PVE Oros.* omnes *Rm1* 17 iustiam *E* sine dubio ubi *V a. c.* 18 perueniet *VE* 19 quod eis (ei *d*) a quib. dic. *bd* a—dicitur] quidā dicit**(qui *s. eras. 2 litt.*) *V* 20 uerbis] uel *L* 21 est ibi *DRBCbd* quaeque *b* 22 aliquoties *Vm1BE* 23 esse *s.l. Vm2* querella *PV* quaerela *C* 24 nemo] non *bd* dictus sit *Oros.*

catum, et eo loco, ubi de sacerdotibus sanctis agebatur: etenim expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato: in illa scilicet carne, quae habebat similitudinem carnis peccati, quamuis non esset caro peccati; quam tamen similitudinem non haberet, nisi cetera omnis hominis esset caro peccati. iam illud quomodo accipiendum sit: omnis qui natus est ex deo non peccat et non potest peccare, quia semen eius in ipso manet, cum ipse apostolus Iohannes, quasi non sit natus ex deo aut eis loqueretur qui nondum essent nati ex deo, aperte posuerit: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est, in libris, quos de hac re ad Marcellinum scripsi, sicut potui, explicare curaui. et illud, quod dictum est: non potest peccare, pro eo dictum esse, acsi diceretur 'non debet peccare', non improbanda mihi uidetur huius assertio. quis enim insanus dicat debere peccari, cum ideo sit peccatum, quia non debet fieri?

XV. 16. Sane quod apostolus Iacobus ait: linguam autem nullus hominum domare potest, non mihi uidetur ita intellegendum, ut exponere uoluit, *quasi per exprobrationem dictum, tamquam diceretur: ergone linguam nullus hominum domare potest? tamquam obiurgans et dicens: domare feras potestis, linguam non potestis? quasi facilius sit linguam domare quam feras.* non puto quod iste sit sensus hoc loco. si enim hoc sentiri uellet de facilitate domandae linguae, cetera sequerentur in bestiarum comparatione. nunc uero sequitur: inquietum malum, plena ueneno mortifero, utique nocentiore quam bestiarum est atque serpentium; nam illud carnem interficit,

2 Hebr. 4, 15 4 cf. Rom. 8, 3 7 I Ioh. 3, 9 10 I Ioh. 1, 8 13 cf. De pecc. mer. II 7, 9—8, 10 pag. 79—82 15 Pelagius 18 Iac. 3, 8 20 Pelagius 26 Iac. 3, 8

1 sanctis *om.bd* 2 est *om.L* 3 sine] absque *bd* 4 quamuis—peccati *in mg.D* 6 hominis *om. DRm1BCbd* 9 iōhns *V* eis (i *ex* u) *R* 10 nati essent *Cbd* 11 quia] quoniam *b* nosmet *b* 13 ad Marcellinum de hac re *Oros.* ac re *L* marcellū *B* 15 pro eo quod dictum est acsi dic. *Oros.* 16 insanus *om.V* 17 debere] habeie *B* 19 non *om.Vm1* 20 ut] quod *s.l.Cm2,b* 21 exprobationem *R* 22 et] eis *Oros.* 24 *alt.* hoc (c *s.l.m2*) *R* id *Oros.* 25 sentire *D* (i *s.fin.* e *m1*),*Rm1B* domari *b* 28 est *om.Vm1E Oros.* atque] et (*in mg.* atq.) *V,E* serpentum *PVEbd Oros.*

hoc uero animam; os enim quod mentitur, occidit animam. non ergo quasi id esset facilius quam mansuefactio bestiarum, sanctus Iacobus illam sententiam pronuntiauit aut ea uoce uoluit pronuntiari, sed potius ostendens quantum sit in homine linguae malum, ut a nullo homine domari possit, cum ab hominibus domentur et bestiae. neque hoc ideo dixit, ut huius in nos mali dominationem per neglegentiam permanere patiamur, sed ut ad domandam linguam diuinae gratiae poscamus auxilium. non enim ait: linguam 'nullus' domare potest, sed 'nullus hominum', ut, cum domatur, dei misericordia, dei adiutorio, dei gratia fieri fateamur. conetur ergo anima domare linguam et, dum conatur, poscat auxilium; et oret lingua, ut dometur lingua donante illo qui dixit ad suos: non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. itaque praecepto facere commonemur, quod conantes et nostris uiribus non ualentes adiutorium diuinum precemur.

XVI. 17. Proinde et ipse, cum exaggerasset linguae malum inter haec dicens: non oportet, fratres mei, haec ita fieri, continuo monuit consummatis his quae hinc dicebat, quo adiutorio ista non fierent, quae dixit fieri non oportere: quis enim sapiens et disciplinatus inter uos? ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. quodsi zelum amarum habetis et contentiones in cordibus uestris, nolite gloriari et mendaces esse aduersus ueritatem. non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus prauum. quae

1 Sap. 1, 11 13 Matth. 10, 20 17 cf. Iac. 3, 6 18 Iac. 3, 10 20 Iac. 3, 13—17

2 facilius *s.l.D* mansuę factio *L* mansuae factio *VE* 5 ab omnibus *VEm1* 6 dominatione *V* 7 damandam *Em1* 10 misericordiaṃ *E* conetur (n *s.l.*) *R* 11 ergo *s.l.Vm2* 12 domante *Rm1BCEbd* 15 praeceptum *B* 17 mala *Vm1E* 18 inter cetera (cetera *in mg.m2*) *V* 19 consumatis *L* 20 iste *Vm1* ut quae (ut *ex* et) *P* 21 enim *om. Oros.* 23 sapientiae *om.Vm1E* 25 cordibus (di *s.l.*) *R* 26 aduersum *Oros.* *post* sap. *exp.* a *V* 27 terrenaę *R*

autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia et fructibus bonis, inaestimabilis, sine simulatione. haec est sapientia, quae linguam domat, desursum descendens, non ab humano corde prosiliens. an et istam quisque abrogare audet gratiae dei et eam superbissima uanitate ponit in hominis potestate? cur ergo oratur ut accipiatur, si ab homine est ut habeatur? an et huic orationi contradicitur, ne fiat iniuria libero arbitrio, quod sibi sufficit possibilitate naturae ad inplenda omnia praecepta iustitiae? contradicatur ergo eidem ipsi apostolo Iacobo ammonenti et dicenti: si quis autem uestrum indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus afluenter et non inproperat, et dabitur ei; postulet autem in fide nihil haesitans. haec est fides, ad quam praecepta compellunt, ut lex imperet, fides impetret. per linguam enim, quam nullus hominum domare potest, sed sapientia desursum descendens, in multis offendimus omnes. non enim et hoc iste apostolus alio modo pronuntiauit sicut illud quod ait: linguam nullus hominum domare potest.

XVII. 18. Nec illud quisquam istis pro inpossibilitate non peccandi similiter obiecerit, quod dictum est: sapientia carnis inimica est in deum; legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. sapientiam quippe carnis dixit, non sapientiam desursum descendentem et in carne

11 Iac. 1, 5 16. 17 cf. Iac. 3, 8. 15 18 Iac. 3, 2 19 Iac. 3, 8
22 Rom. 8, 7. 8

2 modest*a *R* sua debilis *Em1* 3 misericordiae *codd.* 4 inaestimabilis] non iudicans *Oros.* 6 quisquam *bd* autet *Lm1* au*det *R* gratia *b* 7 superbissima**R* banitate *Em1* ponet *Oros.* 9 ne—contradicatur *in mg. E* quodsi sibi *Oros.* 11 eidem] et idem *Oros.* ipsi *s.l. Vm2* ipso *B* iacobo apło *V* 12 sapientiam *R* sapientiam *C* sapientię *B* 13 *om*nibus *R* affluenter *DRV BCE* affluanter *b* 15 haec est fides ut ad quem (a *s.* e *m2*) fides *V* praecepta *in mg. Vm2* 16 *ante* fides *add.* et *DPCEbd* inpetret (t *pr. s.l.*) *DP* per—descendens *om. Oros.* 17 descens *Rm1* 19 agit *R a.c.* 22 est *om. Vm1* 23 in deum est *E* in deum] deo *Oros.* *ante* legi *eras.* leg *P* 26 derursum *P*

esse non eos, qui nondum de corpore exierunt, sed eos, qui secundum carnem uiuunt, significatos esse manifestum est. non autem ibi est quaestio quae uersatur. illud est quod expecto ab isto audire, si possim, eos qui secundum spiritum uiuunt et ob hoc etiam hic adhuc uiuentes iam quodam modo in carne non sunt, utrum gratia dei uiuant secundum spiritum an sibi sufficiant iam data cum creantur possibilitate naturae et sua propria uoluntate, cum plenitudo legis non sit nisi caritas et caritas dei diffusa sit in cordibus nostris non per nos ipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis.

19. Tractat etiam iste de peccatis ignorantiae et dicit 'hominem praeuigilare debere, ne ignoret, ideoque esse culpandam ignorantiam, quia id homo nescit neglegentia sua, quod adhibita diligentia scire debuisset', dum tamen omnia potius disputet quam ut oret et dicat: d a mihi intellectum et discam mandata tua. aliud est enim non curasse scire, quae neglegentiae peccata etiam per sacrificia quaedam legis uidebantur expiari, aliud intellegere uelle nec posse et facere contra legem non intellegendo quid fieri uelit. unde ammonemur petere a deo sapientiam, q u i dat omnibus afluenter, utique his omnibus qui sic petunt et tantum petunt quomodo et quantum res tanta petenda est.

XVIII. 20. 'Diuinitus tamen expianda esse peccata commissa et pro eis dominum exorandum' fatetur, propter ueniam scilicet promerendam, *quia id quod factum est facere infectum* multum ab isto laudata *potentia* illa *naturae et uoluntas hominis* etiam ipso fatente *non potest*. quare hac necessitate restat, ut oret ignosci. ut autem adiuuetur, ne peccet, nusquam dixit, non hic legi, mirum de hac re omnino silentium, cum oratio dominica utrumque petendum esse commoneat, et ut dimittantur nobis debita nostra et ut non

1 cf. Rom. 8, 12 7 cf. Rom. 13, 10 8 cf. Rom. 5, 5 10 Pelagius 14 Ps. 118, 73 15 cf. Leu. 4, 2. 3. 18 Iac. 1, 5 21 Pelagius 28 cf. Matth. 6, 12. 13

2 ubi *Vm2* 4 ob] ab *LDm1'* 5 dei gratia *V* grati *Lm1* 6 sufficientiam (*om.* iam) *V* datam *E* crearentur *Oros.* 7 et] in *Oros.* 9in nobis *V* 11 culpandam esse *V* 13 omnia *om.b* 14 et] ut *DRVm2BCbd* 15 enim est *Oros.* 18 a deo petere *Vbd* quid *B* 19 affluenter *DRVBCE* 20 et quantum prestanda (restanda *Vm1E*) et (*om.E*) petenda est *Vm2E* 21 esse expianda *bd* 22 exorandum esse *b* 23 et quia *E* 24 ista *B* illa *om.b* natura *Oros.* 26 legit *Oros.* 27 hac (h *s.l.*) *L* oratione *b* 28 nobis *om. Vm1B* ut *om.B*

inferamur in temptationem, illud, ut praeterita expientur, hoc, ut futura uitentur. quod licet non fiat, nisi uoluntas adsit, tamen ut fiat, uoluntas sola non sufficit; ideo pro hac re nec superflua nec inpudens domino immolatur oratio. nam quid stultius quam orare ut facias quod in postestate habeas?

XIX. 21. Iam nunc uidete, quod ad rem maxime pertinet, quomodo humanam naturam, tamquam omnino sine uitio ullo sit, conetur ostendere et contra apertissimas scripturas dei delectetur sapientia uerbi, qua euacuetur crux Christi. sed plane illa non euacuabitur, ista potius sapientia subuertetur. nam cum hoc ostenderimus, aderit fortasse misericordia dei, ut et ipsum haec dixisse paeniteat. *primo*, inquit, *de eo disputandum est, quod per peccatum debilitata dicitur et immutata natura. unde ante omnia quaerendum puto*, inquit, *quid sit peccatum: substantia aliqua an omnino substantia carens nomen, quo non res, non existentia, non corpus aliquod, sed perperam facti actus exprimitur.* deinde adiungit: *credo, ita est. et si ita est*, inquit, *quomodo potuit humanam debilitare uel mutare naturam, quod substantia caret?* uidete, quaeso, quomodo nesciens nitatur euertere medicinalium eloquiorum saluberrimas uoces: e g o d i x i: d o m i n e, m i s e r e r e m e i, s a n a a n i m a m m e a m, q u o n i a m p e c c a u i t i b i. quid sanatur, si nihil est uulneratum, nihil sauciatum, nihil debilitatum atque uitiatum? porro si est quod sanetur, unde uitiatum est? audis confitentem, quid desideras disputantem? s a n a, inquit, a n i m a m m e a m. ab illo quaere, unde uitiatum sit, quod sanari rogat, et audi quod sequitur: q u o n i a m p e c c a u i t i b i. hunc iste interroget, ab isto quaerat quod quaerendum putat et

9 cf. I Cor. 1, 17 12 Pelagius primo—substantia caret] cf. Eug. Exc. (CSEL IX 958) 20 Ps. 40, 5

1 inducamur *D* (in *s.l.*), *PRV BC Oros.* ducamur *E* ut *s. exp.* in *D*, *s.l. Lm2* expi*entur *R* 2 tamen (t *s.l.m2*) *V* 5 haues *Pm1* 7 ullo uitio *bd* 8 delectetur] deletur *b* luctetur *d* 9 euacuatur *Oros.* 11 haec (*in mg.* hoc) *R* 12 inquit *ex* quid *D* quo *Dm1 P BEug.* per peccatum] peccato *Oros.* 13 debilitata *ex* debilacta *E* 14 an (n *s.l. m2*) *E* 15 omni *ex* omino *Vm2*, *Oros.* quo**L* 16 aliquid *Rm1* 18 quomodo—medicinalium *in mg. Vm2* 19 natur *Em1* uoces saluberrimas *bd* 21 quoniam] quia *Lbd* nil *V* 23 audi *Dm1* 24 deseras *R* 26 hinc *Vm1 Rm1* 27 *ante* ab *add. s.l.* et *Lm1*

dicat: 'o tu qui clamas: s a n a a n i m a m m e a m, q u o n i a m p e c c a u i t i b i, quid est peccatum? *substantia aliqua an omni substantia carens nomen, quo non res, non existentia, non corpus aliquod, sed tantum perperam facti actus exprimitur?*' respondet ille: 'ita est ut dicis; non est peccatum aliqua substantia, sed tantum hoc nomine perperam facti actus exprimitur'. et contra iste: 'quid ergo clamas: s a n a a n i m a m m e a m, q u o n i a m p e c c a u i t i b i? quomodo potuit uitiare animam tuam quod substantia caret?' nonne ille maerore confectus uulneris sui, ne disputatione ab oratione auerteretur, breuiter responderet et diceret: 'recede a me, obsecro? cum illo potius disputa, si potes, qui dixit: n o n e s t o p u s s a n i s m e d i c u s, s e d ä e g r o t a n t i b u s. n o n u e n i u o c a r e i u s t o s, s e d p e c c a t o r e s, ubi iustos utique sanos, peccatores autem appellauit aegrotos'.

XX. 22. Cernitisne quo tendat et quo manus porrigat haec disputatio? ut omnino frustra dictum putetur: u o c a b i s n o m e n e i u s I e s u m; i p s e e n i m s a l u u m f a c i e t p o p u l u m s u u m a p e c c a t i s e o r u m. quomodo enim saluum faciet, ubi nulla est aegritudo? peccata quippe, a quibus dicit euangelium saluum faciendum populum Christi, substantiae non sunt et secundum istum uitiare non possunt. o frater, bonum est ut memineris te esse Christianum. credere ista fortasse suffecerit; sed tamen quia disputare uis nec obest, immo etiam prodest, si firmissima praecedat fides nec existimemus peccato humanam naturam non posse uitiari, sed diuinis credentes scripturis peccato eam esse uitiatam quomodo id fieri potuerit inquiramus. quoniam peccatum iam didicimus non esse substantiam, nonne adtenditur, ut alia

1. 7 Ps. 40, 5 2 Pelagius 12 Matth. 9, 12. 13 16 Cernitisne—panem meum] cf. Eug. Exc. (CSEL IX 958—959) 17 Matth. 1, 21

1 qui*L* quid *V* 2 subsatantia *L* 3 omni] omnino *Cm2bd* 5 respondit *B Oros.* 7 istae *E* quoniam] quomodo *b* 8 uitiari anima tua *Oros.* 9 confectus sui merore uulneris *V* 10 uerteretur *VEm1* 15 aegros *b* 20 est *om.Vm1* 21 faciendum (um *s.l.m2*) *V* 22 est *om.Vm1* 23 sufficerit *LDm1* suffecerit (*s.l.m2*) *V* sufficeret *Dm2RCEd* tamen *om. Eugippii GP* 25 procedat *B* exestimemus *Dm1* naturam humanam *Eug.GP* 26 *post* eam *exp.* eam *P* 27 id *Eug.Pm2* 28 dicimus *VCm1Em1* nonne—non *s. ras. R*

omittam, etiam non manducare non esse substantiam? a substantia quippe receditur, quoniam cibus substantia est. sed abstinere a cibo non est substantia et tamen substantia corporis, si omnino abstinetur a cibo, ita languescit, ita ualitudinis inaequalitate corrumpitur, ita exhauritur uiribus, ita lassitudine debilitatur et frangitur, ut, si aliquo modo perduret in uita, uix possit ad eum cibum reuocari, unde abstinendo uitiata est. sic non est substantia peccatum, sed substantia est deus summaque substantia et solus uerus rationalis creaturae cibus. a quo per inoboedientiam recedendo et per infirmitatem non ualendo capere, quo debuit et gaudere, audis quemadmodum dicat: p e r c u s s u m e s t s i c u t f a e n u m e t a r u i t c o r m e u m, q u o n i a m o b l i t u s s u m m a n d u c a r e p a n e m m e u m?

XXI. 23. Adtendite autem quomodo se adhuc urgueat uerisimilibus rationibus contra scripturae sanctae ueritatem. dominus Iesus dicit, qui propterea Iesus uocatur, quia ipse saluum facit populum suum a peccatis eorum, dicit ergo dominus Iesus: n o n e s t o p u s s a n i s m e d i c u s, s e d a e g r o t a n t i b u s. n o n u e n i u o c a r e i u s t o s, s e d p e c c a t o r e s. unde dicit et apostolus: f i d e l i s s e r m o e t o m n i a c c e p t i o n e d i g n u s, q u i a C h r i s t u s I e s u s u e n i t i n m u n d u m p e c c a t o r e s s a l u o s f a c e r e. et iste contra fidelem sermonem et omni acceptione dignum dicit 'non debuisse hanc aegritudinem contrahi peccatis, ne ad hoc esset ista poena peccati, ut committerentur plura peccata'. quaeritur etiam paruulis tantus medicus opitulator et iste dicit: *quid quaeritis? sani sunt propter quos medicum quaeritis. nec ipse primus homo ideo morte damnatus est; nam postea non peccauit.* quasi aliquid postea de perfectione iustitiae eius audierit, nisi quod commendat ecclesia et ipsum domini

11 Ps. 101, 5 16 cf. Matth. 1, 21 17 Matth. 9, 12. 13 20 I Tim. 1, 15 23 Pelagius 26 Pelagius

1 a subst.—est *om. B* 3 esse *B* *pr.* substantia*R* 4 abstineatur *Eug.* ualetudinis *Lm2Dm1BE* 5 exhauriatur *R* 6 cybum *P* (*semper*) 7 ṣi sic *VE* 8 *alt.* substantia est (est *s.l.m2*) *V* 10 quod *LDm1PVm2LCb Eug.P* quoḍ *R* 11 percussus sum *b* 13 manducare] comedere *b* 14 adhuc se *Vbd* urgueat (a *s.l.*) *L* urgụat (e *s.* ụ) *D* 16 faciạt *R* 21 Iesus Christus *bd* hunc mundum *bd* 25 cōmitterentur (tte *s.l.m2*) *D* etiam] ergo *b* 26 opitulatur (tu *pr. s.l.m2*) *D* opitulatoṙ (or *ex* ur) *V*

Christi misericordia liberatum. 'eius quoque posteros' iste dicit 'non solum illo non esse infirmiores, sed etiam plura impleuisse praecepta, cum ille unum inplere neglexerit'. quos posteros uidet ita nasci, quomodo certe ille factus non est, non solum praecepti incapaces, quod omnino non sentiunt, sed uix capaces papillae cum esuriunt, eos tamen in matris ecclesiae gremio cum saluos gratia sua facere uelit, qui saluum facit populum suum a peccatis eorum, contradicunt homines et, quasi creaturam, quae per illum condita est, melius illo inspicere nouerint, uoce non sana sanos esse pronuntiant.

XXII. 24. 'Materiam peccati' dicit 'esse uindictam, si ad hoc peccator infirmatus est, ut plura peccaret', nec cogitat praeuaricatorem legis quam digne lux deserat ueritatis; qua desertus utique caecus et plus necesse est offendat et cadendo uexetur uexatusque non surgat, ut ideo tantum audiat uocem legis, quo ammoneatur implorare gratiam saluatoris. an nulla poena est eorum, de quibus dicit apostolus: quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum? utique ista obscuratio uindicta et poena iam fuit; et tamen per hanc poenam, id est per cordis caecitatem, quae fit deserente luce sapientiae, in plura et grauia peccata conlapsi sunt; dicentes enim esse se sapientes stulti facti sunt. grauis haec poena est, si quis intellegat, et ex hac poena uide quo ierunt: et inmutauerunt, inquit, gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium. ista fecerunt ex peccati poena, qua

1. 11 Pelagius 7 cf. Matth. 1, 21 17 Rom. 1, 21 24 Rom. 1, 22 26 Rom. 1, 23

1 dicit *om.L* 3 unum *s.l.Vm2* quos] qui suos (*in mg.m2* quos posteros uidet) *V* qui*suos (i *ex* o, suos *s.l.m2*) *R* 4 ille] iste *b* 6 grẹmio *R* gemio *Vm1Em1* 7 faciet *P* facit *s.l.Vm2* 12 p̄uaricatore *Dm1* 13 digna *b* 14 utique] *add.* fit *Dm2RCbd* 16 ammonetur *Vm1* 17 apostolos *Em1* 23 sapientia *Vm1* 24 se (*s.l.Dm2*) esse *DRBCbd* ẹt stulti *VE* 25 grauis enim *VE* est poena *VE* et *om.Vm1* 26 uide* (*in mg.* uideo) *V* 27 d̄i *ex* dm̄ *E* 29 qu*a *C*

obscuratum est insipiens cor eorum. et propter
haec tamen, quia licet poenalia etiam ipsa peccata sunt, adiungit
et dicit: propterea tradidit illos deus in desi-
deria cordis illorum, in inmunditiam. ecce quem-
admodum deus grauius condemnauit tradens illos in desideria
cordis illorum, in inmunditiam. uidete etiam ex hac poena quae
faciant: ut contumeliis, inquit, afficiant corpora
sua in semet ipsis. et quia poena est ista iniquitatis, cum sit
et iniquitas, euidentius commendat dicens: qui transmuta-
uerunt ueritatem dei in mendacium et co-
luerunt et seruierunt creaturae quam crea-
tori, qui est benedictus in saecula amen.
propter hoc, inquit, tradidit illos deus in pas-
siones ignominiae. ecce quotiens uindicat deus et ex
eadem uindicta plura et grauiora peccata consurgunt: nam
feminae eorum mutauerunt naturalem usum
in eum usum qui est contra naturam. similiter
autem et masculi relicto naturali usu
feminae exarserunt in appetitum suum in
inuicem, masculi in masculos deformitatem
operantes. atque ut ostenderet sic esse ista peccata, ut etiam
poenae sint peccatorum, etiam his adiunxit: et mercedem
mutuam, quam oportuit, erroris sui in semet
ipsis recipientes. uide quotiens uindicet eademque
uindicta quae pariat pulluletque peccata. adhuc adtendite: et
sicut non probauerunt, inquit, deum habere in
notitiam, tradidit illos deus in reprobam

1 Rom. 1, 23 3. 7 Rom. 1, 24 9 Rom. 1, 25 13 Rom. 1, 26
15. 22 Rem. 1, 26. 27 25 Rom. 1, 28—31

4 illorum] eorum *R* in *om.Vm1* 5 desideriis *VEm1* 6 in *om.Vm1* hac (a *ex* o) *V* quid *b* 7 faciant (a *fin. ex* u) *V* ut] et *L* 8 ista *om.L*, *s.l.Dm1Vm2* iniquitas *Vm1* 9 trasmutauerunt *D* transmutauerit *B* 11 creaturae] *add.* potius *Dm2RVBCEbd* 13 deus illos *bd* 14 quoties *Dm1VBEd* 15 adem *Vm1* grauia *Dm1B* 16 eorum] *add.* inquit *C* immutauerunt *Cd* 18 et—naturali *in mg.Lm2Vm2Cm1, om.DPRBE* usum *L* usu*D* usum *PB* 20 doformitatem *B* 22 peccatori *B* 23 mutuam] uacuā *B* 24 uidete *Dm2RBCEm2bd* quoties *Dm1* 25 pariet *Vm1* 26 innocentiā *B* in notitia *bd*

mentem, ut faciant quae non conueniunt, repletos omni iniquitate, cum circumuentione, malitia, auaritia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non oboedientes, insipientes, incompositos, sine affectu, sine misericordia. hic nunc iste dicat: *non debuit sic uindicari peccatum, ut peccator per uindictam plura committeret.*

XXIII. 25. Fortasse respondeat deum ad ista non cogere, sed dignos deseri tantum deserere. si hoc dicit, uerissime dicit; deserti quippe, ut dixi, luce iustitiae et per hoc contenebrati quid pariant aliud quam haec omnia quae commemoraui opera tenebrarum, donec dicatur eis, si dicto obaudiant: surge qui dormis et exsurge a mortuis, et inluminabit te Christus? mortuos ueritas dicit — unde est et illud: sine mortuos sepelire mortuos suos —, mortuos ergo ueritas dicit, quos iste dicit laedi et uitiari non potuisse peccato, quia uidelicet didicit peccatum non esse substantiam. nemo dicit sic hominem factum, ut de iustitia quidem possit in peccatum ire et de peccato ad iustitiam redire non posset; sed ut in peccatum iret, sufficit liberum arbitrium, quo se ipse uitiauit; ut autem redeat ad iustitiam, opus habet medico, quoniam sanus non est, opus habet uiuificatore, quia mortuus est. de qua gratia omnino iste nihil dicit, quasi sola sua uoluntate se possit sanare, quia cum potuit sola uitiare. non ei

9 Pelagius 15 Eph. 5, 14 17 Matth. 8, 22. Luc. 9, 60

1 fiant *B* 2 omni**LR* iniquitate**L* cum *R* 3 malatia *Dm1* homicidia *Cm1* 5 odibilis *Dm1* contumeliosos (o *fin. ex* u) *V* 8 hinc *V* nunc *ex* non *V* 9 peccator *om.Vm1* 13 ut dixi *om.Vm1* dixit *E* dixit *b* tenebrati *B* 15 obaudiunt *Dm1* 16 exurge *C* 17 mortuus *Dm1* mortuus *Em1* 18 mortuus *Dm1Em1* suus *Dm1* mortuus *Dm1* 19 uitiari (i *fin. ex* e) *V* non potuisse *om.B* qui *B* dicit *VEm1* 20 nemo] *add.* ei *codd. praet. LDm1* sic *om.Rm1* si sic *E* 21 posset *Dm2RCEd* 22 posset (*in mg.m2* n̄ posset) *V* suffecit *Vd* *post* sufficit *add.* ei *Lm2Dm2PRVCEbd* 23 ueruntamen ut (*in mg.* ut autem) *V*, *E* 24 uiuicatore *V* 25 iste omnino nihil *V* nihil iste *bd* quiasi *VEm1* qu*asi *R* 26 quia (i *s.l.*) *V* non enim ei *b*

dicimus mortem corporis ad peccatum ualere, ubi sola uindicta est — nemo enim peccat corpore moriendo —, sed ad peccatum ualet mors animae, quam deseruit uita sua, hoc est deus eius, quae necesse est mortua opera faciat, donec Christi gratia reuiuescat. famem et sitim et ceteras molestias corporales absit ut dicamus necessitatem habere peccandi, quibus molestiis exercitata uita iustorum splendidius enituit et eas per patientiam superando maiorem gloriam comparauit, sed adiuta gratia dei, adiuta spiritu dei, adiuta misericordia dei, non superba uoluntate se extollens, sed humili confessione fortitudinem promerens. nouerat enim deo dicere: q u o n i a m t u e s p a t i e n t i a m e a. de qua gratia et adiutorio et misericordia, sine qua bene non possumus uiuere, nescio quare omnino iste nihil dicit; immo etiam uelut sibi ad iustitiam sufficientem, si sola uoluntas adsit, defendendo naturam gratiae Christi, qua iustificamur, apertissime contradicit. cur autem soluto per gratiam peccati reatu ad exercitationem fidei mors corporis maneat, quamuis uenerit de peccato, iam et hoc in illis ad sanctae memoriae Marcellinum libris, ut ualui, disserui.

XXIV. 26. Quod uero ‘dominum‘ dicit ‘sine peccato mori potuisse‘, illi etiam nasci potestas misericordiae, non condicio naturae fuit; sic etiam mortuus est potestate et hoc est pretium nostrum, quo nos a morte redimeret. et hoc istorum disputatio euacuare contendit, cum ab eis ita natura humana defenditur, ut possit liberum arbitrium isto pretio non egere, ut a potestate tenebrarum et praepositi mortis in regnum Christi domini transferantur. et tamen quando dominus ad passionem perrexit: e c c e, inquit, u e n i e t p r i n c e p s h u i u s m u n d i e t i n m e n i h i l i n u e n i e t — [et] utique nihil peccati, unde praepositus mortis

10 Ps. 70, 5 17 cf. De pecc. mer. II 30, 49—34, 56 pag. 119—125 et Hieronymi Contra Pelagianos III 19 (XXIII 616 M) 19 Pelagius 26 Ioh. 14, 30

2 nomo *Rm1* enim] autem *LDm1P,V in mg. m2* 4 reuiuiscat *Cm2Em2* 6 uita *om. Lm1Dm1* 8 dei gratia *V* 9 sed *L* 11 qua *om. B* 12 possis (i *ex* u) *L* possumus (u *ex* i) *Dm1* iste omnino *bd* 13 uoluntas sola *b* sola *om. Vm1* 14 assit *LP* 15 quur *codd.* 16 corporū (*in mg. m2* i corporis) *V* 17 ad] et *LDm1* 18 ualidis serui *Dm1* 20 conditio *DVBCEbd* 21 natura *V* 23 ista *P* 24 per liberum arb. *PVm2* postate *Lm1* po*testate *R* 25 tranferantur *R* 26 ad (d *s.l. m2*) *L* et ecce *VE* 27 uenit *RVEm1* 28 inuenit *RVm1Em1* et *inclusimus*

iure suo ageret, ut perimeret —, s e d ut s c i a n t o m n e s, inquit, q u i a u o l u n t a t e m p a t r i s m e i f a c i o, s u r g i t e, e a m u s h i n c, id est quia non morior necessitate peccati, sed oboedientiae uoluntate.

27. Dicit 'nullum malum boni alicuius esse causam', quasi poena bonum sit, qua tamen multi emendati sunt; sunt ergo mala quae prosunt mirabili misericordia dei. numquid ille boni aliquid passus est, qui dixit: a u e r t i s t i f a c i e m t u a m a m e e t f a c t u s s u m c o n t u r b a t u s? non utique; et tamen haec ei conturbatio contra superbiam fuit medicinalis quodammodo. dixerat enim in abundantia sua: n o n m o u e b o r i n a e t e r n u m et sibi tribuebat quod a domino habebat. quid enim habebat quod non acceperat? quare ostendendum ei fuerat unde haberet, ut reciperet humilis, quod superbus amiserat. ideo: 'd o m i n e', inquit, 'i n u o l u n t a t e t u a p r a e s t i t i s t i d e c o r i m e o u i r t u t e m. in qua ego abundantia mea dicebam: n o n m o u e b o r, cum hoc mihi esset abs te, non a me. denique a u e r t i s t i f a c i e m t u a m e t f a c t u s s u m c o n t u r b a t u s'.

XXV. 28. Hoc superbus amicus omnino non sapit; sed magnus est dominus, qui id persuadeat quomodo ipse nouit. nam procliuiores sumus quaerere potius quid contra ea respondeamus, quae nostro obiciuntur errori, quam intendere quam sint salubria, ut careamus errore. unde cum istis non tam disputationibus quam pro eis sicut pro nobis orationibus est agendum. non enim hoc eis dicimus, quod sibi iste opposuit, 'ut esset causa misericordiae dei, necessarium fuisse peccatum' — utinam non fuisset miseria, ne ista esset misericordia necessaria! —, sed iniquitatem peccati tanto grauiorem. quanto facilius homo non peccaret, quem nulla adhuc tenebat

1 Ioh. 14, 31 5. 25 Pelagius 8 Ps. 29, 8 11. 16 Ps. 29, 7 12 cf. I Cor. 4, 7 14. 17 Ps. 29, 8

1 omnes gentes *B* 2 uoluntatē*L* 3 qua *C* 5 nulli *RC* bonia lucius *Em1* 6 poena n̄ (n̄ *s.l.m3*) *E* n̄ sit (n̄ *s.l.m2*) *V* 11 sua] mea *b* 12 tribuebat (ebat *s. ras.m2*) *R* ad *L* abebat *E* 14 acciperet *Vm1E* inquid domine *V* 15 uolunta *L* 16 habundantia *LRm1C* 18 *post* tuam *add.* a me *d* 19 amicus] animus *V s. l. m2*, *Lm2 P B Em2 bd*, *cf. infra cap. 62, 73:* huic amico nostro merito placet sapis *Lm1* 20 qui id (*alt.* i *s.l.*) *DVE* quid *V* id *om.b* persuadeat (*alt.* a *s.l.*) *V* procliuiores (cli *s. ras. m2*) *R* 22 sint (t *s.l.m2*) *V* 24 agendum est *V* 25 *ante* opposuit *exp.* opus *RC* 26 miseria (a *s. eras. litt.*) *R* 27 grauiore *Dm1*

infirmitas. poena iustissima subsecuta est, ut mercedem mutuam peccati sui in semet ipso reciperet amittens sub se positam sui corporis quodammodo oboedientiam, quam praecipuam sub domino suo ipse contempserat. et quod nunc cum eadem lege peccati nascimur, quae in membris nostris repugnat legi mentis, neque aduersus deum murmurare neque contra rem manifestissimam disputare, sed pro poena nostra illius misericordiam quaerere et orare debemus.

XXVI. 29. Adtendite sane uigilanter quomodo dixerit: *adhibet quidem etiam huic parti, si quando necessarium fuerit, misericordiam suam deus, quia homini post peccatum ita subuenire necesse est, non quia deus causam huius necessitatis optauerit.* uidetisne quemadmodum non dicat necessariam misericordiam dei ut non peccemus, sed quia peccauimus? deinde subiungit: *sed et medicus ad curandum iam uulneratum paratus esse debet; non debet autem ut sanus uulneretur optare.* si ista similitudo rebus de quibus agimus congruit, certe uulnerari non potest natura humana peccato, quoniam peccatum nulla substantia est. sicut ergo uulnere uerbi gratia claudicans ideo curatur, ut sanato malo praeterito futurus dirigatur incessus, sic mala nostra non ad hoc solum supernus medicus sanat, ut illa iam non sint, sed ut de cetero recte ambulare possimus; quod quidem etiam sani non nisi illo adiuuante poterimus. nam medicus homo cum sanauerit hominem, iam de cetero sustentandum elementis et alimentis corporalibus, ut eadem sanitas apto subsidio conualescat atque persistat, deo dimittit, qui praebet ista in carne uiuentibus, cuius erant etiam illa quae, dum curaret, adhibebat. non enim quemquam medicus ex his rebus, quas ipse creauerit, sanat, sed ex illius opibus, qui creat omnia necessaria sanis atque uitiosis. ipse autem deus, cum per mediatorem dei et hominum hominem Christum Iesum

5 cf. Rom. 7, 23 9. 14 Pelagius 29 cf. I Tim. 2, 5

1 subsequta *P* 2 semetipsoș *L* 4 contemserat (p *s.* m *m1*) *LD, P* 10 huic etiam *Ebd* 11 subueniri (i *s. fin.* e) *V, bd* necessum *d* 12 huiusce *Dm2PRV(?)Ed* huiuscemodi *b* 13 necessarium *LDm1C* 15 paratus esse uulneratum *b* 16 opta**re *L* 18 uulnere *om. Vm1* 21 possimus (i *ex* u) *L* possemus *Dm1* 22 ạb illo *L* ab illo *VB* 23 ceteros *L* elimentis *Dm1E* 26 etiam *om. Vm1* 27 creauerit (i *ex* a) *L* 28 operibus *b* *post* uitiosis *add.* administrat *B* 29 hominū (ū *s.* e *m3*) *E* hominem *om. VEm1* Iesum Christum *LBbd*

spiritaliter sanat aegrum uel uiuificat mortuum, id est iustificat inpium, et cum ad perfectam sanitatem, hoc est ad perfectam uitam iustitiamque, perduxerit, non deserit, si non deseratur, ut pie semper iusteque uiuatur. sicut enim oculus corporis etiam plenissime sanus nisi candore lucis adiutus non potest cernere, sic homo etiam perfectissime iustificatus, nisi aeterna luce iustitiae diuinitus adiuuetur, recte non potest uiuere. sanat ergo deus non solum ut deleat quod peccauimus, sed ut praestet etiam ne peccemus.

XXVII. 30. Acute sane tractat et uersat et, quantum sibi uidetur, redarguit atque conuincit quod eis dicitur 'etiam necessarium fuisse homini ad auferendam superbiae uel gloriae occasionem, ut absque peccato esse non posset. absurdissimum quippe et stultissimum' putat 'peccatum fuisse ne peccatum esset, quoniam et ipsa superbia utique peccatum est'; quasi non et ulcus in dolore est et sectio dolorem operatur, ut dolor dolore tollatur. hoc si experti non essemus et in aliquibus terris, ubi ista numquam contigerant, audiremus, sine dubio utique deridentes fortassis etiam uerbis huius uteremur et diceremus: 'absurdissimum est dolorem necessarium fuisse, ne ulceris dolor esset.'

31. *Sed deus*, inquiunt, *potest omnia sanare.* hoc utique agit, ut sanet omnia, sed agit iudicio suo nec ordinem sanandi accipit ab aegroto. procul dubio quippe firmissimum apostolum uolebat efficere, cui tamen dicit: u i r t u s i n i n f i r m i t a t e p e r f i c i t u r et non ei totiens oranti aufert nescio quem stimulum carnis, quem sibi dicit datum, ne in magnitudine reuelationum extolleretur. cetera enim uitia tantum in male factis ualent, sola autem superbia etiam in recte factis cauenda est. unde ammonentur illi, ne dona dei suae potestati tribuendo seseque extollendo grauius

1 cf. Rom. 4, 5 10. 20 Pelagius 23 II Cor. 12, 9 24 cf. II Cor. 12, 8. 7 26 cf. Prosperi Aquitani sent. ex Aug. delib. (LI 434 M)

5 et homo *DRBCEd* etiam *s.l.Vm2Em1* 6 aeternae *V* aeterne *B* lu*ce *R* lucae *V* 8 etiam] iam *Dm1PB,Vin mg.* ne*R n̄ *B* 9 sanet *E* 10 coniungit *C* eis *ex* de his *R* 11 offerendam *V* occansionem *C* 12 absordissimum *Vm1* 13 peccati *Vm1* *ante* ne *exp.* si *C* nec *B* 14 superbia (per *s.l.m2*) *L* 16 *post* non *eras.* es *R* 18 uteremur] titiremur *B* 20 ait (a *s.l.*) *E* 21 ait *E* 22 procul—efficere *in mg.Rm1* firmum *L* firmissimum (missi *s.l.*) *D* 23 dixit *bd* in *om.Cm1* 24 eis *B* toties *BC* oranti (t *m1 ex* d) *R* 25 ne*D* in *om.d* extolletur *Cm1* 27 superbia (per *s.l.m2*) *L* etiam *om.Vm1*

pereant quam si nihil operarentur boni, quibus dicitur: cum timore et tremore uestram ipsorum salutem operamini; deus enim est qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate. quare ergo cum timore et tremore et non potius cum securitate, si deus operatur, nisi quia propter uoluntatem nostram, sine qua bene non possumus operari, cito potest subrepere animo humano, ut quod bene operatur suum tantummodo existimet et dicat in abundantia sua: non mouebor in aeternum? ideo qui uoluntate sua praestiterat decori eius uirtutem, auertit paululum faciem suam, ut qui hoc dixerat fieret conturbatus, quoniam ipse est ille tumor sanandus doloribus.

XXVIII. 32. Non itaque dicitur homini: 'necesse est peccare, ne pecces', sed dicitur homini: 'deserit aliquantum deus, unde superbis, ut scias non tuum, sed eius esse et discas superbus non esse'. nam illud etiam apostoli quale est! nonne ita mirabile, ut nisi quia ipse dicit, cui uera dicenti contradicere nefas est, sit credibile? quis enim nesciat fidelium a satana uenisse primam peccati suasionem et quod ille primus auctor sit omnium peccatorum? et tamen quidam traduntur satanae, ut discant non blasphemare. quomodo igitur opus satanae excluditur opere satanae? haec atque huiusmodi intueatur, ne uideantur ei nimis acuta, quae acutule sonant et discussa inueniuntur obtunsa. quid quod etiam similitudines adhibet, quibus magis ammoneat quid ei debeat responderi? *quid amplius dicam*, inquit, *nisi quia credi potest quod ignes ignibus extinguntur, si credi potest quod peccatis peccata curentur*? quid si ignes quisquam extinguere non potest ignibus, sed tamen possunt, ut docui, dolores curari doloribus? possunt etiam, si quaerat et discat, uenenis uenena de-

1 Phil. 2, 12. 13 9 Ps. 29, 7 10 cf. Ps. 29, 8 13. 24 Pelagius 18 cf. Gen. 3, 1—6 19 cf. I Tim. 1, 20

1 qua*R nil *BCbd* dicitur (*in mg.* dicit) *V* 2 uestrum *LPm1* 4 operari et uelle *V* 7 potes *Vm1* subripere *codd. praeter Cm2,b* 8 exestimet *D* 9 habundantia *Lm1DRCm1* mea (*in mg.* sua) *V* 10 in uoluntate *Dm2PRVBCEbd* 11 qui*R 12 ipsis *Rm2VEbd* es *Rm1* 13 utique *B* 15 et—esse *in mg. Rm1* 17 sit] ut sit *L* non sit *D* (non *m2 s. exp.* ut), *PRVBCEbd* incredibile (in *s.l.m2*) *L* 19 quidam tamen *DRBC* 21 eiusmodi *P* nec *D* (c *s.l.*), *RCE* 22 ei *om. Vm1* 25 nisi (*in mg. m2* n̄ habet nisi) *V* potest credi *bd* si] sic *LPb* 26 peccatis (i *ex* a) *V* quod *Dm1* exstinguere quisquam *bd* 27 possunt] possę̄ *V* possē *E* 28 uenis *B*

pelli. nam si et aduertit aliquando calores febrium quibusdam caloribus medicinalibus frangi, etiam ignes ignibus fortasse concedet extingui.

XXIX. 33. *Quonam modo*, inquit, *superbiam ipsam a peccato separabimus?* quid enim hoc urget, cum manifestum sit etiam ipsam esse peccatum? *tam peccare*, inquit, *superbire est quam superbire peccare. nam quaere quid sit quodcumque peccatum et uide, si inuenies aliquod sine superbiae appellatione peccatum.* hanc autem sententiam sic exsequitur et sic probare conatur: *omne*, inquit, *peccatum, nisi fallor, dei contemptus est et omnis dei contemptus superbia est. quid enim tam superbum quam deum contemnere? omnino ergo peccatum et superbia est etiam scriptura dicente: initium omnis peccati superbia est.* quaerat diligenter, et inueniet in lege multum discretum esse a ceteris peccatis peccatum superbiae. multa enim peccata per superbiam committuntur, sed neque omnia superbe fiunt, quae perperam fiunt — certe a nescientibus, certe ab infirmis, certe plerumque a flentibus et gementibus — et quaedam superbia, cum magnum sit ipsa peccatum, ita sine aliis per se ipsa est, ut etiam plerumque, ut dixi, non in peccatis, sed in ipsis recte factis pede celeriore superueniat et obrepat. sed ideo uerissime dictum est, quod iste aliter intellexit: initium omnis peccati superbia, quoniam diabolum, a quo extitit origo peccati, ipsa deiecit et subsequente inuidentia hominem stantem unde ipse cecidit inde subuertit. nam utique iactantiae ianuam, qua intraret, serpens ille quaesiuit, quando ait: eritis sicut dii. ideo dictum est: initium omnis peccati superbia, et: initium superbiae hominis apostatare a deo.

4. 6. 9 Pelagius 13. 22 Eccli. 10, 15 20 cf. pag. 255, 26
26 Gen. 3, 5 27 Eccli. 10, 15. 14

1 auertit *LDm1Vm1B* 4 quodam *LD* 5 separauimus *Dm1B* superabimus *Cm1* urg*et *C* 7 quererę *VE* 8 aliquid *VEm1b* hanc *ex* hoc *D* 9 si *Vm1* exequitur *VE* ex*equitur *C* 10 contemtus *PE* *alt.* contemtus *PV* contemptor *B* 12 omneno (e *ex* i) *V* omne *Bbd* subia *Lm1* 13 ini*tium *R* quaeret *Vm1E* 18 fl*entibus *R* quidem *Dm2RlVCbd* quidam *B* quedam *E* superbię *B* 19 *alt.* ipsā *B* 20 *pr.* in *s.l.Vm2Em1* celeriore (i *s. fin.* e *m2*) *V* 21 superueniet *VE* obrepet *Vm1* 23 exstitit *PV* deiecit (*alt.* e *s.l.*) *Rm2Vm2* 25 iactantia *B* per quā (per *et uirg. m1 postea add. uid.*) *V*

XXX. 34. Quid autem sibi uult quod dicit: *deinde quomodo deo pro illius peccati reatu subditus esse poterit, quod suum non esse cognouerit? suum enim non est*, inquit, *si necessarium est. aut si suum est, uoluntarium est; et si uoluntarium est, uitari potest.* nos respondemus: 'suum est omnino, sed uitium quo committitur nondum omni ex parte sanatum est; quod quidem ut inolesceret, de non recte usa sanitate descendit; ex quo uitio iam male ualens uel infirmitate uel caecitate plura committit pro quo supplicandum est, ut sanetur et deinceps in perpetua sanitate uiuatur, non superbiendum, quasi homo eadem potestate sanetur qua potestate uitiatus est'.

XXXI. 35. Et haec quidem ita dixerim, ut altius dei iudicium me fatear ignorare cur etiam ipsam superbiam, quae et in recte factis animo insidiatur humano, non cito deus sanet; pro qua sananda illi piae animae cum lacrimis et magnis gemitibus supplicant, ut ad eam superandam et quodammodo calcandam et obterendam dexteram conantibus porrigat. ubi enim laetatus homo fuerit in aliquo bono opere se etiam superasse superbiam, ex ipsa laetitia caput erigit et dicit: 'ecce ego uiuo, quid triumphas? et ideo uiuo, quia triumphas'. ante tempus enim fortasse de illa quasi uicta triumphare delectat, cum extrema eius umbra illo meridie, quantum arbitror, absorbebitur, qui meridies scriptura dicente promittitur: et educet sicut lumen iustitiam tuam et iudicium tuum sicut meridiem, si fiat quod supra scriptum est: reuela ad dominum uiam tuam et spera in eum, et ipse faciet, non, sicut quidam putant, quod ipsi faciant. nullos enim uidetur adtendisse, cum dixit: et ipse faciet, nisi eos qui dicunt: nos facimus, id est nos ipsi nos ipsos iustificamus. ubi quidem

1 Pelagius 21 Ps. 36, 6 24 Ps. 36, 5

2 esse non *V* 3 *pr.* est] esse *B* aut] aut *D* at *RCE* 4 ē *prim. s.l.Dm1* 5 sed uitium est *RV* quo *ex* co *Lm2* quoḍ *E* quod (*in mg.m2* quo) *V* 6. 11 quide *Dm1* 7 quo**D* 8 suplicantum *Lm1* suplicandum *DP* 9 uitatur *Lm1P* uitaetur *V* 11 dixerim**L* dixerimus *B* iuditium *VB* consilium *b* (*in mg.* al iudicium), *d* 12 fatear (a *fin. s. ras. m1*) *R* quur *codd.* 14 suplicant *LP* 15 opterendam *LDPm1Rm1C* 17 se*R* sed *B* 18 triumfas *LP* et—triumphas *in mg.D* 19 triumfas *P* triumphari *RV* 21 obsorbebitur *Dm1* 24 reuella *E* ad dom.] domino *DPm2RBCb* 25 eo *RCb* 26 *inc. c. 32 in b* nullos (o *ex* u) *V* 28 id est *om.Vm1*

operamur et nos, sed illo operante cooperamur, quia misericordia eius praeuenit nos. praeuenit autem, ut sanemur, quia et subsequetur ut etiam sanati uegetemur; praeuenit, ut uocemur, subsequetur ut glorificemur: praeuenit, ut pie uiuamus, subsequetur ut cum illo semper uiuamus, quia sine illo nihil facere possumus. utrumque enim scriptum est et: d e u s m e u s, m i s e r i c o r d i a e i u s p r a e u e n i e t m e, et: m i s e r i c o r d i a t u a s u b s e q u e t u r m e p e r o m n e s d i e s u i t a e m e a e. reuelemus ergo ad eum uiam nostram confessione, non defensione laudemus. si enim non est ipsius uia, sed nostra, procul dubio non est recta. reuelemus eam confitendo, quia non eum latet, etiamsi operire conemur. b o n u m e s t autem c o n f i t e r i d o m i n o.

XXXII. 36. Ita enim quod ei placet dabit nobis, si quod ei displicet in nobis, displiceat et nobis. auertet, sicut scriptum est, semitas nostras a uia sua et nostram faciet esse quae sua est, quoniam ab ipso praebetur credentibus in eum et sperantibus in eum ut ipse faciat. ipsa est enim uia iusta, quam ignorantes qui z e l u m d e i h a b e n t, s e d n o n s e c u n d u m s c i e n t i a m, e t s u a m u o l e n t e s c o n s t i t u e r e i u s t i t i a e d e i n o n s u n t s u b i e c t i. f i n i s enim l e g i s Christus ad iustitiam omni credenti, qui dixit: e g o s u m u i a. in qua iam ambulantes tamen terruit uox diuina, ne quasi de propriis in ea uiribus extollantur. nam quibus propter hoc ait apostolus: c u m t i m o r e e t t r e m o r e u e s t r a m i p s o r u m s a l u t e m o p e r a m i n i; d e u s enim e s t q u i o p e r a t u r i n u o b i s e t u e l l e e t o p e r a r i p r o b o n a u o l u n t a t e, eis propter hoc ipsum

1 cf. Ps. 58, 11 5 cf. Ioh. 15, 5 6 Ps. 58, 11 7 Ps. 22, 6 9 cf. Ps. 36, 5 12 Ps. 91, 2 15 cf. Ps. 43, 19. 17 cf. Ps. 36, 3 18 Rom. 10, 2—4 23 Ioh. 14, 6 25 Phil. 2, 12. 13

1 *ante* illo *exp.* in *E* 3 quiae *C*, *om.b* et *exp.V*, *om.b* subsequetur (i *s. fin.* e *m2*) *D* subsequentur *VE* ut—subsequetur *om.b* *post* praeuenit *exp.* autem *Dm2*, *add.B* 5 possumus facere *Cbd* 8 tua] eius *V* me *om.B* per *om.V* omnibus diebus (diebus *s.l.m2*; *in mg.* per omnes dies) *V* 11 reuelamus (e *s.* a) *VE* eū *Dm1* 12 operire (i *ex* a) *R* autem *om.Vm1* 14 *inc. c. 33 in b* enim *m2 ex* eum *D* 15 auertet que (que *in mg.m2*) *P* auertit *Vm1Em1* 17 *alt.* eo *b* 18 faciet *Lm1Vm1* ipsa (a *s.* e *m2*) *V* 20 constituere] *add.* iustitiam *d* 21 non *om.Vm1* 26 urm *LPm1VEm1* oper. sal. *bd*

dicit etiam psalmus: seruite domino in timore et exultate cum tremore. adprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus et pereatis de uia iusta, cum exarserit in breui ira eius super uos. non ait 'ne quando irascatur dominus' et non 'uobis ostendat uiam iustam' aut 'non uos introducat in uiam iustam', sed iam illic ambulantes sic terrere potuit, ut diceret: ne pereatis de uia iusta. unde, nisi quia superbia, quod totiens dixi et saepe dicendum est, etiam in ipsis recte factis cauenda est, id est in ipsa uia iusta, ne homo, dum quod dei est deputat suum, amittat quod dei est et redeat ad suum? ideo quo psalmus ipse concluditur faciamus: beati omnes qui confidunt in eum, utique ut ipse faciat, ipse ostendat uiam suam, cui dicitur: ostende nobis, domine, misericordiam tuam; ipse det salutem, ut ambulare possimus, cui dicitur: et salutare tuum, domine, da nobis; ipse in eadem uia deducat, cui dicitur: deduc me, domine, in uia tua et ambulabo in ueritate tua; ipse ad illa, quo uia ducit, promissa perducat, cui dicitur: etenim illuc manus tua deducet me et perducet me dextera tua; ipse ibi pascat recumbentes cum Abraham, Isaac et Iacob, de quo dictum est: faciet eos recumbere et transibit et ministrabit eis. non enim, cum ista commemoramus, arbitrium uoluntatis tollimus, sed dei gratiam praedicamus. cui enim prosunt ista nisi uolenti, sed humiliter uolenti, non se de uoluntatis uiribus, tamquam ad perfectionem iustitiae sola sufficiat, extollenti?

XXXIII. 37. Absit autem ut ei dicamus, quod a quibusdam contra se dici ait, 'comparari hominem deo, si absque peccato esse

1 Ps. 2, 11—13 7 Ps. 2, 12 12 Ps. 2, 13 14. 15 Ps. 84, 8 17 Ps. 85, 11 19 Ps. 138, 10 22 Luc. 12, 37 28 cf. Hieronymi epist. 133, 8 (XXII 1156 M)

2 exultate] *add.* ei *VEm3bd* cū (*s.l.m2* in) *V* 6 uos *om.Rm1* 11 amit*tat *L* ipse] iste *bd* 13 eo *bd* ostendit (a *s.* i *m1*) *R* 14 ostende *om.Vm1* tuam (t *ex* s) *L* 15 et ipse *D* (et *in mg.*), *PRVCEbd* det (e *ex* a) *D* 16 domine *om. d* ipsi *Lm1* 20 deducet (u *ex* e) *R* 23 ministrabat *V* commemorauimus *C* 24 uolumtatis *V* 25 prosunt (*in mg. m2* p̄s) *V* 26 sufficiet (a *s.* e) *V* 27 *c. 34 b* quibusdā (dā *s.l.m2*) *C* 28 agit *E* esse—peccato *in mg.Vm2*

asseratur'; quasi uero angelus, qui absque peccato est, conparetur deo. ego quidem hoc sentio, quia etiam cum fuerit in nobis tanta iustitia, ut ei addi omnino nihil possit, non aequabitur creatura creatori. si autem aliqui putant tantum nostrum futurum esse proiectum, ut in dei substantiam conuertamur et hoc efficiamur prorsus quod ille est, uiderint quemadmodum astruant sententiam suam; mihi hoc fateor non esse persuasum.

XXXIV. 38. Iam sane hoc multum faueo libri huius auctori, quod aduersus eos qui dicunt: 'rationabile quidem uidetur esse quod asseris, sed superbum est dici hominem absque peccato esse posse' ita respondet, ut omnino, si uerum est, nullo modo superbum esse dicendum est. ait enim acutissime atque uerissime: *in qua magis parte humilitas collocanda est? sine dubio falsitatis, si in ea quae ueritatis probatur esse superbia est.* ac per hoc placet illi et recte placet, ut in parte ueritatis, non in parte falsitatis magis humilitas collocetur. ex quo est consequens, ut ille, qui dixit: s i d i x e r i m u s q u i a p e c c a t u m n o n h a b e m u s, n o s i p s o s d e c i p i m u s e t u e r i t a s i n n o b i s n o n e s t, uerum dixisse minime dubitetur, ne causa humilitatis hoc falsum dixisse uideatur. propterea enim addidit: e t u e r i t a s i n n o b i s n o n e s t, cum forte sufficeret dicere: n o s i p s o s d e c i p i m u s, nisi adtenderet quosdam putare posse ideo dictum 'nos ipsos decipimus', quia etiam de uero bono qui se laudat extollitur. addendo itaque 'et ueritas in nobis non est' manifeste ostendit, sicut etiam huic rectissime placet, hoc omnino uerum non esse: s i d i x e r i m u s q u i a p e c c a t u m n o n h a b e m u s, ne humilitas constituta in parte falsitatis perdat praemium ueritatis.

39. Porro autem quod dei causam sibi agere uidetur defendendo naturam, non adtendit, quod eandem naturam sanam esse dicendo medici repellit misericordiam. ipse est autem creator eius qui

12 Pelagius 16. 20. 21. 25 I Ioh. 1, 8

1 uero (e *ex* i) *R* quia *bd* 5 pror*sus *R* 6 astruant (*in mg. m2* struant) *V* asstruant *PE* 9 uideatur *b* 11 modū *B* 12 est] sit *bd*, *in ras. V*, *s.* est *Cm2* 14 hac *LB* 15 non] non ut *b* in *om. VEm1* 16 qui *om. B* dixerit *V* dīxerit *E* 18 *ante* decipimus *litt.* s *eras. L* decipimus] seducimus *RC* 19 nec *LDCBb* ne*R* 20 proptere*a *L* addit *Vm1* 21 decipiamus *VEm1* 22 nisi—decipimus *in mg. Vm2* posse ideo *om. b* 27 perdet *L*, a *s.* e *D* 29 non—naturam *om. Vm1* sanū *B* 30 est *om. Cm1*

saluator eius. non ergo debemus sic laudare creatorem, ut cogamur, immo uere conuincamur dicere superfluum saluatorem. naturam itaque hominis dignis laudibus honoremus easque laudes ad creatoris gloriam referamus; sed quia nos creauit, ita simus grati, ut non simus, quia sanat, ingrati. uitia sane nostra, quae sanat, non diuino operi, sed humanae uoluntati iustaeque illius uindictae tribuamus; sed ut in nostra potestate fuisse ne acciderent confitemur, ita ut sanentur in illius magis esse misericordia quam in nostra potestate fateamur. hanc iste misericordiam et medicinale saluatoris auxilium tantum in hoc ponit, 'ut ignoscat commissa praeterita, non ut adiuuet ad futura uitanda'. hic perniciosissime fallitur; hic etsi nesciens prohibet nos uigilare et orare ne intremus in temptationem, cum hoc ne nobis accidat in nostra tantum potestate esse contendit.

XXXV. 40. 'Quorundam' sane 'exempla, quos peccasse legimus', non 'ideo scripta' dicit, qui sanum sapit, 'ut ad desperationem non peccandi ualeant et securitatem peccandi nobis quodammodo praebere uideantur', sed ut disceremus uel paenitendi humilitatem uel etiam in talibus lapsibus non desperandam salutem. quidam enim in peccata prolapsi desperatione plus pereunt nec solum paenitendi neglegunt medicinam, sed ad explenda inhonesta et nefaria desideria serui libidinum et sceleratarum cupiditatum fiunt; quasi perdant, si non fecerint quod instigat libido, cum eos iam maneat certa damnatio. aduersus hunc morbum nimium periculosum et exitiabilem ualet commemoratio peccatorum etiam in quae iusti sanctique prolapsi sunt.

41. Sed acute uidetur interrogare, 'quomodo istos sanctos de hac uita abisse credendum sit, cum peccato an sine peccato', ut,

10 Pelagius 12 cf. Marc. 14, 38 15. 27 Pelagius

1 *post* cogamur *add.* dicere *PB,V* (*s. l. m2*), *eras. uid. D* 2 natura *b* 6 operi (i *ex* e) *V*, i *s.* e *E* uoluntati (i *ex* e) *E* 7 accederent *Dm1Vm1E* accenderent *P* 8 ita *om. L* misericordia *om. DB* 10 innoscat *Cm1* 11 fallitur (i *ex* a) *D* 12 hic (o *s.* i *m2*) *V* et sine sciens *L a. c.* et (*in mg. m2* ł ē) si *R* ēsine *V* est si *E* temtationem *P* 16 scriptura *B* ad]∗d *D* 17 nobis quodam n̤o̤b̤i̤s̤ *R* 18 uideant *b* 21 negligunt *Vm1* *post* nefaria *exp.* et *L* 22 libinum *L* sceleratọrum (a *s.* ọ) *E* 23 eo∗*R* eos (s *s.l.*) *E* 25 exitiabile *L* exsitiabilem *V* ex ∗ itiabilem *C* qua (a *ex* ę) *D*, *PREm1* 28 abiisse *bd*

si responsum fuerit 'cum peccato', putetur eos secuta damnatio, quod nefas est credere; si autem sine peccato dictum fuerit eos exisse de hac uita, probet hominem saltem propinquante morte fuisse sine peccato in hac uita. ubi parum adtendit, cum sit acutissimus, non frustra etiam iustos in oratione dicere: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a, s i c u t e t n o s d i m i t t i m u s d e b i t o r i b u s n o s t r i s, dominumque Christum, cum eandem orationem docendo explicuisset, ueracissime subdidisse: s i e n i m d i m i s e r i t i s p e c c a t a h o m i n i b u s, d i m i t t e t u o b i s p a t e r u e s t e r p e c c a t a u e s t r a. per hoc enim cotidianum spiritale quodammodo incensum, quod ante deum in altare cordis, quod sursum habere admonemur, infertur, etiamsi non hic uiuatur sine peccato, licet mori sine peccato, dum subinde uenia deletur, quod subinde ignorantia uel infirmitate committitur.

XXXVI. 42. Deinde commemorat eos, 'qui non modo non peccasse, uerum etiam iuste uixisse referuntur: Abel, Enoch, Melchisedech, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Iesu Naue, Finees, Samuhel, Nathan, Helias, Heliseus, Micheas, Danihel, Ananias, Azarias, Misael, Ezechiel, Mardocheus, Simeon, Ioseph, cui desponsata erat uirgo Maria, Iohannes'. adiungit etiam feminas: 'Debboram, Annam Samuhelis matrem, Iudith, Hester, alteram Annam filiam Fanuel, Elisabeth', ipsam etiam domini ac saluatoris nostri matrem, 'quam' dicit 'sine peccato confiteri necesse esse pietati'. excepta itaque sancta uirgine Maria, de qua propter honorem domini nullam prorsus,

5 Matth. 6, 12 8 Matth. 6, 14 15. 20. Pelagius

1 sequuta *L* (s *ex* c *m2*), *Dm1P* sequi ita *B* 2 credere] dicere (*s. exp.* credere *m2*) *D*, *RVCE* 3 exhisse *B* prohibet *B* saltim *DRBCE* 5 dimitte (*pr.* i *ex* e) *D* 6 debite *Rm1* 10 uester] urt *V* 11 quotidianum *Lm2* modo (do *s.l.m2*) *V* 12 altari *b* 14 uenia del. quod *m2 in dextro*, subinde *m3 in sin. mg.* *V* 16 referuntur *P* feruntur *V* melcisedech *E* 17 Ioseph *post* Helias *pon. d* iesu*L* iesus *PE* samuel *Pbd* 18 natan *V* Elias *bd* helisseus *LC* helissaeus *P* heliseus (h *s.l.m2*) *DVE* helisaeus *R* daniel *PCEbd* annanias *LDPV* anananias *E* 19 misahel *LVCE* ezechihel *LV* mardacheus *LBEm1* mardachaeus (o *s.* a) *D* mardacheus (o *s.* a) *P* symeon *PVE* simonē *B* disponsata *LDm1* 20 ioannes *VCEbd* deboram *VE* Delboram *b* 21 samuelis *REbd* iudit *LP* ludit *V* Esther *bd* phanuhelis *DC* fanuhel *P* phanuhel *VE* panuelis *R* 22 isabeth *L* helisabeth *RBCb* dni nostri *B*

cum de peccatis agitur, haberi uolo quaestionem — unde enim scimus quid ei plus gratiae conlatum fuerit ad uincendum omni ex parte peccatum, quae concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum? — hac ergo uirgine excepta, si omnes illos sanctos et sanctas, cum hic uiuerent, congregare possemus et interrogare, utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus? utrum hoc quod iste dicit, an quod Iohannes apostolus, rogo uos. quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, una uoce clamassent: s i d i x e r i m u s q u i a p e c c a t u m n o n h a b e m u s, n o s i p s o s d e c i p i m u s e t u e r i t a s i n n o b i s n o n e s t. an id humilius responderent fortasse quam uerius? sed huic iam placet et recte placet 'laudem humilitatis in parte non ponere falsitatis'. ita hoc si uerum dicerent, haberent peccatum; quod humiliter quia fatentur, ueritas in eis esset; si autem hoc mentirentur, nihilominus haberent peccatum, quia ueritas in eis non esset.

XXXVII. 43. *Dicent forsitan*, inquit: *numquid omnium potuit scriptura commemorare peccata?* et uerum eis dicent quicumque dicent. nec eum contra hoc aliquid ualidum uideo respondisse, quamuis uideam tacere noluisse. quid enim dixerit, quaeso, adtendite. *hoc*, inquit, *recte dici potest de his, quorum neque bonorum neque malorum scriptura sit memor; de illis uero, quorum iustitiae meminit, et peccatorum sine dubio meminisset, si qua eos peccasse sensisset.* dicat ergo non pertinuisse ad iustitiam tantam illorum fidem, qui magna multitudine praecedentes et sequentes cum laudibus domini asellum etiam inter frementes quare hoc facerent inimicos clamabant: o s a n n a, f i l i D a u i d, b e n e d i c t u s q u i u e n i t i n n o m i n e d o m i n i! audeat ergo iste dicere, si potest, neminem

9 I Ioh. 1, 8 13. 17. 21 Pelagius 27 Matth. 21, 9 etc.

1 aberi *L* habere *DRm1BCEm2b* 2 quod *DRBCb* culatū *Em1* 4 ha∗c *R* 5 possemus (e *ex* i) *Lm2* 6 quid *ex* quod *Dm2R* 8 fuerint (*in mg.m2* ł fuerīt) *V* 9 nonne una uoce clamassent *edit. Louaniensium* 10 nosmet *R* ipso *Cm1* decipimus (i *alt. ex* e) *V* seducimus *Rb* 11 id] illud *bd* 12 huic *ex* adhuc *D* 13 ita—humiliter *in mg.D* itaque *C* (q. *s.l.m1*), *bd* 15 nihilhominus *VE* 17 numquit *P* 18 ei *d* 21 potest dici *bd* 23 peccare *DBC* pecasse (sse *s. ras.*) *R* 24 quoṣ (i *s.* oṣ) *V* qui (*in mg.* al quos) *b* quos *LDPRBCE* 25 c̄sequentes (c̄ *s.l.*) *D*, *PRVLCEbd* 26 fecerent *Rm1* clamabant] *add.* dicentes *Dm2RVCEbd* 27 os anna *V* filio *d* 28 dicere iste *bd*

fuisse in tanta illa multitudine, qui ullum haberet omnino peccatum. quod si absurdissimum est dicere, cur nulla peccata eorum scriptura commemorauit, quae tantum bonum fidei eorum commemorare curauit?

a 44. Sed hoc etiam ipse forsitan uidit et ideo subiecit atque ait: *sed esto, aliis temporibus turbae numerositate omnium dissimulauerit peccata contexere; in ipso statim mundi primordio, ubi non nisi quattuor homines erant, quid*, inquit, *dicimus, cur non omnium uoluerit delicta memorare? utrumne ingentis multitudinis causa, quae nondum erat, an quia illorum tantum qui commiserant meminit, illius uero qui nulla commiserat meminisse non potuit?* adhuc adiungit uerba, quibus ista sententia uberius et planius astruatur: *certe*, inquit, *primo in tempore Adam et Eua, ex quibus Cain et Abel nati sunt, quattuor tantum homines fuisse referuntur. peccauit Eua — scriptura hoc prodidit —, Adam quoque deliquit — eadem scriptura non tacuit —, sed et Cain peccasse ipsa aeque scriptura testata est, quorum non modo peccata, uerum etiam peccatorum indicat qualitatem. quodsi et Abel peccasset, hoc sine dubio scriptura dixisset; sed non dixit: ergo nec ille peccauit, quin etiam iustum ostendit. credamus igitur quod legimus et quod non legimus nefas credamus astruere.*

XXXVIII. 45. Haec dicens parum adtenditquod paulo ante ipse dixerat 'iam exorta multitudine generis humani turbae numerositate potuisse scripturam dissimulare omnium peccata contexere'. hoc enim si satis adtendisset, uideret etiam in uno homine turbam et multitudinem leuium peccatorum uel non potuisse uel, si etiam potuit, non debuisse conscribi. ea quippe scripta sunt, quibus et modus adhibendus fuit et paucis exemplis ad multa necessaria lector instruendus. nam cum ipsos tunc homines licet adhuc paucos, quot

6. 12. 22 Pelagius 14. 15 cf. Gen. c. 3 cf. Gen. c. 4

1 illum *Dm1* omnino *om. Lm1* 2. 8 quur *codd.* 3 que tantum *ex* quetam *E* eorum] ipsorum *bd* 5 forsitan ipse *bd* 6 turbe *s.l.m2L* 8 quatuor *Vbd* qui *L* omnium *ex* hominum *Lm2* 9 commemorare *b* 10 commisserant *LDm1R* meminis *L* 11 nullam *V* commisserat *Rm1V* commiserant *B* ad haec *b* 12 asstruatur *P* 16 ipsa *om. B* testa *B* 18 et hoc *Dm2PRVCEbd* 19 legimus (l *ex* c) *R* 20 asstruere *LP* 21 ipse *om. B* 22 numerositate (o *ex* u, ta *in ras.*) *V* 25 multidinem *L* peccatorum leuium *Bbd* 26 debui:set *Bm1* 28 paucis *B* quot] quod *Lm1Dm1Pm1BC*

uel qui fuerint, id est Adam et Eua, quot filios et filias procreauerint et quae illis nomina inposuerint, scriptura commemorare noluerit — unde nonnulli parum considerantes quam multa scriptura tacite praetereat ipsum Cain cum matre concubuisse putauerunt, unde prolem quae commemorata est procrearet, putantes illis filiis Adam sorores non fuisse, quia eas scriptura tunc tacuit, postea recapitulando inferens quod praetermiserat Adam filios et filias procreasse nec tempus quo nati sunt nec numerum nec uocabula ostendens — ita nec commemorandum fuit, si Abel, quamuis merito iustus appellatus est, paulo inmoderatius aliquando risit uel animi remissione iocatus est uel uidit aliquid ad concupiscendum uel aliquanto inmoderatius poma decerpsit uel plusculo cibo crudior fuit uel cum oraret cogitauit aliquid unde eius in aliud auocaretur intentio. et quotiens illi ista ac similia multa subrepserint! an forte peccata non sunt, de quibus generaliter cauendis atque cohibendis admonemur praecepto apostolico, ubi dicit: n o n e r g o r e g n e t p e c c a t u m i n u e s t r o m o r t a l i c o r p o r e a d o b o e d i e n d u m d e s i d e r i i s e i u s? his quippe ne oboediamus ad ea, quae non licent uel minus decent, cotidiana et perpetua conflictatione certandum est. nam utique ex hoc uitio mittitur uel dimittitur oculus, quo non oportet: quod uitium si conualuerit et praeualuerit, etiam adulterium perpetratur in corpore, quod in corde tanto fit citius quanto est cogitatio celerior et nullum inpedimentum morarum. hoc peccatum, id est hunc uitiosae affectionis adpetitum, qui magna ex parte frenarunt, ut non oboedirent desideriis eius nec exhiberent ei membra sua arma iniquitatis, etiam iusti appellari meruerunt et hoc adiutorio gratiae

5 cf. Gen. 4, 17 7 cf. Gen. 5, 4 9 cf. Matth. 23, 35. Hebr. 11, 4
16 Rom. 6, 12 26 cf. Rom. 6, 12. 13

1 quot (t *in ras.*) *V* quod *Dm1Pm1B* procreauerant *b* 2 scriptura (*in mg. m2* scripturas) *V* uoluerit (n *s.* u *init.m1*) *E* uoluerit *b* 5 commorata *B* putantis *Dm1* 6 adam sore res (*s. pr.* a *adscr.* c, *s. alt.* a *add.* h) *E* quia (a *s.l.*) *R* ea *LPVE* tunc] dum *R* 7 quot *Cm1* 8 quo*L* quo *s. eras.* co *R* conati (*om.* quo) *B* 11 aliquanto (t *in ras.*) *V*, t *ex* d *R* 12 immoderaṇtius *E* 13 aliud] aliquid *V* 14 quoties *Dm1* 19 licet *Lm1* dicent *Rm1Vm1Em1* co*tidiana *D* 20 perpetuę *B* 21 mittatur *B* oculis *Dm1B* quo *ex* quae *Dm1* quę *B* 23 quanta *E* 24 morare *B* 25 hunc] hoc *V* quią *V* frena**runt *R* 26 desideris *E*

dei. uerum quia saepe in leuissimis et aliquando incautis obrepit peccatum, et iusti fuerunt et sine peccato non fuerunt. postremo si in Abel iusto caritas dei, qua una uere iustus est quicumque iustus est, adhuc erat quo posset et deberet augeri, quicquid minus erat ex uitio erat. et cui non minus sit, donec ad illam eius fortitudinem ueniatur, ubi tota hominis absorbeatur infirmitas?

XXXIX. 46. Magna plane sententia conclusit hunc locum cum ait: *credamus igitur quod legimus et quod non legimus nefas credamus astruere, quod de cunctis etiam dixisse sufficiat.* contra ego dico nec omne quod legimus credere nos debere propter illud, quod ait apostolus: o m n i a l e g i t e, q u a e b o n a s u n t t e n e t e, et astruere aliquid etiam quod non legimus nefas non esse. possumus enim aliquid bona fide testes astruere quod experti sumus, etiam si forte non legimus. hic fortasse respondet: 'ego cum hoc dicerem, de scripturis sanctis agebam'. o utinam, non dico aliud quam in illis litteris legit, uerum contra id quod legit nihil uellet astruere! fideliter et oboedienter audiret quod scriptum est: p e r u n u m h o m i n e m p e c c a t u m i n t r a u i t i n m u n d u m e t p e r p e c c a t u m m o r s e t i t a i n o m n e s h o m i n e s p e r t r a n s i i t, i n q u o o m n e s p e c c a u e r u n t, et non infirmaret tanti medici gratiam, dum fateri non uult naturam humanam esse uitiatam! o utinam sicut Christianus legeret praeter Iesum Christum nullum esse nomen sub caelo, in quo oportet saluos fieri nos, et non possibilitatem naturae humanae ita defenderet, ut homo per liberum arbitrium etiam sine isto nomine saluus esse posse credatur!

XL. 47. Sed putat fortasse ideo necessarium esse Christi nomen, ut per eius euangelium discamus quemadmodum uiuere debeamus,

4 cf. De spir. et litt. 36, 65 pag. 225, 19—21 et De perfectione iustitiae 6, 15 (CSEL XLII 12. 13) 8 Pelagius 11 I Thess. 5, 21 18 Rom. 5, 12 23 cf. Act. 4, 12

1 aliquanto (*in mg. m2* aliquando) *V* 2 *pr.* peccati *B* 4 quod *Dm1* quidquid *LPm1* 5 cui**R* 7 magnę *L* magna (a *fin. s.* e) *D* plenę *L* plene *BC* 8 credamus (a *ex* i) *VE* legemus *Rm1* 9 asstruere *P* sufficiet *VEm1* 10 e*go *V* 11 apostolus ait *bd* quae (ae *in ras.*) *V* quod *E* 12 asstruere *LPV* 13 asstruere *LVPE* 16 illius *LB* illi*s *D* 17 ualet *DBCR* (*in mg. m2* uellet) asstruere *L* auderet *C* quod scriptum est *om. C* 23 esse *om. B* oportet—humanae *in mg. D* oporteat *b* 24 ista *L* 25 saluos (u *s.* o) *V* saluum *C*

non etiam ut eius adiuuemur gratia, quo bene uiuamus. uel hinc saltim confiteatur esse miserabiles tenebras in animo humano, qui scit quemadmodum debeat leonem domare et nescit quemadmodum uiuere. an et hoc ut sciat sufficit ei liberum arbitrium lexque naturalis? haec est sapientia uerbi, qua euacuatur crux Christi. sed qui dixit: p e r d a m s a p i e n t i a m s a p i e n t i u m, quia ista crux non potest euacuari. profecto ista sapientia per stultitiam praedicationis, qua credentes sanantur, euertitur. si enim possibilitas naturalis per liberum arbitrium et ad cognoscendum quomodo uiuere debeat et ad bene uiuendum sufficit sibi, e r g o C h r i s t u s g r a t i s m o r t u u s e s t; e r g o e u a c u a t u m e s t s c a n d a l u m c r u c i s. cur non etiam ego hic exclamem, immo exclamabo et istis increpitabo dolore christiano: e u a c u a t i e s t i s a C h r i s t o, qui in natura iustificamini, a g r a t i a e x c i d i s t i s! ignorantes enim dei iustitiam et uestram uolentes constituere iustitiae dei non estis subiecti. sicut enim finis legis, ita etiam naturae humanae uitiosae saluator Christus est ad iustitiam omni credenti.

XLI. 48. Quid autem sibi opposuit 'ab eis dici contra quos loquitur: o m n e s e n i m p e c c a u e r u n t'? *manifestum est quod de his dicebat apostolus qui tunc erant, hoc est de Iudaeis et gentibus.* sed plane illud, quod commemoraui: p e r u n u m h o m i n e m p e c c a t u m i n t r a u i t i n m u n d u m e t p e r p e c c a t u m m o r s e t i t a i n o m n e s h o m i n e s p e r t r a n s i i t, i n q u o o m n e s p e c c a u e r u n t, et antiquos et recentiores et nos et posteros nostros sententia ista conplectitur. ponit etiam illud testimonium, unde probet cum dicuntur 'omnes' non semper omnes omnino nullo praetermisso intellegi oportere. *s i c u t p e r*

5 cf. I Cor. 1, 17 6 I Cor. 1, 19 7 cf. I Cor. 1, 21 11 Gal. 2, 21 Gal. 5, 11 14. 15 cf. Gal. 5, 4 15 cf. Rom. 10, 3 17 cf. Rom. 10, 4 20 Rom. 3, 23 Pelagius 22 Rom. 5, 12 28 Rom. 5, 18 Pelagius

1 ut eius *om.C* qua *b* hic *B* 2 salutim *Lm1* salutē *Vm1* saltem *DPE* 5 lexquae *DVE* naturalis (i *m2 ex* e) *C* qua (a *s.l.*) *Lm2* quae (e *s.l.*) *C* ı acuatur *C* 6 sed (*in mg. m2* habeo) *V* sapientum *bd* 7 istam sapientiam *Cbd* 9 euertit *Cd* 12 quur *codd.* 13 e*go *C* immodo (*s. pr.* m *add.m3* mo) *E* increpitabo *in mg.Vm3* 16 uestra *Rm1* 19 quod *BCd* loquimur *B* 21 erat *Cm1* iudeis *C* 22 illud *om.C* cōmoraui *B* memoraui *E* 23 *pr.* pecca**tum *L* 24 homines pertransit in quo *in mg.C* 27 illut *V* homines *B*

unius inquit, *delictum in omnes homines in condemnationem sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitae, cum per Christi*, inquit, *iustitiam non omnes, sed eos tantum, qui illi oboedire uoluerunt et baptismi eius ablutione purgati sunt, sanctificatos esse non dubium sit.* non plane isto testimonio probat quod uult. nam sicut dictum est: sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ut nullus praetermitteretur, sic et in eo, quod dictum est: per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitae, nullus praetermissus est, non quia omnes in eum credunt et baptismo eius abluuntur, sed quia nemo iustificatur nisi in eum credat et baptismo eius abluatur. itaque 'omnes' dictum est, ne aliquo modo alio praeter ipsum quisquam saluus fieri posse credatur. sicut uno litterarum magistro in ciuitate constituto rectissime dicimus: 'omnes iste hic litteras docet', non quia omnes eius litteras discunt, sed quia nemo discit, nisi quem ille docuerit, sic nemo iustificatur, nisi quem Christus iustificauerit.

XLII. 49. *Sed esto*, inquit, *consentiam quia omnes peccatores fuisse testatur. dicit enim quid fuerint, non quod aliud esse non potuerint. quamobrem et si omnes homines*, inquit, *peccatores possent probari, definitioni tamen nostrae nequaquam id obesset, qui non tam quid homines sint quam quid possint esse defendimus.* hic recte facit aliquando consentire, quoniam non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens, non tamen ibi esse quaestionem, sed in ipsa non peccandi possibilitate contendit, in qua nec nos aduersus eum certare opus est. nam neque illud nimis curo, utrum fuerint hic aliqui uel sint uel esse possint, qui perfectam, cui nihil addendum esset, habuerint

7. 9 Rom. 5, 18 12 cf. Rom. 4, 5 19 Pelagius 24 cf. Ps. 142, 2

1 in omnes—*lin. 3* homines *om. B* 3 in *om. L* 7 *pr.* sic *LDm1P* 10 iustitiam (ius *s.l.m2*) *V* 11 non quia] neque *C* 12 iustifi**catur *L* 14 alio (o *s.l.m2*) *V* saluos *Vm1* 15 sicut] *add.* enim *Cbd* 18 quem *om. Rm1* iustificauerit Christus *bd* 19 esto (e *ex* i) *V* 20 *pr.* quod *RC* 21 peccatores inquit *bd* possent (e *s.* u *m2*) *V* 22 quid *s.l. Vm2* quod *in mg. CE* 23 quod *C* possent *Dm1bd* hoc *Valic. 500. 501* 24 consentire (i *ex* a *m2*) *C* quia *bd* non *om. Lm1* 26 contemnit *C* nec nos *in ras. Vm2* aduersus nos *D* eum *in ras. Vm2* cum certare] cum certare *Dm1Pm1* concertare *Pm2Em1* 28 adtendum *Rm1* abuerint *L*

uel habeant uel habituri sint caritatem dei — ipsa est enim uerissima. plenissima perfectissimaque iustitia —, quoniam id, quod uoluntate hominis adiuta per dei gratiam fieri posse confiteor et defendo, quando uel ubi uel in quo fiat nimium certare non debeo. neque de ipsa possibilitate contendo, cum sanata et adiuta hominis uoluntate possibilitas ipsa simul cum effectu in sanctis proueniat, dum caritas dei, quantum plenissime natura nostra sana atque purgata capere potest, diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. melius itaque dei causa agitur — quam se iste agendo dicit defensare naturam —, cum et creator et saluator agnoscitur quam cum defensa uelut sana uiribusque integris creatura opitulatio saluatoris inanitur.

XLIII. 50. Verum est autem quod ait, 'quod deus tam bonus quam iustus talem hominem fecerit, qui peccati malo carere sufficeret, sed si noluisset'. quis enim eum nescit sanum et inculpabilem factum et libero arbitrio atque ad iuste uiuendum potestate libera constitutum? sed nunc de illo agitur, quem semiuiuum latrones in uia reliquerunt, qui grauibus saucius confossusque uulneribus non ita potest ad iustitiae culmen ascendere, sicut potuit inde descendere, qui etiam si iam in stabulo est adhuc curatur. non igitur deus inpossibilia iubet, sed iubendo admonet et facere quod possis et petere quod non possis. iam nunc uideamus unde possit, unde non possit. iste dicit: *uoluntate non est, quod natura potest.* ego dico: 'uoluntate quidem non est homo iustus, si natura potest, sed medicina poterit quod uitio non potest'.

XLIV. 51. Quid ergo iam opus est in pluribus inmorari? ueniamus interius ad causam, quam in hac dumtaxat quaestione uel solam uel paene solam cum istis habemus. sicut enim ipse dicit,

7 cf. Rom. 5, 5 13 Pelagius 17 cf. Luc. 10, 30. 34 23 Pelagius

1 sint (i *ex* u) *E* enim *om. DRm1BC* 2 quod *om. C* 3 adiuta] ad uitā *E* 4 fiet *V* 5 possibilitate*C* sanatam *C* et ad hominis uoluntatē *C* 6 affectu *LD* proueniet *V* 9 agitur (i *ex* a) *D* 10 iste (*in mg. m2* l ipse) *R* ipse *VE* 14 qui] cui *C m2 ex* quae, *b* peccato *L* peccatọ (i *s.* ọ *m1*) *D* 16 ad *om. V* 18 qui *m2 ex* qua*C* grauius *Dm1, b in mg.* confessusque *B* 20 igitur *m2 ex* agitur *C* 21 possibilia *B* 22 nunc (unc *in ras.*) *V* unde n̄ possit *add. Vm2* et unde n̄ possit *in mg. Em2* 24 quidem] quid est *B* 28 uel solam *s.l. Vm2, in mg. Em2* *alt.* solam *om. Vm1* habeamus *VE*

'ad quod nunc agit non pertinere ut quaeratur, utrum fuerint uel sint aliqui homines in hac uita sine peccato, sed utrum esse potuerint siue possint', ita ego etiamsi fuisse uel esse consentiam nullo modo tamen potuisse uel posse confirmo nisi iustificatos gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum et hunc crucifixum. ea quippe fides iustos sanauit antiquos, quae sanat et nos, id est mediatoris dei et hominum hominis Christi Iesu, fides sanguinis eius, fides crucis eius, fides mortis et resurrectionis eius; habentes ergo eundem spiritum fidei et nos credimus, propter quod et loquimur.

52. Iste uero obiecta sibi quaestione, in qua reuera intolerabilis uidetur cordibus christianis, quid respondeat adtendamus. ait enim: *sed hoc est quod multos mouet, inquies, quod non per dei gratiam hominem sine peccato esse posse defendis.* prorsus hoc est quod mouet, hoc est quod obicimus. rem ipsam dicit; hoc omnino aegerrime sustinemus, hinc a Christianis talia disputari ea quam in alios et in ipsos habemus dilectione non ferimus. audiamus igitur quomodo se ab obiectione quaestionis huius expediat: *o ignorantiae caecitas*, inquit, *o inperitae mentis ignauia, quae id sine dei gratia defensari existimat, quod deo tantum audiat debere reputari*! si nesciremus quae sequantur, his tantummodo auditis falsa nos de illis iactante fama et quibusdam fratribus idoneis testibus asseuerantibus credidisse putaremus. quid enim dici breuius potuit et uerius quam possibilitatem non peccandi, quantacumque est uel erit in homine, non nisi deo debere reputari? hoc et nos dicimus, iungamus dexteras.

XLV. 53. An audienda sunt cetera? audienda plane et corrigenda utique uel cauenda. *nam cum dicitur*, inquit, *ipsum posse arbitrii humani ommino non esse, sed naturae, sed auctoris naturae, dei*

1. 13 Pelagius 5 cf. Rom. 7, 25 7 cf. I Tim. 2, 5 9 II Cor. 4, 13 18. 27 Pelagius

1 agit] ait *BE* fierint *Vm1Em1* 2 hominis *B* 3 etiam *C* 4 iustificatus *LDm1PVm1BEm1* iustificati *b* 7 Iesu Christi *bd* 10 loquimur (m *s. ras.* t *m2*) *L* 11 isti *Vm1* uero *s.l. Rm2* abiecta *VC* intolerabiles *Dm1* 12 christianis (i *fin. ex* u) *LPVE* quod *Dm1* quid (d *s.l.m2*) *C* 14 p̣rorsus *V* 15 dicis (s *in ras. ex* t) *V* 16 a *om.C* in alio sed *P* 17 dilectione (e *fin. ex* i *m2*) *D* 18 ab *om.E* obiectionē (*uirg. add. m2*) *L* 20 existimat (a *ex* e) *D* audiet *V* audeat *Rm2B* 21 audi*tis *E* iactante (n *s.l.*) *D*, i *s.l. P* 26 corripienda (*in mg. m2* corrigenda) *VE* 28 sed naturae *om.bd*

scilicet, ecqui fieri potest ut absque dei gratia intellegatur, quod ad deum proprie pertinere censetur? iam coepit apparere quid dicat; sed ne forte fallamur, latius id explanat et clarius. *sed ut hoc manifestius*, inquit, *fiat, paulo latius disputandum est. dicimus enim cuiuscumque rei possibilitatem non tam in arbitrii humani potestate quam in naturae necessitate consistere.* exemplis etiam uel similitudinibus quid dicat inlustrat. *ut puta*, inquit, *loqui possum. quod loqui possum meum non est; quod loquor meum est, id est propriae uoluntatis; et quia quod loquor meum est, utrumque facere possum, id est et loqui et non loqui. quia uero quod loqui possum meum non est, id est arbitrii mei atque uoluntatis, necesse est me semper loqui posse; et si uoluero non posse loqui, non possum tamen non posse loqui, nisi forte membrum illud adimam, quo loquendi impleri officium potest.* multa quidem dici possent, quibus, si uelit, homo adimat sibi possibilitatem loquendi non adempto illo membro quo loquimur. uelut si aliquid fiat unde uox ipsa tollatur, loqui nemo poterit manentibus membris; non enim uox hominis membrum est; uexato sane aliquo interiore membro fieri potest, non adempto. sed ne uerbo premere uidear mihique contentiose dicatur: 'etiam uexare adimere est', possumus quidem id efficere et ore aliquibus uinculis sic clauso atque obserato, ut id aperire minime ualeamus neque ut aperiatur in nostra sit potestate, cum in potestate fuerit ut clauderetur manente integritate et sanitate membrorum.

XLVI. 54. Sed quid ad nos? uideamus quid deinde contexat. *uoluntatis enim arbitrio*, inquit, *ac deliberatione priuatur quicquid naturali necessitate constringitur.* et hic nonnulla quaestio est. per enim absurdum est, ut ideo dicamus non pertinere ad uoluntatem nostram quod beati esse nolumus, quia id omnino nolle non possumus

3. 7. 25 Pelagius

1 ecqui] e qui *L* et qui *DPRVBCm1Eb* et quid *Cm2* 2 recensetur *B* quid (d *s.l.m2*) *L* quod *R* 3 id] hic *L* 4 cuiusque *bd* 5 tam *ex* tantum *E* 6 ex∗emplis *E* 7 inlustratur (l *s.* n *m1*) *C* putat *V* quod loqui possum *om.Lm1* *ante* meum *eras.* meu *R* 9 *pr.* et *om.V* 10 non *om.C* 12 posse *V* possum *ex* posset *E* non posse loqui *exp.V* 14 sibi] si *V* 17 *fin.* membri *Cm1* 18 mihiquae *D* 20 ideficere (i *init. s.l.*) *D* si *R* obsecrato *B* 21 apperire *E* 22 sanitatem *L* sanitate (i *ex* o *et* ta *s. ras. m2*) *C* 24 exinde *DRBCEm2* inde *b* 25 quidquid *Lm1PV*, c *ex* t *V*, d *s.* c *C* 26 per ENĪ *m3* *tamquam rarum not. V* 28 non *in mg. Rm2* nā *B*

nescio qua et bona constrictione naturae nec dicere audemus ideo deum non uoluntatem, sed necessitatem habere iustitiae, quia non potest uelle peccare.

XLVII. 55. Adtendite etiam quae sequuntur. *hoc*, inquit, *et de auditu, odoratu uel uisu sentiri possibile est, quod audire, odorari, uidere potestatis nostrae sit, posse uero audire uel odorari uel uidere potestatis nostrae non sit, sed in naturali necessitate consistat.* aut ego non intellego quid dicat aut ipse. quomodo enim in potestate nostra non est uidendi possibilitas, si in potestate nostra est non uidendi necessitas, quia in potestate est caecitas, qua id ipsum uidere posse nobis, si uolumus, adimamus? quomodo autem in nostra potestate est uidere, si uelimus, cum etiam salua integritate naturae corporis oculorumque nostrorum nec uolentes uidere possimus siue per noctem luminibus quae forinsecus adhibentur ademptis siue nos quisquam in tenebroso loco aliquo includat? item si quod audire possumus uel non possumus in nostra potestate non est, sed in naturae constrictione, quod uero audimus uel non audimus, hoc est propriae uoluntatis, cur non adtendit, quanta audiamus inuiti, quae penetrant in sensum nostrum etiam auribus opturatis, sicuti est de proximo serrae stridor uel grunnitus suis? quamquam opturatio aurium ostendit non in potestate nostra esse apertis auribus non audire, facit etiam fortasse talis opturatio, quae ipsum sensum nostrum adimat, ut in nostra potestate sit etiam audire non posse. de odoratu autem quod dicit, nisi parum quod dicit adtendit, 'non esse in nostra potestate posse odorari uel non posse, sed in nostra potestate esse', hoc est

4 Pelagius 25 Pelagius

1 audeamus *R* 2 dn̄m *V* 4 secuntur *LE* 5 de∗*V* oratu *Vm1* adoratu *Em1* sentire *b* odorare (i *s.* e) *V* adorare *Em1* 6 uel uidere *B* nostrae] n̄ *B* odorari∗*E* odorare *b* 7 nostrae *om. LDm1PVBE* necessitate naturali *VE* 8 quod *C* 9 sic *DPRVBE* sic̣ *C* *ante* est *exp.* non *C* 11 in potestate nostra *Cbd* 12 n̄ est uidere (n̄ *s.l.m3*) *E* naturam *DPRBCm1Em1* natura *Vm1* 14 ademtis *Lm1P* 15 loco (c *s. eras.* qu *m2*) *R* alico *V* inclaudat *V* inclaudat *E* 16 uel non possumus *exp. V* 19 obturatis *RCbd* obduratis (bd *ex* pt) *V* 20 serre *RE* grunitus *Dm1* 21 obturatio *RBbd* obduratio (bd *ex* pt) *V* 23 obturatio *Bbd* obduratio (bd *ex* pt) *V* 24 oderatu *L* quod] quid *V* (d *s.l.m2*), *DPRE* 25 n̄i̇si̇ parum quod dicit adtendit (nisi *in* n̄ne *corr. m. rec.*) *C* nonne parum attendit *Taurinensis I.V.5, bd* 26 odorare *b* posse—uel non odorari *in mg.Dm1* sed] so *D* sic̄ *B*

in libera uoluntate, 'odorari uel non odorari', cum inter odores graues et molestos quando constituti fuerimus, si quis nos illic manibus ligatis constituat, seruata prorsus integritate ac salute membrorum uelimus non odorari nec omnino possimus, quia cum spiritum ducere cogimur, simul et odorem quem nolumus trahimus.

XLVIII. 56. Sicut ergo istae similitudines falsae sunt, ita et illud propter quod eas uoluit adhibere. sequitur enim et dicit: *simili ergo modo de non peccandi possibilitate intellegendum est, quod non peccare nostrum sit, posse uero non peccare non nostrum.* si de integra et sana hominis natura loqueretur — quam modo non habemus; spe enim salui facti sumus; spes autem quae uidetur non est spes. si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus —, nec sic recte diceret, quod non peccare nostrum tantummodo sit, quamuis peccare nostrum esset; nam et tunc esset adiutorium dei et tamquam lumen sanis oculis, quo adiuti uideant, se praebere uolentibus. quia uero de hac uita disputat, ubi corpus quod corrumpitur adgrauat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, miror quo corde etiam sine adiutorio medicinae saluatoris nostri nostrum putet esse non peccare, posse uero non peccare naturae esse contendat, quam sic apparet esse uitiatam, ut hoc maioris uitii sit non uidere.

XLIX. 57. *Quia non peccare*, inquit, *nostrum est, possumus peccare et non peccare.* quid, si alius dicat: 'quia nolle infelicitatem nostrum est, possumus eam et uelle et nolle'? et tamen eam uelle omnino non possumus. quis enim ullo modo uelle esse possit infelix, etiamsi aliud uult ubi eum et nolentem infelicitas consequatur? deinde quia dei multo magis est non peccare, num audebimus eum dicere et peccare posse et non peccare? absit a nobis ut deum posse peccare dicamus! non enim, ut stulti putant, ideo

7 Pelagius 11 Rom. 8, 24. 25 17 Sap. 9, 15 23 Pelagius

1 odorare *b* (*bis*) 2 illic *ex* illa *Vm2Em1* 3 salutē *B* 4 odorare *LDm1 PVBEm1* 6 iste *L* 11 qui (e *s.* i) uidetur *Vm2* 13 et expectamus *L* 14 nostrum *om. D* 15 tunc (n *in ras.*) *R* ibi *cod. Taurinensis I.V.5, b* 16 quo*V* quoḍ *Em3* quod diuti *Cm1* praeberet *Vd* 17 disputet *VEm1* 18 agrauat *Lm1* 19 corda *Dm1B* 20 medicina *Dm1B* putat *B* 24 quia] qui *B* 25 et nolle et uelle *bd* 26 possit esse *Vp.c.* 27 aliut *Vm1* aliquid *codd. Vatic. 501. 655* 29 a *s. l. D* 30 peccare posse *bd*

non erit omnipotens, quia nec mori potest et negare se ipsum non potest. quid est ergo quod loquitur et quibus locutionum regulis conatur persuadere, quod non uult considerare? adhuc addit et dicit: *quia uero posse non peccare nostrum non est, et, si uoluerimus non posse non peccare, non possumus non posse non peccare.* intorte hoc dixit et ideo subobscure. sed ita posset dici planius: quia posse non peccare nostrum non est, seu uelimus seu nolimus, possumus non peccare. non enim ait: seu uelimus seu nolimus, non peccamus: sine dubio enim peccamus, si uolumus; sed tamen uelimus nolimus habere nos asserit non peccandi possibilitatem, quam naturae insitam dicit. sed de homine sanis pedibus tolerabiliter dici potest: uelit nolit habet ambulandi possibilitatem; confractis uero, et si uelit, non habet. uitiata est natura de qua loquitur — quid superbit terra et cinis? —, uitiata est, medicum implorat: saluum me fac, domine, clamat; sana animam meam clamat. quid intercludit has uoces, ut defendendo quasi praesentem possibilitatem futuram inpediat sanitatem?

L. 58. Et uidete quid adiungat, unde illud confirmare existimat: *quia nulla*, inquit, *adimere uoluntas potest, quod inseparabiliter insitum probatur esse naturae.* unde ergo illa uox: ut non quae uultis faciatis? unde etiam illa: non enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago? ubi est possibilitas, quae inseparabiliter insita probatur esse naturae? ecce homines non ea quae uolunt faciunt. et de non peccando utique agebat, non de uolando, quia homines non alites erant. ecce homo quod uult bonum non agit, sed quod non uult malum, hoc agit; uelle illi adiacet, perficere autem bonum non

1 II Tim. 2, 13 4 Pelagius 14 Eccli. 10, 9 15 Ps. 11, 2 16 Ps. 40, 5 20 Pelagius 21 Gal. 5, 17 22 Rom. 7, 19. 15 28 cf. Rom. 7, 18

1 negari *RVCm1* 3 loquutionum *LP* 4 nostrum—*lin. 5* peccare *in mg. Lm2Vm2* 5 non *ante pr.* posse *om.C* 6 intorte (te *s. ras.*) *R*, *in mg. Vm3* sed—*lin. 8* peccare *om.C* dicere *DRB* 7 non *alt. om.V* est *in ras. R* 8 nolimus (i *ex* u) *V* nolumus *B* 9 nolimus (i *ex* u) *L* 10 uolimus *B* 12 tollerabiliter *VEm1* 19 confirmari *VCp.c.,d* 22 *post* uultis *add.* illa *DRBCbd* unde—nature *in mg. E* 23 quod (d *add. m2*) *V* 24 quam *L* insita *om. LDm1PVm1BE* 25 uolunt *m1 ex* uult *D* 27 alit̄ *B* 28 hoc *s. exp.* non *Lm2*

adiacet. ubi est possibilitas, quae inseparabiliter insita probatur esse naturae? quemlibet enim in se transfiguret, si de se ipso ista non dicit apostolus, hominem certe in se transfigurat. ab isto autem ipsa humana natura inseparabilem nihil peccandi possibilitatem habere defenditur. sed his uerbis id agitur etiam a nesciente qui loquitur, non autem nesciente illo qui haec loquenda incautis etiam deum timentibus suggeret, ut euacuetur Christi gratia humana sibi ad iustitiam suam quasi sufficiente natura.

LI. 59. Vt autem declinetur inuidia, qua Christiani pro salute sua clamant et dicunt: 'quare sine adiutorio gratiae dei dicis hominem posse non peccare?' *ipsa*, inquit, *non peccandi possibilitas non tam in arbitrii potestate quam in naturae necessitate est. quicquid in naturae necessitate positum est, ad naturae pertinere non dubitatur auctorem, utique deum. quomodo ergo*, inquit, *absque dei gratia dici existimatur, quod ad deum proprie pertinere monstratur?* expressa est sententia quae latebat, non est quemadmodum possit abscondi. ideo dei gratiae tribuit non peccandi possibilitatem, quia eius naturae deus auctor est, cui possibilitatem non peccandi inseparabiliter insitam dicit. cum uult ergo, faciat; quia non uult, non facit. ubi enim est inseparabilis possibilitas, ei accidere non potest uoluntatis infirmitas uel potius uoluntatis adiacentia et perfectionis indigentia. si ergo ita est, unde uenit: u e l l e a d i a c e t, p e r f i c e r e a u t e m b o n u m n o n a d i a c e t? si enim iste qui hunc librum scripsit de illa hominis natura loqueretur, quae primo inculpata et salua condita est, utcumque acceptaretur hoc dictum; quamquam inseparabilem habere possibilitatem, id est, ut ita dicam, inamissibilem, non debuit illa

2 cf. II. Cor. 11, 13—15 11 Pelagius 23 Rom. 7, 18

1 insita *om. LDm1PVBE* 2 si**L* si (i *ex* e) *V* se *s.l. Dm2* set *E* 3 non *s.l. D* hominē (nē *s.l.m1*) *D* transfiguret *Rm1* autem *m2 s. eras.* enim *D* enim *B* 4 ipsa] ista *VEm1* 5 de his *V* a nesciente (*in mg.* ał an sciente) *b* nescientem *L* non sciente (*in mg. m2* nesciente) *V* 6 nesciente**L* 7 suggerit *Dm2RVm2CEm2d* suggereret *P* xpi (*s. l. m1* crux *om.* gratia) *C* 8 sufficiente (nte *s. ras.*) *Lm2Dm1* 12 quidquid *VPm1Em1* 13 auctore *Dm1* 14 utique] itaque *B* 17 gratia et tribuit *L* 18 auctor ē *m2 ex* auctorem *L* inseparibiliter *V* 19 uul *B* facit *Vd* 21 potius *V* 25 prima *B* salua] sana *Taurin. d* ut quicumque *B* 26 acceptaretur *in mg. Vm3* inseparabilitatem *b* abere *L* 27 ut ita] uitiata *B* inammisibilem *V*

natura dici, quae uitiari posset, et medicum quaerere, qui caeci oculos sanaret et uidendi possibilitatem restitueret, quae fuerat amissa per caecitatem, quoniam caecus puto quod uelit uidere, sed non potest; si autem mult et non potest, inest uoluntas, sed amissa est possibilitas.

LII. 60. Adhuc uidete quas moles conetur, qua suam sententiam ducat, inrumpere, si ualeret. obicit enim sibi quaestionem dicens: *sed caro nobis secundum apostolum contraria est, inquies.* deinde respondet: *qui fieri potest, ut cuicumque baptizato sit caro contraria, cum secundum eundem apostolum in carne non esse intellegatur? ita enim ait: uos autem in carne non estis.* bene, quod baptizatis dicit carnem contrariam esse non posse; quod utrum uerum sit post uidebimus. nunc uero quia non potuit penitus se obliuisci esse Christianum, sed id licet tenuiter recordatus est, recessit a defensione naturae. ubi est ergo inseparabilitas possibilitatis? an forte nondum baptizati in natura hominum non sunt? hic prorsus, hic posset uigilare et, si aduertat, potest. *qui fieri potest,* inquit, *ut cuicumque baptizato sit caro contraria?* ergo non baptizatis potest caro esse contraria. exponat quemadmodum, cum sit etiam in ipsis illa ab eo multum defensa natura. certe uel in eis concedit esse uitiatam, si iam in baptizatis ille saucius sanus de stabulo egressus est, aut sanus in stabulo est, quo eum curandum misericors Samaritanus aduexit. porro si uel istis concedit carnem esse contrariam, dicat quid contigerit, cum sit utrumque, hoc est et caro et spiritus, creatura unius eiusdemque creatoris procul dubio bona, quia boni, nisi quia hoc est uitium, quod propria inflictum est uoluntate; et hoc ut in natura sanetur, eo ipso opus est saluatore, quo instituta est natura creatore. hoc saluatore eaque illius medicina, qua uerbum caro factum est, ut habitaret in nobis, si opus esse fateamur paruis et magnis, id est a uagitibus

8. 24 cf. Gal. 5, 17 Pelagius 11 Rom. 8, 9 17 Pelagius 21 cf. Luc. 10, 30—35 29 cf. Ioh. 1, 14

1 *ante* oculos *eras.* oculos *L* 4 ammissa *V* 6 qua] quam *V* 9 qui] quomodo *V* (*in mg. m2* qui), *RCm2Em1b* 11 in carne *s.l. D* 13 uerum *bis E* 15 possibilitatis *in mg. Lm2*, ti *s.l. V* 17 euigilare *d* qui] quomodo *in textu V*, *Rm2* 26 nis *B* est] *add.* ut *B* 28 hoc] *add.* est *V Rm2* 29 quia *B* habitet *b* 30 set *E*

infantum usque canos senum, tota quae inter nos est huius quaestionis controuersia dissoluta est.

LIII. 61. Nunc iam uideamus, utrum et baptizatis legatur caro esse contraria. ubi quaero, quibus dicebat apostolus: caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem; haec enim inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis faciatis. ad Galatas, ut opinor, id scripsit, quibus dicit: qui ergo tribuit uobis spiritum et uirtutes operatur in uobis, ex operibus legis an ex auditu fidei? unde apparet eum Christianis loqui et quibus deus tribuerat spiritum, ergo etiam baptizatis. ecce et baptizatis caro inuenitur esse contraria et non adesse possibilitas illa, quam inseparabiliter insitam dicit esse naturae. ubi est quod ait: *qui fieri potest ut cuicumque baptizato sit caro contraria?* quomodolibet intellegat carnem, quia reuera non natura eius, quae bona est, sed uitia carnalia carnis hoc loco nomine nuncupantur, ecce tamen etiam baptizatis caro contraria est. et quomodo contraria? ut non quod uolunt faciant. ecce adest uoluntas in homine; ubi est possibilitas illa naturae? fateamur gratiam necessariam, clamemus: miser ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? et respondeatur nobis: gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

62. Quando enim istis rectissime dicitur: 'quare sine adiutorio gratiae dei dicitis hominem posse esse sine peccato'? non tunc de illa gratia quaestio est, qua est homo conditus, sed de ista, qua fit saluus per Iesum Christum dominum nostrum. fideles enim orantes dicunt: ne nos inferas in temptationem, sed

4 Gal. 5, 17 8 Gal. 3, 5 14 Pelagius 20 Rom. 7, 24. 25 28 Matth. 6, 13

1 usque ad *Dm2RCm2bd* 2 contrauersia *B* desoluta *Vm1E* 5 sp∗s *V* 6 enim *om. B* 7 ea *s. l. Dm1, om. B* *ante* faciatis *exp.* illa *V* 8 galathas *Vm2* 13 adesse (ad *s.l.*) *D* inseparabiter *R* 14 qui] quomodo *in textu V, Rm2Em1* baptizato∗ (to *ex* tus) *VE* 15 contraria (ria *s. l. m1*) *D* 17 noncupantur *Vm1Em1* babtizatis *P* 18 ut] aut *B* uolunt *m2 ex* uult *D* faciunt *Cm1* 19 illa (a *ex* e) *D* 21 liberauit *VCm1E* 22 respondea∗tur *V* respondetur *b* 25 gratia *b* dei *s.l. Dm1* posse *om. Vm1* 26 *alt.* qua (a *m2 ex* ę) *R* 28 temptationem *P*

libera nos a malo. si adest possibilitas ut quid orant? aut a quo malo se liberari orant nisi maxime de corpore mortis huius, unde non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum? non utique de substantia corporis, quae bona est, sed de uitiis carnalibus, unde non liberatur homo sine gratia saluatoris nec quando per mortem corporis discedit a corpore. et hoc ut diceret apostolus, quid supra dixerat? uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. ecce quod uitium naturae humanae inoboedientia uoluntatis inflixit. orare sinatur, ut sanetur. quid tantum de naturae possibilitate praesumitur? uulnerata, sauciata, uexata, perdita est: uera confessione, non falsa defensione opus habet. gratia ergo dei, non qua instituatur, sed qua restituatur, quaeratur; quae ab isto sola clamatur non esse necessaria, cum tacetur. qui si omnino nihil de gratia dei diceret nec eam quaestionem soluendam sibi proponeret, ut a se de hac re inuidiam remoueret, posset putari hoc quidem sentire, quod ueritas habet, sed non dixisse, quia non ubique omnia dicenda sunt. proposuit de gratia quaestionem, id respondit quod habebat in corde; definita quaestio est, non quam uolebamus, sed ubi quid sentiret dubitabamus.

LIV. 63. Deinde multis uerbis apostoli conatur ostendere, unde non est controuersia, 'quod caro ab illo ita saepe nominetur, ut uelit intellegi non substantiam, sed opera carnis'. quid hoc ad rem? uitia carnis contraria sunt uoluntati hominis; non natura accusatur, sed uitiis medicus quaeritur. quid est quod interrogat: *quis fecit homini spiritum?* et respondet sibi: *sine dubio deus.* et item interrogat: *carnem quis creauit?* itemque respondet: *idem. credo, deus.* interrogat tertio: *bonus est qui utrumque creauit deus?*

2 Rom. 7, 24. 25 7 Rom. 7, 23 24. 28 Pelagius

1 molo *E* 2 mortis *om. B* 5 de uitiis *ex* diuitiis *R* carnilibus *Dm1* 6 discẹndit (*pr.* i *ex* e) *V* 7 dixerit *B* 8 meis *s. l. Vm2E* 10 legi *B* 13 uulnerata (ta *s.l.*) *D* confessione (ne *s.l.*) *D* 16 tace∗tur *E* nichil *B* (*semper*) 18 a se *eras. V* hoc (c *s.l.*) *R* 20 respondet *b* 21 uolebamus (*in mg. m2* uolebā) *V* 23 apostili *V* 25 intellegi∗*V* intelligi *B* 27 quis (s *s. eras.* d) *D* 28 hominis *Cm2* 29 iterū (*s.l.m2* ł item) *V* respondit (e *s.* i *m1*) *V* idem *om. V, s. l. E* item *C*

respondet: *nulli dubium est.* adhuc interrogat: *et utrumque quod bonus auctor creauit, bonum est?* et ad hoc respondet: *confitendum est.* deinde concludit: *si igitur et spiritus bonus et caro bona ut a bono auctore condita, qui fieri potest, ut duo bona possint sibi esse contraria?* omitto dicere quia tota huius ratiocinatio turbaretur, si quis ab eo quaereret: 'aestus et frigus quis fecit?' responderet enim sine dubio: 'deus'. non ego multa interrogo, ipse concludat, utrum aut ista possint dici non bona aut non appareant inter se esse contraria. hic forte dicit: *qualitates sunt istae substantiarum, non substantiae.* ita est, uerum est, sed qualitates naturales et ad dei creaturam sine dubio pertinentes; substantiae quippe non per se ipsas, sed per suas qualitates, sicut aqua et ignis, dicuntur sibi esse contrariae. quid, si ita sunt caro et spiritus? quod quidem non affirmamus, sed ut ratiocinationem eius non necessaria inlatione conclusam ostenderemus, hoc diximus. possunt enim et contraria non inuicem aduersari, sed ex alterutro temperari et bonam ualitudinem reddere, sicut in corpore siccitas et humiditas, frigus, calor, quorum omnium temperatione bona corporalis ualitudo consistit. sed quod contraria est caro spiritui, ut non ea quae uolumus faciamus, uitium est, non natura. gratia medicinalis quaeratur et controuersia finiatur.

64. Duo quippe ista bona a bono deo condita quomodo contra huius ratiocinationem in non baptizatis hominibus possunt sibi esse contraria? an et hoc cum dixisse paenitebit, quod affectu aliquo fidei christianae locutus est? cum enim dixit: *qui fieri potest, ut cuicumque iam baptizato sit caro contraria*, significauit non baptizatis carnem posse esse contrariam. nam cur addidit *iam baptizato*, cum posset etiam hoc non addito dicere: 'qui fieri potest, ut cuicumque sit caro contraria' atque ad hoc probandum subicere illam ratiocinationem suam, quia utrumque bonum est a bono conditum et ideo

1—5. 9 Pelagius 24 Pelagius

1. 2 respondit (e *s.* i) *VB* 3 bonus] *add.* est *DRBCbd* 4 ut] et *VEm1* qui] quomodo *in textu V*, *Rm2Em1* (*ita VRE semper*) 5 ratiocinio *Dm1B* ratiotinatio *V* (*passim*) 6 aestūs *V* aestum *Rbd* qui *LDm1PVBE* responderet (*alt.* re *s. l.*) *D* 8 *pr.* non *om. b* apareant *Dm1* 13 contraria∗*V* contraria *R* quid (i *ex* o) *V* ista *B* 15 possˉ∗*V* pos∗sunt *R* possę (unt *s.* ę *m3*) *E* haec *s. exp.* et *Em3* 16 alterutrum *VEm1* ualetudinem *Pm1Em1* 17 humiditas (h *s. l. m1*) *P* et calor *PRCEm2d*, *D* (et *s. l.*) 18 ualetudo *Pm1VEm2* 22 ratiotiationem *B* 24 loquutus *LDm1P*

non potest inter se esse contrarium? si ergo non baptizati, quibus certe fatetur carnem esse contrariam, suis illum interrogationibus urgeant et dicant: 'quis fecit homini spiritum?' iste respondebit: 'deus'. itemque illi: 'carnem quis creauit?' respondet iste: 'idem, credo, deus'. illi tertio: 'bonus est qui utrumque creauit deus?' et iste: 'nulli dubium est'. atque illi unum quod restat inquirunt: 'et utrumque quod bonus auctor creauit bonum est?' iste fatebitur. tunc illi eum suo gladio iugulabunt inferentes conclusionem eius et dicentes: 'si igitur spiritus bonus et caro bona ut a bono auctore condita, qui fieri potest, ut duo bona sibi possint esse contraria?' hic forte ille respondebit: 'date ueniam, quia non debui dicere cuicumque baptizato carnem non posse esse contrariam, ut hoc modo uobis non baptizatis contrariam confiterer, sed sine ulla exceptione dicere debui carnem nulli esse contrariam'. ecce quo se ipse conpingit, ecce quae loquitur, qui non uult clamare cum apostolo: quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. *sed cur*, inquit, *clamem ium baptizatus in Christo? illi hoc clament, qui nondum tale beneficium perceperunt, quorum in se uoces figurabat apostolus; si tamen uel hoc dicunt.* sed naturae ista defensio nec illis hac uoce exclamare permittit. neque enim in baptizatis natura est et in non baptizatis natura non est. aut si uel in illis uitiata esse conceditur, ut non sine causa clament: infelix homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? eisque subueniatur in eo quod sequitur: gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, concedatur iam tandem aliquando humanam medico Christo indigere naturam.

LV. 65. Quaero autem, ubi natura istam perdiderit libertatem, quam sibi dari exoptat, cum dicit: quis me liberabit?

3 cf. pag. 279, 28 15. 23. 29 Rom. 7, 24. 25 17 Pelagius

1 intra *R* baptizatis *VE* quibus *s.l.Vm2E* 3 hominis *codd., sed cf. p. 279, 28* ita *V* 4 illic *B* quis *s. l. Vm2* 5 bonus] ds bonus *V*, *E exp.* ds deus *eras. V* 6 inquirant *Lm2Vm2Cm2bd* 8 iugulabant (u *s. alt.* a *m1*) *D* 9 bonus spiritus *B* et (e *in ras.*) *V* bono *V* (o *fin. ex* a), *Em3* 10 possent *R* illi *PRm1Em1* 14 se *s.l.Vm1* 15 quae] qui (ę *s.* i) *Vm2Em1* liberauit *Vm1* libabit *B* 18 illi (i *fin. in ras.*) *V* hoc (c *in ras.*) *V* clamen *Lm1* 19 figurabant *VE* 20 illos *D* (o s. i), *PRVBCEbd* 22 aut *D* at *RVm1CE* uita *B* 24 liberauit *Vm1b* 28 quaeuero *R* quae**ro *E* istam *Dm2Rm1CE* ista *cet., cf. 282, 8* 29 quis—dicit *in mg. Dm1* liberabit de corpore mortis huius *b*

non enim et ille substantiam carnis accusat, cum dicit liberari se cupere de corpore mortis huius, cum etiam corporis sicut animae natura deo bono auctori tribuenda sit, sed utique de uitiis corporis dicit. nam de corpore mors corporis separat; sed contracta ex illo uitia cohaerent, quibus iusta poena debetur, quam etiam in inferno ille dives inuenit. hinc se non poterat utique liberare qui dicit: quis me liberabit de corpore mortis huius? ubicumque autem istam perdiderit libertatem, certe inseparabilis est possibilitas illa naturae, habet posse per naturale subsidium, habet uelle per liberum arbitrium; cur quaerit baptismatis sacramentum? an propter commissa praeterita, ut ea tantum ignoscantur, quae fieri infecta non possunt? dimitte hominem, clamet quod clamabat. non enim tantum desiderat, ut per indulgentiam sit de praeteritis inpunitus, sed etiam ut sit de cetero ad non peccandum fortis et ualidus. condelectatur enim legi dei secundum interiorem hominem, uidet autem aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae; uidet esse, non recolit fuisse; praesentibus urgetur, non praeterita reminiscitur. nec tantum repugnantem uidet, uerum etiam captiuantem se in lege peccati, quae est in membris eius, non quae fuit. hinc est quod clamat: infelix homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? sinatur orare, sinatur adiutorium medici potentissimi flagitare. quid contradicitur? quid obstrepitur? quid miser misericordiam Christi petere prohibetur et hoc a Christianis? nam et illi cum Christo ambulabant, qui caecum lumen clamando petere prohibebant; sed etiam inter tumultum contradicentium audit ille clamantem. unde huic responsum est: gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.

6 cf. Luc. 16, 22—26 7 Rom. 7, 24 15 cf. Rom. 7, 22. 23 20 Rom. 7, 24
25 cf. Marc. 10, 46—52 27 Rom. 7, 25

1 substantia *B* se cupere] secū**** *Pm2* 3 bona *DRBCE* auctori* *R* 4 nã**ex* non *V* mors (s *in ras.*) *V* 7 quiș dicit *B* liberauit *E* 9 inseparabilis (i *med. s. 2 eras. litt.*) *R* natura *Vm1* 12 dimitte (i *pr. ex* e) *V* 17 legi (i *ex* e) *V* legem *E* 18 urgȩtur *D* 19 se] sed *V* 20 eius] suis *B* infelix (x *in ras. m2*) *R* 21 liberauit *Dm1VCm1E* 22 sinatur (i *ex* a) *R* *ante* orare *m2* a *ins. P* 23 flagitari *b* quod obstrepitur *V* miser *om. B* 24 a *om. Vm1* christianis (i *fin. ex* u) *V* 25 illo *B* caecos *LDm1PVBEb* 26 contradicentū *Dm1BE* 28 nostrum *om. Rm1*

66. Porro si ab istis uel hoc impetramus, ut nondum baptizati implorent auxilium gratiae saluatoris, non est hoc quidem parum aduersus illam falsam defensionem tamquam sibi sufficientis naturae et potestatis liberi arbitrii; neque enim sibi sufficit qui dicit: i n f e l i x h o m o! q u i s m e l i b e r a b i t? aut plenam libertatem habere dicendus est, qui se adhuc postulat liberari.

LVI. Verum tamen etiam illud uideamus, utrum illi qui baptizati sunt faciant bona quae uolunt nulla carnis concupiscentia repugnante. sed quid hinc dicamus, ipse commemorat, ubi concludens hunc locum: *ut diximus*, inquit, *illud quo continetur: c a r o c o n c u p i s c i t a d u e r s u s s p i r i t u m, non de carnis substantia, sed de operibus sentire necesse est.* hoc et nos dicimus non de carnis substantia, sed de operibus dictum, quae ueniunt de carnali concupiscentia, de peccato scilicet, de quo praecipit ut non regnet in nostro mortali corpore ad oboediendum desideriis eius.

LVII. 67. Sed adtendat etiam ipse iam baptizatis fuisse dictum: c a r o c o n c u p i s c i t a d u e r s u s s p i r i t u m e t s p i r i t u s a d u e r s u s c a r n e m, u t n o n e a q u a e u u l t i s f a c i a t i s. et ne ab ipsa pugna desides faceret et per hanc sententiam laxamentum peccandi dedisse uideretur, adiungit: q u o d s i s p i r i t u d u c i m i n i, n o n a d h u c e s t i s s u b l e g e. sub lege est enim, qui timore supplicii quod leximinatur, non amore iustitiae se sentit abstinere ab opere peccati, nondum liber nec alienus a uoluntate peccandi. in ipsa enim uoluntate reus est, qua mallet, si fieri posset, non esse quod timeat ,ut libere faciat quod occulte desiderat. ergo s i s p i r i t u, inquit, d u c i m i n i, n o n a d h u c e s t i s s u b l e g e, utique lege, quae timorem incutit, non tribuit caritatem, quae caritas dei diffusa est in cordibus nostris non per

5 Rom. 7, 24 10 Pelagius Gal. 5, 17 14 cf. Rom. 6, 12 17 Gal. 5, 17 20. 26 Gal. 5, 18 28 cf. Rom. 5, 5

1 inperamus *D* 4 potestis *B* libiri *B* liberȩari *E* 5 infelix] *add.* ego *b* 8 ficiant *V* 9 qui *Vm1* 10 quod *LDm1B* 11 aduersus (sus *s. l. m2*) *V* 13 carnali] carnis (*in mg.* al carnali) *b* 14 praecipit (*pr.* i *ex* e) *Dm2V* precepit *RCEbd* 16 Sed] Nec *b* attendit *b* 19 ab ipsa] absa *B* 21 estis adhuc *V* 24 peccanti *Rm1* quaṃ *L* 27 utique legem *B* 28 non—sanctum *Rm1 in textu*, n̄ per legē litterę sed per legē̄ sps sci *in mg. Rm2* non per legē (*in mg. m2* per legis) litterę sed per legē̄ spm scm *V*

legis litteram, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. haec est lex libertatis, non seruitutis, quia caritatis utique, non timoris, de qua et Iacobus apostolus ait: q u i a u t e m p e r s p e x e r i t i n l e g e m p e r f e c t a m l i b e r t a t i s. unde et ille non quidem iam lege dei terrebatur ut seruus, sed condelectabatur ei secundum interiorem hominem; uidet tamen adhuc aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae. ita et hic: s i s p i r i t u, inquit, d u c i m i n i, n o n a d h u c e s t i s s u b l e g e. in quantum quisque spiritu ducitur, non est sub lege, quia in quantum condelectatur legi dei, non est sub legis timore, quia timor tormentum habet, non delectationem.

LVIII. 68. Proinde si recte sentimus, sicut pro membris sanatis gratias agere ita pro sanandis orare debemus, ut absolutissima cui nihil addi possit sanitate, perfecta dei suauitate, plena libertate perfruamur. non enim abnuimus humanam naturam posse esse sine peccato aut ullo modo negare debemus perfici posse, quam proficere non negamus, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum; eo adiuuante fieri dicimus, ut iusta et beata sit, a quo creata est ut sit. facile itaque refellitur, quod a quibusdam sibi dicit opponi: 'diabolus nobis aduersatur'. prorsus huic obiectioni eadem uerba respondemus, quae ipse respondit: *resistamus illi, et fugiet.* *r e s i s t i t e, inquit beatus apostolus, d i a b o l o, e t f u g i e t a u o b i s. unde animaduertendum quid possit his nocere quos fugit uel quam uirtutem habere intellegendus sit, qui solis praeualere non resistentibus potest.* haec et mea uerba sunt; uerius enim dici non potest. sed hoc interest inter nos et istos, quod nos etiam cum diabolo resistitur poscendum dei adiutorium non solum non negamus, uerum etiam praedicamus, isti autem tantam uoluntati tribuunt potestatem, ut pietati auferant orationem. nam utique

3 Iac. 1, 25 5 cf. Rom. 7, 22. 23 7 Gal. 5, 18 11 cf. I Ioh. 4, 18
17 cf. Rom. 7, 25 20. 21 Pelagius 21 Iac. 4, 7

1 per l̤eg ē s̄p̄s s̄c̤i (*in mg. m1* per s̄p̄m s̄c̄m) *E* qui dat. est nob. *in mg. VE* 2 quia—timoris *in mg. Vm2Em1* 7 ita—lege *in mg. Vm2Em1* spu*L 10 legi (i *ex* e *m2*) *R* 13 absolutissima (b *s.l.m1*) *LD* asolutissima *B* 15 abnuamus *Vm1E* 18 eo] ergo (r *s.* g *m2*) *L* aiuuante *L* 20 opponi*V* abiectioni *R* 21 et eadem *Vbd*, et *exp. E* respondemus (i *s. alt.* e *m1*) *V* 23 animaduertendum] *add.* est *DRBCbd*, est *s. l. E* 24 solis (i *ex* u) *D* solus *RB* 25 ḥaec et uerba mea sunt uerius enim dici non potest (*in mg. m2* hoc n̄ habet in . . .) *V* uerba mea *VE* 27 diabulo *Dm1* resistimus *b* 28 tantam trib. pot. uol. *bd*

ut diabolo resistamus et fugiat a nobis, ideo precantes dicimus: n e n ò s i n f e r a s i n t e m p t a t i o n e m; ideo et admoniti sumus tamquam ab imperatore milites exhortante et dicente: u i g i l a t e e t o r a t e, n e i n t r e t i s i n t e m p- 5 t a t i o n e m.

LIX. 69. Quod uero contra eos disputat, qui dicunt: 'et quis nolit sine peccato esse, si hoc in hominis esset positum potestate?' recte quidem disputat 'hoc ipso eos confiteri non esse inpossibile, quia hoc uel multi uel omnes uolunt'; sed hoc unde sit possibile con- 10 fiteatur, et pax est. ipsa est enim gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, qua omnino iste nos orantes adiuuari, ut non peccemus, nusquam dicere uoluit. quod si forte latenter sentit, ignoscat aliter suspicantibus. ipse enim hoc facit, qui cum tantam de hac re patiatur inuidiam, sentire id uult et confiteri uel profiteri 15 non uult. quid erat magnum ut hoc diceret, cum praesertim sibi hoc tamquam ex persona aduersariorum oppositum tractare et aperire susceperit? cur illic solam naturam defendere uoluit et quia ita homo creatus est, ut non peccare posset, si peccare noluisset, asseruit ac per hoc quod ita creatus est eam possibili- 20 tatem ad gratiam dei pertinere definiuit, qua possibilitate, si noluerit peccare, non peccat, et noluit aliquid dicere de eo, quod ipsa natura gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum uel sanatur, quia uitiata est, uel quia sibi non sufficit adiuuatur?

LX. 70. Vtrum enim in hoc saeculo fuerit uel sit uel possit esse 25 aliquis ita iuste uiuens, ut nullum habeat omnino peccatum, potest esse aliqua quaestio inter ueros piosque Christianos; posse tamen esse certe post hanc uitam quisquis ambigit desipit. sed ego nec de ista uita uolo contendere. quamquam enim mihi non uideatur aliter intellegendum quod scriptum est: n o n i u s t i f i c a b i t u r i n 30 c o n s p e c t u t u o o m n i s u i u e n s et si qua similia, tamen utinam possit ostendi uel haec testimonia melius aliter intellegi posse uel perfectam plenamque iustitiam, cui prorsus nihil addendum

1 Matth. 6, 13 4 Marc. 14, 38 8 Pelagius 29 Ps. 142, 2

1 diabulo *Dm1* 2 etiam moniti (*in mg. m2* et admoniti) *V* et iam mon. *E* 3 exortante *RBE* 4 orate (e *in ras.*) *V* temtationem *P* 7 noluit *K* 8 ipsū *Vm2* 11 ut non peccemus *s.l.Vm2Em2* 14 re *om.Rm1* 18 homo ita *bd* 21 noluit] noluerit *b* aliquid *ex* aquit *Rm1* 26 posset *E* 28 uideatur (a *ex* n) *V* 30 tamen utinam] ut (utinam *d*) tamen *bd* 32 ꝑ dṭendum (d *s.* ṭ *m1*) *R*

sit. et heri fuisse in aliquo, dum in isto corpore uiueret, et hodie esse et cras futuram, dum tamen longe plures sint, qui cum sibi usque ad ultimum uitae huius diem necessarium esse non dubitent, ut ueraciter dicant: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a, s i c u t e t n o s d i m i t t i m u s d e b i t o r i b u s n o s t r i s, spem suam tamen in Christo atque in eius promissionibus ueram, certam, firmam esse confidant! nullo tamen modo nisi adiuuante gratia saluatoris Christi crucifixi et dono spiritus eius uel quoslibet ad plenissimam perfectionem uel quemquam ad qualemcumque prouectum uerae piaeque iustitiae peruenire qui negauerit, nescio utrum recte possit in qualiumcumque Christianorum numero deputari.

LXI. 71. Ac per hoc et ea testimonia, quae non quidem de scripturis canonicis, sed de quibusdam catholicorum tractatorum opusculis posuit uolens occurrere his qui eum solum dicerent ista defendere, ita sunt media, ut neque contra nostram sententiam sint neque contra ipsius. in quibus nonnihil etiam de libris meis interponere uoluit me quoque aliquem deputans, qui cum illis commemorari dignus uiderer. unde ingratus esse non debeo et familiariore affectu nolo ut erret, qui hunc mihi detulit honorem. prima enim quae posuit, quia nomen eius qui ea dixit non ibi legi, siue quia ille non scripsit siue quia codex quem misistis id aliqua forte mendositate non habuit pertractare quid opus est? maxime quoniam me in huiusmodi quorumlibet hominum scriptis liberum — quia solis canonicis debeo sine ulla recusatione consensum — nonnihil mouet quod de illius scriptis, cuius nomen non ibi inueni, ille posuit: *o p o r t u i t m a g i s t r u m d o c t o r e m q u e u i r t u t i s h o m i n i s i m i l l i m u m f i e r i, u t u i n c e n d o p e c c a t u m d o c e a t h o m i n e m u i n c e r e p o s s e p e c c a t u m.* quomodo enim dictum sit, auctor huius sententiae uiderit

4 Matth. 6, 12 26 Pelagius oportuit—peccatum] cf. F. Lactantii Diu. instit. IV 24 (CSEL XIX 373, 17 ed. S. Brandt)

1 eri *V* uel heri *b* dum] cū *V* odie *L* 7 adiuuande (t *s.* d *m1*) *R* 9 quemquam (e *ex* a) *VEm2* 10 negauerint *Dm2RCEbd* negauerint *V* 11 possint *Dm2RCEbd* possint *V* qualicumque *R* 12 et] ut *LDm1PVBEm1* 13 tractatoriam (ū *s.* i *m1*) *E* 14 iis *d* 16 etiam nonnihil *bd* 19 nolim *DRVCEd* et qui *V* 20 *fin.* quia (i *s.l.*) *VE* illa (*in mg.* al. ille) *b* 21 missistis *E* 23 quia (ia *in ras.*) *V*, *ex* quem *E* qu∗ā *Rm2* 24 nonnihil *V* nihil *d* 26 posui (*in mg. m2* posuit) *V* oportet *Lact.* uirtutum *b* 28 uincere] uinci ab eo *Lact.* 29 ductum *V*

qualiter possit exponere, dum tamen nos minime dubitemus peccatum Christum non in se habuisse quod uinceret, qui natus est in similitudinem carnis peccati, non in carne peccati. aliud eiusdem ita posuit: *et iterum: ut desideriis carnis edomitis doceret non necessitatis esse peccare, sed propositi ac uoluntatis.* ego desideria carnis, si non inlicitarum concupiscentiarum hic dicuntur, accipio, sicuti est fames, sitis, refectio lassitudinis et si quid huiusmodi est. per haec enim quidam, quamuis ea sint inculpabilia, in culpas decidunt; quod ab illo saluatore afuit, etiamsi haec in eo fuisse propter similitudinem carnis peccati euangelio teste uideamus.

LXII. 72. Beatus uero Hilarius, cuius haec uerba posuit: *non enim nisi spiritu perfecti et inmortalitate mutati, quod solis mundis corde dispositum est, hoc quod in deo est inmortale cernemus*, quod dixit contra id quod dicimus uel quid istum adiuuet nescio, nisi quia posse esse hominem mundo corde testatus est. quod quis negat? sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, non sola arbitrii libertate. item quod eum dixisse commemorat: *quas Iob litteras legerat ut abstineret se ab omni re maligna? quia deum sola mente uitiis non ammixta ueneratur. deum autem colere proprium iustitiae officium est*, quid fecisset Iob dicit, non quid in hoc saeculo

2 cf. II. Cor. 5, 21 cf. Rom. 8, 3 4 Pelagius ut desid.—uoluntatis] cf. F. Lactanti Diu. inst. IV 25 (CSEL XIX 377, 5) 14 Pelagius ex Hilarii Comm. in Matth. IV 7 (IX 933 M) 21 Pelagius ex Hilarii Tract. in Iob (frg. 2, cf. X 723 M) cf. Iob 1, 1

2 in se non *bd* 3 similitudine *Dbd* similitudinem *C* non—peccati *om. V Em1* 6 sed propriae uoluntatis (*in mg.* propositi ac uoluptatis) *b* 7 si non] siue *b* hinc *R* (n *s. l.*), *V* 8 re*fectio *R* lassitudines *Dm2RCm1Em3* 9 hoc *b* quidam *s. l. Vm2E* 10 abfuit *R* abfuit *E* (b *s. l.*), *Cd* 11 hoc *b* 12 testante *B* 13 ilarius *B* uerba haec (hic *b*, *in mg.* haec) *bd* 14 spm *V* 15 immutati *Hil.* 17 quiddixit *Dm2PRVBCEb,d* (dixerit) *ante* contra *exp.* que *E* 21 quasi *Rm1V* quasi oblitteras *B* legeret (a *s.* e) *Vm2* ut *om. Vm1* 23 admixta *Dm2Vm1C* amixta *Dm1B* uenerabatur *Cm2bd Hil.* 24 iust. propr. *bd Hil.* 25 quid (o *s.* i *m2*) *V* fecisse*V* dixit *bd* non quid] numquid *DRVBCE*

perfecisset aut sine gratia saluatoris, quem etiam prophetauit, uel fecisset uel perfecisset. abstinet enim se ab omni re mala etiam qui habet peccatum quod in se regnare non sinit, cui subrepit improbanda cogitatio, quam peruenire ad finem operis non permittit. sed aliud est non habere peccatum, aliud non oboedire desideriis eius; aliud est inplere quod praeceptum est: n o n c o n c u p i s c e s et aliud est per quendam abstinentiae conatum saltem id agere quod item scriptum est: p o s t c o n c u p i s c e n t i a s t u a s n o n e a s, nihil horum tamen scire se recte posse sine gratia saluatoris. facere est ergo iustitiam in uero dei cultu cum interno concupiscentiae malo interna conflictatione pugnare, perficere autem omnino aduersarium non habere. nam qui pugnat et adhuc periclitatur, et aliquando percutitur, etiamsi non sternitur; qui autem non habet aduersarium, plena pace laetatur. et ipse esse sine peccato uerissime dicitur, in quo nullum habitat peccatum. non qui per abstinentiam mali operis dicit: i a m n o n e g o o p e r o r i l l u d, s e d i d q u o d i n m e h a b i t a t p e c c a t u m.

73. Nam et ipse Iob de peccatis suis non tacet et utique huic amico nostro merito placet humilitatem nullo modo in falsitatis parte ponendam; unde id quod Iob confitetur, quia uerax dei cultor est, procul dubio ueraciter confitetur. et ipse Hilarius, cum locum psalmi exponeret, ubi scriptum est: ‘s p r e u i s t i o m n e s d i s c e d e n t e s a i u s t i f i c a t i o n i b u s t u i s‘, ait: s i e n i m p e c c a t o r e s d e u s s p e r n e r e t, o m n e s u t i q u e s p e r n e r e t, q u i a s i n e p e c c a t o n e m o e s t. s e d s p e r n i t d i s c e d e n t e s a s e, q u o s a p o s t a t a s u o c a t. uidetis quemadmodum non dixerit, quia sine peccato nemo

3. 5 cf. Rom. 6, 12 6 Ex. 20, 17 8 Eccli. 18, 30 17 Rom. 7, 20 20 cf. pag. 261, 12 21 cf. Iob 1, 1 23 Ps. 118, 118 24 si—uocat] cf. Hilarii Tract. in ps. CXVIII 15, 10 (CSEL XXII 493, 4) 27 cf. Iob 34, 18

1 aut] ut *VE* 2 abstinet*V* 3 abet *Rm1* 6 p̄cetum *Dm1* 8 saltim *DRBCEp.c.* 9 orum *Rm1B* 10 se] si *Rm1B* 12 conflictione *B* purgare *B* 14 ettam̄ *ex* etiam *V* si *om.V* 15 esse *om.b* 16 non] n̄**D* nam *BEm1* non (ū *s.* o) quid (d *s. l.*) *R* quiḍ *E* 20 uestro *bd* 21 ueras *V* (u *s.* a *m2*), x *s.* s *E* 22 cultor ē *m2 ex* cultorem *L* illarius *R* hylarius *B* 24 disce* dentes *V* iudiciis (*in mg.* iustificationibus) *b* 25 deus peccatores *bd* 26 est] sit *Hil.* 27 apostata *Vm1* uocat (*scil.* deus)] uocant *bd Hil.*

fuerit, tamquam de praeteritis loquens, sed quod sine peccato nemo sit. unde quidem, ut dixi, non contendo; quisquis enim non cedit Iohanni apostolo, qui nec ipse ait: s i d i x e r i m u s q u i a p e c c a t u m 'non habuimus', sed n o n h a b e m u s, episcopo Hilario quomodo cessurus est? pro gratia Christi clamo, sine qua nemo iustificatur, tamquam sufficiente naturae libero arbitrio. immo ipse pro ea clamat; ei cedatur dicenti: s i n e m e n i h i l p o t e s t i s f a c e r e.

LXIII. 74. Sanctus autem Ambrosius reuera in eo loco, quem iste commemorat, illis resistit qui dicunt hominem non esse posse sine peccato in hac uita. ut enim ea diceret, accepit occasionem de Zacharia et Elisabeth, quod in euangelio commemorati sunt ambulasse in omnibus iustificationibus legis sine querella. numquid tamen negat gratia dei fieri per Iesum Christum dominum nostrum? ex qua fide etiam ante eius passionem iustos uixisse non dubium est, qui praestat spiritum sanctum, per quem diffunditur caritas in cordibus nostris, qua una iusti sunt quicumque sunt iusti. quem spiritum memoratus episcopus etiam precibus impetrandum ammonet — ita illi uoluntas diuinitus non adiuta non sufficit —, ubi in ymno suo dicit:

u o t i s q u e p r a e s t a t s e d u l i s
s a n c t u m m e r e r i s p i r i t u m.

75. Commemorabo et ego de hoc ipso opere sancti Ambrosii aliquid, ex quo iste commemorauit quod commemorandum putauit: 'u i s u m e s t', i n q u i t, 'm i h i'. p o t e s t n o n s o l i u i s u m e s s e, q u o d u i s u m s i b i e s s e d e c l a r a t. n o n e n i m u o l u n t a t e t a n t u m h u m a n a u i s u m e s t, s e d

3 I Ioh. 1, 8 7 Ioh. 15, 5 9 cf. Ambros. Exp. euang. sec. Luc. I 17 (CSEL XXXII p. IV 21, 10—13) 12 cf. Luc. 1, 6 21 cf. Ambros. Hymn. III 7—8 (XVI 1473 M) 25 Luc. 1, 3 uisum—gratia est] cf. Ambros. Exp. euarg. sec. Luc. I 10 (CSEL XXXII p. IV 17, 7—16 et August. De dono perseu. 19, 49 (XLV 1024 M)

3 qui] quia (a *s. l. m2*) *P* 4 habẹmus (ui *s.* ẹ *m1*) *E* habuimus (u *in ras.*, i *s.l.*) *C* ẹlario (i *s.* ẹ) *E* hẹlario *B* 6 libere *LB* 10 non *om. Vm1B* 11 hac *om. Rm1* de zacharia (e *in ras.*, z *s. eras. litt.*) *R* 12 helisabeth *VEb* 13 qu*ere*la *D* quaereḷla *V* quẹrela *B* querela *Rm2CEm2* 16 sanctum] *add.* qui datus est nobis *s.l. Dm2RCE, exp. Vm2* 17 iusti sunt *bd* 18 admonet *Dm2Rbd* 20 hymno *PVE* 22 mereri (ri *s.l.m2*) *R* 24 commemorabit *Dm1B* putauiṭ *C* 25 non soli] noli *V* 27 humana (a *fin. ex* ū) *V*

sicut placuit ei, ‘qui in me‘, inquit, ‘loquitur Christus‘, qui ut id quod bonum est nobis quoque bonum uideri possit operatur; quem enim miseratur et uocat. et ideo qui Christum sequitur potest interrogatus cur esse uoluerit Christianus respondere: uisum est mihi. quod cum dicit, non negat deo uisum; ‘a deo‘ enim ‘praeparatur uoluntas hominum‘. ut enim deus honorificetur a sancto, dei gratia est. ecce quid iste sapiat, si uerbis Ambrosii delectatur, quod a deo praeparatur uoluntas hominum, et nulla uel non magna quaestio est, quis uel quando perficiatur, dum tamen sine Christi gratia id ipsum fieri posse minime dubitetur. deinde quantum erat, ut adtenderet iste unum uersum de Ambrosii uerbis quae posuit! cum enim ille dixisset: nam cum ecclesia ex gentibus, hoc est ex peccatoribus, congregata sit, quomodo ex maculatis inmaculata potest esse, nisi primo per Christi gratiam abluta delicto sit, deinde quod per qualitatem non peccandi abstineat a delictis? ille addidit, quod iste apparet cur addere noluerit. ait namque ille: nec ab initio inmaculata — humanae enim hoc inpossibile naturae —, sed per dei gratiam et qualitatem sui, quia iam non peccat, fit ut inmaculata uideatur. haec uerba iste cur non addiderit quis non intellegat? hoc agitur utique nunc in hoc saeculo, ut ad istam, quam omnes sancti cupiunt, inmaculatissimam puritatem ecclesia sancta perueniat, quae in futuro saeculo neque aliquo malorum hominum sibi permixto neque aliqua in se lege peccati resistente legi mentis ducat

1 II Cor. 13, 3 7 cf. Prou. 8, 35 15 nam cum — inmaculata uideatur] cf. Ambr. Exp. eu. sec. Luc. I 17 (CSEL XXXII p. IV 21, 17—22, 1) 29 cf. Rom. 7, 23

2 $\overline{\text{xps}}$ (*in mg. m2* ł $\overline{\text{sps}}$) *R* $\overline{\text{sps}}$ *V* $\overline{\text{spu}}$ (*in mg. m2* $\overline{\text{sps}}$) *E* 3 qui enim miseretur (*in mg.* quē enī miseratur) *b* 6 quod (*in mg. m2* ł qui) *R* quo *Vm1* qui *Em1* 7 dicitur *R* $\overline{\text{dm}}$ uisum *B* 10 si *om. VEm1* 12 gratia Christi *bd* 13 id (*in mg. m2* ł haud) *R* id *ex* ait *V*, *ex* hait *E* 18 Christi] dei *Ambros.* gratiam] *add.* quod *d Ambros.* a delicto *Ambros.* 21 ab *om. V* 22 immaculatę *L* 26 nunc] non *C* 28 maiorum *Em1* 29 permixto* (o *in ras.*) *V*, o *ex* um *E* resistentem *E*

mundissimam uitam in aeternitate diuina. tamen adtendat iste quid secundum scripturas Ambrosius episcopus dixerit: nec ab initio inmaculata; humanae enim hoc inpossibile naturae. utique enim 'ab initio' dicit, quo ex Adam nascimur. nam et ipse Adam inmaculatus procul dubio factus est; sed in eis, qui sunt natura filii irae ducentes ex illo quod uitiatum est in illo, ab initio esse inmaculatos humanae naturae inpossibile definiuit.

LXIV. 76. 'Item Iohannes Constantinopolitanus episcopus', cuius posuit sententiam, 'dicit peccatum non esse substantiam, sed actum malignum'. quis hoc negat? 'et quia non est naturale, ideo contra illud legem datam, et quod de arbitrii libertate descendit'. etiam hoc quis negat? sed non id agitur de humana natura quae in hac uita est; sed agitur de gratia dei, qua sanatur per medicum Christum, quo non indigeret, si sana esset, quae ab isto tamquam sana uel tamquam sibi sufficiente uoluntatis arbitrio posse non peccare defenditur.

77. Quis item Christianus ignorat, quod beatissimum Xystum Romanae ecclesiae episcopum et domini martyrem dixisse commemorat, 'quia libertatem arbitrii sui permisit hominibus deus, ut pure et sine peccato uiuentes similes fiant deo'? sed ad ipsum arbitrium pertinet uocantem audire et credere et ab eo in quem credit non peccandi adiutorium postulare. nam utique cum dicit 'similes fiant deo', per caritatem dei futuri sunt similes deo, quae diffusa est in cordibus nostris non naturae possibilitate nec libero arbitrio quod est in nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. et quod dicit idem martyr: templum sanctum est deo mens pura et altare optimum est ei cor

2 cf. Exp. euang. sec. Luc. I 17 6 cf. Eph. 2, 3 9 Pelagius ex Ioh. Constant. quodam tract., cf. Hieron. Epist. 133, 3 (XXII 1551 M) 20 Pelagius ex Xysti episcopi tract. (cf. etiam August. Retract.) 24 cf. Rom. 5, 5 27 Xysti episc. tract.

2 dixerit] scripserit *b* 3 *post* inposs. *add. s. l.* ē *Vm2* 7 in *s. l. Rm1* 9 episcopus *om. V, s. l. E* 11 maligna *Vm1Em1* 12 arbitrii (i *fin. m2 ex* o) *R* 13 non id] nunc *d* de—agitur *om. VEm1* 14 in hac uita] uitiata *d* sed agitur] agitur et *d* 16 sibi *s. l. Vm2* possit *LDm1PEm1* posse (e *in ras.*) *V* possi *B* 18 *V in mg. m2 adnotat:* Hoc in libro retractationū corrigit, q̄nm hęc n̄ xistus martyr xysti (*sic pro* x̄pi) sed quidā philosophus dixit Vide LXVIII capł xistum *LDRBC* sixtum *b* 22 quam *V* 23 adiutoriū (ū *s.* o) *R* 26 sc̄m *s. l. Vm2* 27 martyreṃ *P* sanctum *om. RC* ē *s. l. D*

mundum et sine peccato, quis nescit ad istam perfectionem perducendum cor mundum, dum interior homo renouatur de die in diem, non tamen sine gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum? item quod ait ipse: uir castus et sine peccato potestatem accepit a deo esse filius dei, utique ammonuit, ne cum quisque factus fuerit ita castus et sine peccato — quod ubi et quando in eo perficiatur nonnulla quaestio est, sed inter pios bene quaeritur, inter quos tamen constat fieri posse et sine mediatore dei et hominum homine Christo Iesu fieri non posse —, tamen, ut dicere coeperam, prudenter Xystus ammonuit, ne cum fuerit quisque talis factus et per hoc recte inter dei filios deputatus, putetur ipsius fuisse potestatis, quam per gratiam accepit a deo, cum eam non haberet in natura iam uitiata atque deprauata, sicut in euangelio legitur: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri; quod utique non erant per naturam nec omnino essent, nisi eum recipiendo accepissent per eius gratiam huiusmodi potestatem. haec est potestas, quam sibi uindicat fortitudo caritatis, quae non est in nobis nisi per spiritum sanctum qui datus est nobis.

LXV. 78. Quid etiam presbyter uenerabilis Hieronymus dixit in his, quae illum dixisse commemorat, cum exponeret quod scriptum est: beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt? quos non arguit conscientia ulla peccati et adiecit: mundus mundo corde conspicitur, templum dei non potest esse pollutum. hoc utique agitur in nobis conando, laborando, orando, impetrando, ut ad illam perfectionem, in qua possimus deum mundo corde conspicere, eius gratia perducamur per Iesum Christum dominum nostrum. item quod ait a memorato dictum esse presbytero:

2 cf. II Cor. 4, 16 4 Xysti episc. tract. 9 cf. I Tim. 2, 5 14 Ioh. 1, 12 22 Matth. 5, 8 24 cf. Hieronymi Comment. in euang. Matthaei I 5, 8 (XXVI 34 M)

2 dum *om.LPVB* 8 bone *b* constet *LDm1PB* 10 xistus *LDBC* sixtus *b* 12 filios dei *bd* deputans *B* 13 ea *R* iam *om. LDm1B* 15 recoeperunt *C* 18 uidicat *Lm1* uēdicat *b* 20 Quid etiam] Quod uero *bd* presbiter *LDB* praesbiter *PCE* prbt *R* hieronimus *codd.* 21 hisque *LB* 22 mundi corde *P* 25 pullutum *B* polutum *Em1* 27 conspicere mundo corde *b* 28 eus *Rm1* iesum *s.l.Vm2Em1* 29 praesbitero *LVE* presbitero *DC* praesbytero *P*

liberi arbitrii nos condidit deus, nec ad uirtutem nec ad uitia necessitate trahimur; alioquin ubi necessitas, nec corona est, quis non agnoscat, quis non toto corde suscipiat, quis aliter conditam humanam neget esse naturam? sed in recte faciendo ideo nullum est uinculum necessitatis, quia libertas est caritatis.

LXVI. 79. Redi ergo ad apostolicam sententiam: caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. a quo, nisi ab illo qui ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus? quod autem ex uitiis naturae, non ex conditione naturae sit quaedam peccandi necessitas, audiat homo, atque ut eadem necessitas non sit discat deo dicere: de necessitatibus meis educ me, quia et in huiusmodi oratione certamen est aduersus temptatorem de ipsa contra nos necessitate pugnantem. ac per hoc opitulante gratia per dominum nostrum Iesum Christum et mala necessitas remouebitur et libertas plena tribuetur.

LXVII. 80. Veniamus ad nos. *item*, inquit, *Augustinus episcopus in libris De libero arbitrio: quaecumque ista causa est uoluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur; si autem potest, non ei cedatur, et non peccabitur. an forte fallit incautum? ergo caueat, ne fallatur. an tanta fallacia est, ut caueri omnino non possit? nulla ergo peccata sunt. quis enim peccat in eo quod caueri nullo modo potest? peccatur autem; caueri igitur potest.* agnosco, uerba mea sunt; sed etiam ipse dignetur agnoscere superius cuncta quae dicta

1 Hieron. Contra Iouin. II 3 (XXIII 299 M) 7 Rom. 5, 5 10 Eph. 4, 8 14 Ps. 24, 17 17 cf. Rom. 7, 25 19 Pelagius 20 cf. August. De lib. arb. III 18, 50 (XXXII 1295 M) 26 cf. August. Retract. I 8, 5 pag. 41 7. 43, 13 ed. Knoell

5 recto *Dm1B* 6 qua *Rm1* caritas *Vb* critas *Em1* 11 dedit do*na (dit *s.l.*) *R* 13 edem *Vm1Em1* 15 et aduersus *E* temtatorem *P* 16 necessite *B* opilante *Em1* 17 per I. Chr. d. n. *bd* 19 et ad nos *b* agustinus *PRm1VBE* 22 non *om. B* 23 peccatur *Vm1E* 25 possit] *add.* si ita est *bd et Aug. de lib. arb.* ergo *om. Aug. de lib. arb.* 27 peccatur—potest *om. Vm1* peccator *Rm1B*

sunt. de gratia quippe dei agitur, quae nobis per mediatorem medicina opitulatur, non de inpossibilitate iustitiae. potest ergo ei causae, quaecumque illa est, resisti, potest plane. nam in hoc adiutorium postulamus dicentes: n e n o s i n f e r a s i n t e m p t a t i o n e m; quod adiutorium non posceremus, si resisti nullo modo posse crederemus. potest peccatum caueri, sed opitulante illo, qui non potest falli. nam et hoc ipsum ad cauendum peccatum pertinet, si ueraciter dicimus: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a, s i c u t e t n o s d i m i t t i m u s d e b i t o r i b u s n o s t r i s. duobus enim modis etiam in corpore cauetur morbi malum: et ut non accidat et ut, si acciderit, cito sanetur. ut non accidat, caueamus dicendo: n e n o s i n f e r a s i n t e m p t a t i o n e m; ut cito sanetur, caueamus dicendo: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a. siue ergo immineat siue insit, caueri igitur potest.

81. Sed ut non tantum illi, uerum etiam his, qui eosdem libros meos, quos iste legit, De libero arbitrio non legerunt atque illis non lectis hunc forsitan legunt, de hac re sententia mea satis appareat, ex ipsis libris commemorare me oportet, quod iste si sentiret atque in suis litteris poneret nulla inter nos de hac re controuersia remaneret. continuo quippe post uerba mea, quae iste commemorauit, quod occurrere poterat ipse subieci et. quantum potui. pertractaui dicens: e t t a m e n e t i a m p e r i g n o r a n t i a m f a c t a q u a e d a m i n p r o b a n t u r e t c o r r i g e n d a i u d i c a n t u r, s i c u t i n d i u i n i s a u c t o r i t a t i b u s l e g i m u s. atque hinc adhibitis exemplis etiam de infirmitate locutus sum dicens: s u n t e t i a m n e c e s s i t a t e f a c t a i n p r o b a n d a, u b i u u l t h o m o r e c t e f a c e r e e t n o n p o t e s t. n a m u n d e s u n t i l l a e u o c e s: ‘n o n

4 Matth. 6, 13 8 Matth. 6, 12 15. 23. 27 cf. Retract. I 8, 5 pag. 43, 15. 44, 2 ed. Kn. 23 cf. August. De lib. arb. III 18, 51 (XXXII 1295 M) 27 ibid. III 18, 51 29 Rom. 7, 15

1 agit *E* 2 possibilitate*V* 5 temtationem *P* *ante* non *add.s.l.m2* si *R*, *quod V eras.*, *E exp.* si *s.l.V m2 Em1*, *eras. R* 6 cauere *b* 12 ne— dicendo *om. B* 13 temtationem *P* 15 igitur *om. d* 17 libro*L* 18 ac *E* 21 commemora**uit *R* 22 *occurre *R* occurre *B* 24 inprobrantur *V* inprabantur (o *s.* a *m1*) *E* 25 auctoribus *C* 26 adhibetis *Pm1* 27 loquutus *LDm1P* 28 recte (e *fin. ex* a) *P* 29 ille *LBC*

enim quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago'? atque aliis in hac sententia commemoratis testimoniis diuinorum eloquiorum: sed haec, inquam, omnia hominum sunt uoces ex illa mortis damnatione uenientium. nam si non est ista poena hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. deinde paulo post: relinquitur ergo, inquam, ut haec poena iusta de damnatione hominis ueniat. nec mirandum est quod uel ignorando non habet arbitrium liberum uoluntatis ad eligendum quid recte faciat uel resistente carnali consuetudine, quae uiolentia mortalis successionis quodam modo naturaliter inoleuit, uideat quid recte faciendum sit et uelit nec possit inplere. illa est enim peccati poena iustissima, ut amittat quisque quo bene uti noluit, cum sine ulla posset difficultate, si uellet. id est autem, ut qui sciens recte non facit, amittat scire quid rectum sit, et qui recte facere cum posset noluit, amittat posse cum uelit. nam sunt reuera omnia peccanti animae duo ista poenalia, ignorantia et difficultas. ex ignorantia dehonestat error, ex difficultate cruciatus affligit. sed approbare falsa pro ueris, ut erret inuitus, et resistente atque torquente dolore carnalis uinculi non posse a libidinosis operibus temperare non est natura instituti hominis, sed poena damnati. cum autem de libera uoluntate recte faciendi loquimur, de illa scilicet, in qua homo factus

3. 7 cf. August. De lib. arb. III 18, 51. 52 et Retract. I 8, 5 pag. 44, 9. 45, 8. 10

1 enim *om. Retract.* 2 hanc sententiam *d* 4 hominum (h *s. l. m1*) *D* uoces *om. Aug. de lib. arb. et Retract.* dampnationē *B* 5 uenientiū (ni *s. l. m1*) *R* 10 lib. arb. *bd* 11 quod *V* 12 uiolentiam *P* 13 quo*dam *V* 14 quid (d *s. l. m1*) *D* 15 peccata (i *s. fin.* a) *V* 16 q ıo *R* 17 uti (i *s. l.*) *VE* 18 idē**PD* 19 faciat *VE* qd rectum *b* 20 quid *E* rectum *Rm1b* com *Rm1* 22 peccanti (n *s. l.*, i *ex* o) *R* 26 erret (et *in ras. m2*) *R* 30 recta *Retract.*

est, loquimur. hinc iam hominibus de ipsius ignorantiae difficultatisque in prolem primi hominis traiectis uitiis atque transfusis uelut iustam querellam deponentibus ita responsum est: quibus breuiter, inquam, respondetur, ut quiescant et aduersus deum murmurare desistant. recte enim fortasse quererentur, si erroris et libidinis nullus hominum uictor existeret; cum uero ubique sit praesens, qui multis modis per creaturam sibi domino seruientem auersum uocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem, non tibi deputatur ad culpam quod inuitus ignoras, sed quod neglegis quaerere quod ignoras; neque illud quod uulnerata membra non colligis, sed quod uolentem sanare contemnis. ita et exhortatus sum, quantum potui, ad recte uiuendum et gratiam dei non euacuaui, sine qua natura humana iam contenebrata atque uitiata inluminari non potest et sanari. de qua re cum istis tota uertitur quaestio, ne gratiam dei, quae est in Christo Iesu domino nostro, peruersa naturae defensione frustremus. de qua natura item paulo post dixi: etiam ipsam naturam aliter dicimus, cum proprie loquimur naturam hominis in qua primum in suo genere inculpabilis factus est, aliter istam, in qua ex illius damnati poena et ignari et carni subditi nascimur. iuxta quem modum dicit apostolus: 'fuimus enim et nos naturaliter filii irae sicut et ceteri'.

4 quibus breuiter — sanare contemnis] cf. Aug. De lib. arb. III 18, 53 (XXXII 1296 M) 22 etiam — ceteri] cf. Aug. De lib. arb. III 18, 54 (XXXII 1296. 1297 M) 28 Eph. 2, 3

2 traiectis (s *in ras.*) *V* uiciis (ciis *in ras.*) *VE* uitiis (*in mg. m2* ł fuimus) *R* intus *b* 3 querelam *Pm2 Rm2 V C* quaerellam *Dm1 V* 6 quaererentur *PV* quęrerentur (*alt.* re *s.l.m2*) *R* 7 exsisteret *DP* 11 adḥortetur *L* adortetur *V* 16 et *s.l. Dm1, exp. V* exortatus *LVE* 20 quęstione (*om.* ne) *LB* $\overline{\text{xpo}}$ (o *ex* u) *V*

LXVIII. 82. Si ergo uolumus ‘animos ad recte uiuendum frigidos et pigros christianis exhortationibus excitare et accendere‘, primitus exhortemur ad fidem, qua Christiani fiant et eius nomini subiciantur, sine quo salui esse non possunt. si autem iam Christiani sunt et recte uiuere neglegunt, uerberentur terroribus et praemiorum laudibus erigantur, ita sane, ut non solum ad bonas actiones, uerum etiam ad pias orationes eos exhortari meminerimus atque hac instruere sanitate doctrinae, ut et illinc gratias agant, cum instituerint bene uiuere, quod aliquid sine difficultate fecerint, et ubi difficultatem aliquam sentiunt, fidelissimis et perseuerantissimis precibus et misericordiae promtis operibus facilitatem a domino impetrare persistant. sic autem proficientes ubi et quando plenissima iustitia perficiantur non nimis curo; ubicumque autem et quandocumque perfecti fuerint, non nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum perfici posse confirmo. sane quando liquido cognouerint nullum peccatum se habere, non se dicent non habere peccatum. ne ueritas in eis non sit, sicut in eis ueritas non est, qui cum habeant non habere se dicunt?

LXIX. 83. Valde autem ‘bona sunt praecepta‘, si legitime his utamur. eo quippe ipso quo firmissime creditur ‘deum iustum et bonum inpossibilia non potuisse praecipere‘, hinc ammonemur et in facilibus quid agamus et in difficilibus quid petamus. omnia quippe fiunt facilia caritati, cui uni Christi sarcina leuis est aut ea una est sarcina ipsa quae leuis est. secundum hoc dictum est: e t p r a e c e p t a e i u s g r a u i a n o n s u n t, ut cui grauia sunt, consideret non potuisse diuinitus dici: g r a u i a n o n s u n t, nisi quia potest esse cordis affectus cui grauia non sunt. et petat quo destituitur, ut impleat quod iubetur. et quod dicitur

1 Pelagius cf. I Tim. 1, 8 14 cf. Rom. 7, 25 16 cf. I Ioh. 1, 8 19 Pelagius 23 cf. Matth. 11, 30 25 I Ioh. 5, 3

2 exortationibus *LVE* 3 exortemur *Pm1VE* finem *Em1* quam *E* nomine *V* 8 illic *Rm2VCm1Em1* instituerint (*in mg. m2* I instruerint) *R* 10 perseuerentissimis *D* (a *s. fin.* e), *B* 11 promptis *RC* prūtis *Dm1B* 13 perficiatur *LDm1PVm1BEm1* perficia*tur *R* non minus (*in mg. m2* I n̄ nimis) *R* 15 sane (a *in* i *mut.*) *D* aliquido *P* 16 *pr.* se**R* dicant *Dm2RVm1BCEd* non *ante* habere *om. D* (*spatio 3 litt. uacuo relicto*), *RVBCEd* 20 utimur *B* eo] Ego *B* 21 inpossibili* (e *s. fin.* i) *V* 23 aut] et *in ras. V* 26 potuisse**V* 28 quo] quod *V* quod *C*

ad Israhel in Deuteronomio, si pie, si sancte, si spiritaliter intellegatur, hoc idem significat, quia utique, cum hoc testimonium commemorasset apostolus: p r o p e e s t u e r b u m i n o r e t u o et i n c o r d e t u o — quod hic habet 'in manibus tuis'; in corde sunt enim spiritales manus — h o c e s t, inquit, u e r b u m f i d e i q u o d p r a e d i c a m u s. conuersus ergo quisque, sicut ibi praecipitur, ad dominum deum suum ex toto corde suo et ex tota anima sua mandatum dei non habebit graue. quomodo est enim graue, cum sit dilectionis mandatum? aut enim quisque non diligit, et ideo graue est, aut diligit, et graue esse non potest. diligit autem, si, quod illic ammonetur Israhel, conuersus fuerit ad dominum deum suum ex toto corde suo et ex tota anima sua. m a n d a t u m. inquit, n o u u m d o u o b i s, u t u o s i n u i c e m d i l i g a t i s, et: q u i d i l i g i t p r o x i m u m, l e g e m i n p l e u i t, et: p l e n i t u d o l e g i s c a r i t a s. secundum hoc et illud dictum est: s i a m b u l a r e n t s e m i t a s b o n a s, i n u e n i s s e n t u t i q u e s e m i t a s i u s t i t i a e l e u e s. quomodo ergo dicitur: p r o p t e r u e r b a l a b i o r u m t u o r u m e g o c u s t o d i u i u i a s d u r a s, nisi quia utrumque uerum est? durae sunt timori, leues amori.

LXX. 84. Caritas ergo inchoata inchoata iustitia est; caritas prouecta prouecta iustitia est; caritas magna magna iustitia est; caritas perfecta perfecta iustitia est, sed c a r i t a s d e c o r d e p u r o e t c o n s c i e n t i a b o n a e t f i d e n o n f i c t a, quae tunc maxima est in hac uita, quando pro illa ipsa contemnitur uita. sed miror si non habet quo crescat, cum de mortali excesserit uita. ubicumque autem et quandocumque ita plena sit, ut ei non sit quod adiciatur, non tamen diffunditur in

3 Deut. 30, 14. Rom. 10, 8 4 quod (= test. Deut.) — tuis] cf. Quaest. de Deut. LIV (CSEL XXVIII 414) 5 Rom. 10, 8 6 cf. Deut. 30, 2 12 Ioh. 13, 34 14 Rom. 13, 8. 10 16 Prou. 2, 20 18 Ps. 16, 4 23 I Tim. 1, 5 25 cf. Ioh. 15, 13

1 isrł *DR* israel *VBCE* deutero nomio *B* si *fin. om. V* 2 sig̃nf *V* 3 prope te *Pbd* 5 enim sunt *bd* 7 sicut (si *in ras.*) *R* suum *om. VE* 8 habeat (*in mg.* al. habebit) *b* grau∗e *R* 10 potest (test *in ras.*) *V* 11 ammonemur *LDm1P* 14 implebit *R* (b *in* u *corr.*), *E* 20 *uoce* durae *inc. c. 70 in b* durae] nature *R* timore *Rm1* 21 ergo] autem *RVCE*, *in mg. m2* ergo *V* incoata (*alt. loco*) *s. l. Vm2Em2* 27 ubicūque (cū *s. l. m2*) *VE*

cordibus nostris uel naturae uel uoluntatis opibus quae sunt in nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis, qui et infirmitati nostrae opitulatur et sanitati cooperatur. ipsa est enim gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, cui est cum patre et spiritu sancto aeternitas, bonitas in saecula saeculorum. amen.

1 cf. Rom. 5, 5 3 cf. Rom. 7, 25

1 operibus *b* 2 per *s. l. Rm1* est *om. V* infirmitati (i *fin. ex* e) *R* 3 opitalaṇtur *V* 5 Explicit *LDPRBCE* EXPLICIT DE NATVRA ET GRATIA *V*

AVGVSTINI RETRACTATIONVM LIB. II CAP. LXVIII (XLII) (PAG. 180, 1 ED. KNOELL).

DE NATVRA ET GRATIA LIBER VNVS.

1. Venit etiam tunc in manus meas quidam liber Pelagi ubi hominis naturam contra dei gratiam, qua iustificatur inpius et qua Christiani sumus, quanta potuit argumentatione defendit. librum ergo, quo huic respondi defendens gratiam non contra naturam, sed per quam natura liberatur et regitur, De natura et gratia nuncupaui. in quo uerba quaedam, quae uelut Xysti Romani episcopi et martyris Pelagius posuit, ita defendi, tamquam re uera eiusdem Xysti essent — id enim putaueram —, sed postea legi Sexti philosophi esse, non Xysti Christiani.

2. Hic liber sic incipit: *Librum, quem misistis.*

5 Rom. 4, 5 9 De nat. et gr. 64, 77 Hieron. ep. 133, 3. in Hier. c. 22. in Ezech. c. 18

IV.

DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE LIBRI QUATTVOR.

CODICES:

I. Codices libros quattuor continentes:

A = *codex Parisinns (Sangermanensis) 12207 saec. IX.*
B = *codex Valentinianus 162 (154) saec. IX—X.*
C = *codex Valentinianus 163 (155) saec. X.*
D = *codex Treuericus 149 saec. X.*
E = *codex Monacensis 13061 saec. XII.*

II. Codices libros I et II continentes:

F = *codex Parisinus (Corbeiensis) 12208 saec. XI.*
G = *codex Metensis 226 saec. X—XI.*

III. Codices libros III et IV continentes:

H = *codex Parisinus 13369 saec. IX.*
I = *codex Treuericus 160 saec. IX.*
T = *codex Trecensis 1085 saec. XI.*

IV. Codex librum I continens:

M = *codex Monacensis 15826 saec. IX.*

b = *editio Amerbachiana.*
d = *editio Benedictinorum a S. Mauro 1690.*
Eug. = *Eugippii Excerpta ex operibus s. Augustini p. 625, 7—629, 19 ed. P. Knoell (CSEL VIIII).*

LIBER PRIMVS. AD RENATVM.

I. 1. Sinceritatem tuam erga nos, Renate frater carissime, et fraternam beniuolentiam ac mutuae dilectionis affectum probatum quidem et antea tenebamus, uerum nunc probatiorem nobis amica diligentia demonstrasti, quod mihi duos libros eius quidem hominis, quem penitus ignorabam, nec tamen ideo contemnendi, Vincentii Victoris — sic enim praenotatum ibi nomen eius inueni — proxime praeterita aestate misisti, quamuis mihi eo quod absens fuissem in autumni fine sint redditi. quomodo enim tu carissimus meus posses uel deberes in meam non perferre notitiam, cum in manus tuas uenissent cuiuslibet hominis qualescumque litterae licet ad alium scribentis, ubi tamen nomen commemoraretur et legeretur meum, ita ut contradiceretur uerbis meis quae in quibusdam opusculis edidissem? hoc itaque fecisti, quod sincerissimus et dilectissimus amicus meus facere debuisti.

AVRELII AVGVSTINI EPI DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE AD RENATVM AMICVM LIB ·I· *A* AVRELII AGVSTINI EPI DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE. AD RENATVM LIBER I AD PETRVM PRBM EPISTOLA I AD VINCENTIVM VICTORE LIBRI DVO *B* EXPLICIT LIBER DE ANIME QVANTITATE AVRELII AGVSTINI EPISCOPI DE NATVRA ET ORIGINE ANIME AD RENATVM LIB PRIMVS AD PETRV PRESBITERVM EPISTOLA AD VINCENTIV VICTOREM LIB II *C* EIVSDEM INCIPIT AD RENATVM *D* EXPLICIT EPLA SCDA AD OPTATV DE NATVRA ET ORIGINE ANIME SCI AVG INCIPIT EIVS DE AD RENATVM DE EADEM RE *E* Incipit liber sci augustini ad renatum de natura et origine animae *F* aurelii augustini epi de natura et origine animę ad renatum liber primus incipit *G* Explicit soliloquiorum lib II do gratias finit am. Ad renatū lib de origine animę incip augustini epi *M* 3 fraterna *M* beneuolentiam *E* acfectum *M* 5 eius quidem] eiusdem *M* 7 uicentii *C* uincenti *E* 8 proxima *EG* 11 non] uel *A* 12 qualiscumque *M* latere *MmI* ad *ex* ab *E* ibi *ABCG* tā *M* 15 fecisti *om. G* sincęri simus *C*

II. 2. Sed hinc angor paululum, quod adhuc tuae sanctitati mimus quam uellem cognitus sum, quando quidem putasti me sic accepturum, quasi tu mihi iniuriam feceris notum faciendo quod alius fecit. quantum autem hoc absit ab animo meo, uide, ut ne ab illo quidem me passum iniuriam conquerar. cum enim aliter quaedam quam ego saperet, numquidnam debuit reticere? unde mihi gratum esse debet, quod ita non tacuit, ut id etiam legere possimus. debuisse quis dixerit eum scribere potius ad me quam ad alterum de me; sed quod mihi esset ignotus, non est ausus se mihi ingerere in meorum refutatione dictorum. nec consulendum me putauit, ubi sibi uidetur minime dubitandam, sed plane cognitam et certam tenere sententiam. obtemperauit autem amico suo, a quo se, ut scriberet, dicit esse compulsum. et si quid inter disputandum, quod in meam contumeliam redundaret, expressit, non eum conuiciantis uoluntate crediderim, sed diuersa sentientis necessitate fecisse. ubi enim mihi animus erga me hominis ignotus est et incertus, melius arbitror meliora sentire quam inexplorata culpare. fortassis enim amore mei fecit sciens ad me peruenire posse quod scripsit, dum in eis rebus errare me non uult, in quibus se potius errare non putat. et ideo debeo etiam eius habere gratam beniuolentiam, cuius me necesse est improbare sententiam. ac per hoc in eis quae non recte sapit adhuc leniter corrigendus mihi uidetur, non aspere detestandus, praesertim quia, sicut audio, nuper catholicus factus est, quod ei gratulandum est. caruit enim Donatistarum uel potius Rogatistarum diuisione et errore, quo antea tenebatur, si tamen catholicam ueritatem sicut oportet intellegat, ut uere de illius conuersione gaudeamus.

2 sim *A* 3 quęsi *A* 5 nec *b* conquerar] coequaret *A* coaequarer *BFm1G* coequarer *C* 6 aliter] utiliter *ABCF*, *b in mg.* quaedam *om.E* ergo *C* nūquā *ABCFG* 7 retinere *M* tacui *BGM* 8 deberes quidem tu (tu *om. A*) tantum scribere *ABFG* deberes tu quidem tantum scribere *C* deberet *bd* 9 *alt.* ad *om. E* de] ad *G* sed] *add.* ille *b* 11 dubitandum *ABCFbd* 13 scribere *C* 15 cui∗ciantis *M* 17 incertis *A* me incertus *M* 18 inexplorata *C* enim *om. Bm1G* amorem ei *BC* 19 scientes *C* possit *B* 20 me non] nemo *M* 21 menes see *C* 24 odio *E* 25 gratulandus *C* 26 rogatistarunt *A* rogat istarū *Fm1* detinebatur *E*

III. 3. Habet enim eloquium, quo possit explicare quae sentit. unde cum illo agendum est eique optandum, ut recta sentiat, ne faciat esse delectabilia quae sunt inutilia et quae diserta dixerit uera dixisse uideatur; quamuis et in ipso eloquio habeat multa emendanda et a nimia exundantia reprimenda, quod in illo tibi quoque ut uiro graui, sicut tua indicant scripta, displicuit. sed hoc uel facile corrigitur uel sine detrimento fidei a leuibus mentibus amatur, toleratur a grauibus; habemus enim iam quosdam spumeos in sermone, sed in fide sanos. non itaque desperandum est etiam hoc in isto, quamuis sit tolerabile, si permanserit, posse tamen expurgari et temperari atque ad integrum et solidum uel perduci uel reuocari modum, praesertim quia iuuenis esse perhibetur, ut quod minus habet peritia suppleat diligentia et quod eruditas loquacitatis eructat, aetatis maturitas decoquat. illud molestum est et periculosum uel perniciosum, si cum laudatur eloquentia, persuadeatur insipientia et in pretioso poculo bibatur pestifera potio.

IV. 4. Vt enim iam incipiam demonstrare, quae praecipue sint in eius disputatione uitanda, 'animam' dicit 'a deo quidem factam nec dei esse partem siue naturam', quod omnino uerum est. sed cum eam non uult ex nihilo factam fateri et aliam nullam creaturam unde sit facta commemorat atque ita illi dat auctorem deum, ut neque ex nullis exstantibus, id est ex nihilo, neque ex aliqua re, quae non est quod deus est, sed 'de se ipso eam fecisse' credatur, nescit eo se reuolui, quod declinasse se putat, ut scilicet nihil aliud anima quam dei natura sit ac sic consequenter et de dei natura fiat aliquid

9 cf. Tit. 2, 2 19. 25 Vinc. Victor

2 ei quae *C* (q. *s.* quae *m1*) obtandum *ACEG* 4 disserta *BGE,D ex corr.* deserta *C* in *om. ABCFm1G* 5 emendenda *Fm1* a nimia] anima *CG* animi *M* animis *F* (*alt.* i *s. l.*, s *s.* a *m2*) 8 amoueatur *M* habeamus *F* enim *om. E* 9 spumeo *C* 10 disperandum *C* 11 ad *om. D* 13 quid *AC* qui *BG* qui*F* iuuenis] in uenis *C* habet minus *E* 14 peritiae *F* (ae *s. l. m2*) 15 dequoquat *CM* est molestum *d* 16 cum] uero *E* persuadetur *b* 17 in *om. A* poculo *A* (c *ex* p) 20 natura *M* 22 data uictorem *C* 23 ex—neque *in mg. D* extantibus *CEM* 24 ut neque *E* 25 se *s. l. DFm2, om. EM* nescite os ere uolui *C* se eo *G* se *om. Fm1* resolui *E* 26 quo *B* 27 natura *om. A* sic] si *CM* de *om. G* fiet *E*

ab eodem deo, cui faciendo materia, de qua facit, sit ipse qui facit, ac per hoc et dei sit natura mutabilis et mutata in deterius eiusdem ipsius dei ab eodem ipso deo natura damnetur. quod pro tua fideli intellegentia quam non sit opinandum et quam sit a corde catholico secludendum longeque fugiendum uides. ita quippe anima uel de flatu facta uel dei flatus factus est ipsa, ut non de ipso sit, sed ab ipso de nihilo creata sit. neque enim sicut homo, quando sufflat, non potest de nihilo flatum facere, sed quem de isto aere ducit, hunc reddit, ita deo putandum est auras aliquas circumfusas iam fuisse, quarum exiguam quandam particulam spirando traheret et respirando refunderet, quando in hominis faciem sufflauit eique illo modo animam fecit. quod et si ita esset, nec sic de ipso, sed de subiacenti re aliqua flabili posset esse quod flauit. sed absit, ut negemus omnipotentem de nihilo flatum uitae facere potuisse, quo fieret homo in animam uiuam, atque in eas contrudamur angustias, ut uel iam fuisse aliquid, quod ipse non esset, unde flatum faceret, opinemur uel quod mutabile factum uidemus de se ipso eum fecisse credamus. quod enim de ipso est, necesse est ut eiusdem naturae sit, cuius ipse est, ac per hoc etiam immutabile sit; anima uero, quod omnes fatentur, mutabilis est: non ergo de ipso, quia non est immutabilis sicut ipse. si autem de nulla alia re facta est, de nihilo facta est procul dubio, sed ab ipso.

V. 5. Quod uero ‘eam non spiritum, sed corpus esse‘ contendit, quid aliud uult efficere quam nos non ex anima et corpore, sed ex duobus uel etiam tribus constare corporibus? cum enim ‘spiritu, anima et corpore constare nos‘ dicit et ‘omnia

16 cf. Gen. 2, 7 25. 28 Vinc. Victor

1 faciendo] faciem de *C* de qua facit] ad ea quę fecit *E* 2 natura sit *E* motabilis *M* muta *G* 3 ipso—quam *om. G* 4 operandum *C* 5 a *om. C* 6 de flatu] dei flatu *b* 7 ipso *G* ut] au̅ *M* 9 de isto aere ducit] aestuare duc̅ *M* (*signo transp. add.*) 11 exiguandam *B* exiguā*dum *G* quandam *om. BG* 12 refundaret *A* illi *E* 13 facit *M* esse *M* se ipso *E* 16 quod *C* eis *BC* contrudantur *E* 18 faceret—factum *om. M* opinemur *ex* opinetur *E* opinetur *G* 19 se *om. E* eum *om. ABCFGbd* se ipso *A* 23 re alia *d* 28 sps̅ *A* spm̅ *M* nos] n̄ *M*

haec tria corpora esse' asserit, profecto ex tribus corporibus nos putat esse conpactos. in qua opinione quanta eum sequatur absurditas, illi potius quam tibi demonstrandum puto. uerum iste tolerabilis error est hominis, qui nondum cognouit esse aliquid, quod cum corpus non sit corporis tamen quandam similitudinem gerere possit.

VI. 6. Illud plane quis ferat, quod in secundo libro, cum quaestionem difficillimam soluere conaretur de originali peccato, quatenus ad corpus animamque pertineat, si anima non de parentibus trahitur, sed a deo noua insufflatur, hanc ergo tam molestam et tam profundam enitens enodare quaestionem: *merito*, inquit, *per carnem priscam reparat habitudinem, quam uisa fuerat paulisper amisisse per carnem, ut per eam incipiat renasci, per quam meruerat inquinari.* cernis nempe hominem ausum suscipere quod uires eius excedit in tam immane praecipitium decidisse, ut diceret inquinari animam meruisse per carnem, cum dicere nullo modo possit, unde hoc meritum traxerit ante carnem. si enim a carne incipit meritum habere peccati, dicat, si potest, unde ante peccatum suum carne meruerit inquinari. nam hoc meritum, quo in carnem peccatricem missa est, ut inquinaretur ex illa, profecto aut ex semet ipsa habuit aut — quod a uero multo amplius abhorret — ex deo. ex carne quippe meritum non potuit habere ante carnem, quo merito inquinanda mitteretur in carnem. si ergo a semet ipsa hoc meritum habuit, quomodo habuit, quae ante carnem nihil mali fecit? si autem hoc meritum ex deo dicitur habuisse, quis hoc audiat, quis ferat, quis dici inpune permittat? non enim hoc loco quaeritur, quid meruerit, ut iudicaretur damnanda post carnem, sed quid meruerit ante carnem ita damnari, ut inquinanda mitteretur in carnem. explicet hoc, si potest, qui est ausus dicere inquinari animam meruisse per carnem.

12 Vinc. Victor

2 quanta—potius *Dm1 in mg.* 5 cum *om. M* 7 quod] cū *M* 9 quatinus *EFm2* 11 nitens *Ebd* 12 priscam—carnem *om. G* 13 āmisse *M* 14 quē *ABC* 15 susciperat *A* eius *om. E* 16 animam inquinari *E* ama *M* 18 enim] aū *E* 20 meruerat *E* meruit *M* quod *D* carne peccatrice *ABCEFG* 21 exemetipsa *M* 22 a *om. ABCGbd* aborret *M* 24 mittetur *B* si*M* 26 malefecit *ABCFm1G* 28 quod *G* 29 *pr.* carne *M* inquinandā *Dm1M*

VII. 7. Item alio loco, cum eandem, qua se ipse inplicuerat, uelut explicandam proponeret quaestionem, tamquam ex persona aduersariorum ait: *cur, inquiunt, deus animam tam iniusta animaduersione multauit, ut in corpus eam peccati relegare uoluerit, cum consortio carnis peccatrix esse incipit, quae peccatrix esse non potuit?* in huius quaestionis tamquam scopuloso gurgite debuit utique cauere naufragium nec eo se committere, unde se non erueret transeundo, sed forte redeundo, id est paenitendo. nam de praescientia dei se nititur liberare, sed frustra. praescientia quippe dei eos quos sanaturus est peccatores praenoscit, non facit. nam si eas animas liberat a peccato, quas innocentes et mundas implicuit ipse peccato, uulnus sanat quod intulit nobis, non quod inuenit in nobis. auertat autem deus et omnino absit, ut dicamus, quando lauacro regenerationis deus mundat animas paruulorum, tunc eum mala sua corrigere, quae illis ipse fecit, cum eas nullum habentes peccatum peccatrici carni, cuius originali peccato contaminarentur, amiscuit. quas tamen iste accusans dicit inquinari meruisse per carnem nec potest dicere, unde tantum mali meruerint ante carnem.

VIII. 8. Hanc ergo quaestionem frustra se putans de praescientia dei posse dissoluere adhuc sese inuoluit et dicit: *anima si peccatrix esse meruit, quae peccatrix esse non potuit, tamen neque in peccato remansit, quia in Christo praefigurata in peccato esse non debuit, sicut esse non potuit.* quid est quod dicit 'peccatrix esse non potuit' uel 'in peccato esse non potuit' nisi, credo, si non ueniret in carnem? neque enim potuit originali peccato esse peccatrix aut quoquo modo in originali peccato esse nisi per carnem, si de parente non trahitur. uidemus ergo

3 Vinc. Victor 14 cf. Eph. 5, 26. Tit. 3, 5 21 Vinc. Victor

1 eadem *M* implicuerit *F* 3 ait] aut *ABCFG* quur (*saepius*) *ABCM* 4 eam *om. E* peccatis *M* religare *codd. praet. D* 5 incepit *D* 6 scopoloso *AFm1* scopolosa *C* 7 *fin.* se *om. D* 8 eruet *ABCFGb* 9 praesentia *M* se nititur] sentitur *BCDEFm1GM* 10 quipe *A* 11 quasi ignocentes *M* 12 ipse] esse *E* peccati *A* (i *rad. litt.* o), i *in ras. F* 15 corrigere *post* illis *pon. G* 16 habentē *M* pẹccatū *F* (ū *ex* orū *m1*) carniṣ *C* carni*G* 17 peccatu *Mm1* amiscuit *C* adm. *E* 18 ipse *C* 19 malum *b* meruerit *M* meruerunt *F* 20 questione *M* 21 se *ABCEFGbd* 23 praefiguratam *C* peccati *G* 24 *init.* non *om. M* potuerit *F* 26 carne *M* potuit] *add. s. l. m2* aliter *F* 27 quomodo *ACFM*

eam per gratiam liberari a peccato, sed non uidemus unde meruerit haerere peccato. quid est ergo quod dicit: 'si peccatrix esse meruit, non tamen in peccato remansit'? si enim ab illo quaeram, cur non in peccato remanserit, rectissime respondebit: 'quod eam Christi gratia liberauit'. sicut ergo dicit, unde anima paruuli fuerit liberata peccatrix, sic etiam dicat, unde meruerit esse peccatrix.

9. Sed quid dicit, cui hoc quod praelocutus est contigit? namque, ut istam quaestionem sibi proponeret, ait: *alia substruuntur obprobria querulis murmurationibus oblatrantium et excussi quasi quodam turbine identidem inter immania saxa conlidimur* — hoc si ego de illo dicerem, forsitan succenseret; uerba sunt eius —: quibus praemissis proposuit quaestionem, in qua ipsa saxa, quibus conlisus naufragauit, ostenderet. ad hoc enim perductus est et tam horrendis cautibus inlatus, impulsus, infixus, ut eruere se nisi emendando quod dixit omnino non possit non ualens ostendere, quo merito anima sit facta peccatrix, quam dicere non timuit ante omne suum peccatum meruisse fieri peccatricem. quis tam immane supplicium meretur sine peccato, ut in aliena iniquitate conceptus, antequam exeat de uisceribus matris, iam non sit sine peccato? de hac autem poena paruulorum animas, qui regenerantur in Christo, nullis eorum praecedentibus meritis gratuita liberat gratia; alioquin gratia iam non est gratia. proinde iste homo ualde intellegens, cui displicet in tanta profunditate etsi non docta, tamen cauta nostra cunctatio, dicat, si potest, in hanc poenam quo peruenerit anima merito, de qua poena liberat gratia sine merito; dicat, ut quod dixit

9 Vinc. Victor 23 Rom. 11, 6

1 sed—peccato *in ras. m2M* 2 meruit *C* 5 liberauerit *d* 8 quid] qui *G* quod *om. F* 9 namque—alia *om. F* sibi quaestionem *E* sibi *om. G* praeponeret *BEM* et ait *E* subtrauntur *A* subtrahuntur (*in mg.* struntur) *C*, *EFm1b* 10 quaerulis *AB* oblatrantium *DFGMbd* 11 idemtidem *ABC* dentidem *D* idē idē *G* 12 dicere *M* succenseret *C* (s *s.* c *m1*) suscenseret *D* censeret *M* 13 promissis *E* 15 orrendis *D* 18 fiere *C* 19 peccatū *A* alieno *A* 20 inquitate *C* iam—animas *om. G* 21 ac *AM* 22 quę *E* regeneratur *G* 23 gratiam *G* alioquin—est gratia *E in mg. m1* 24 nihil ualde *E* 25 tā incauta *E* 26 p̄uenerit *M* 27 dixit] dicit *b*

aliqua, si ualuerit, ratione defendat. non enim hoc exigerem, nisi ipse dixisset, quod anima meruerit esse peccatrix. dicat meritum eius utrum bonum fuerit anne malum. si bonum, quo merito bono uenit in malum? si malum, unde aliquod malum meritum ante omne peccatum? item dico: si bonum, non ergo eam gratis, sed secundum debitum liberat gratia, cuius praecessit meritum bonum, ac sic gratia iam non erit gratia; si autem malum, quaero quod sit. an quod uenit in carnem, quo non uenisset, nisi apud quem non est iniquitas ipse misisset? numquam igitur nisi se in peiora praecipitans hanc suam sententiam molietur astruere, qua dixit, quod anima meruerit esse peccatrix. et de his quidem paruulis, quorum in baptismo diluitur originale peccatum, inuenit qualitercumque quod diceret, quoniam praescientia dei praedestinatis in uitam aeternam nihil obesse potuisset paulisper alieno inhaerere peccato. quod tolerabiliter diceretur, si non iste uerbis suis inplicaretur dicens quod meruerit anima esse peccatrix. unde se omnino non liberat, nisi hoc eum dixisse paeniteat.

IX. 10. De illis autem paruulis qui morte praeueniuntur, priusquam baptizentur in Christo, cum respondere uoluisset, ausus est ‘eis promittere non solum paradisum, uerum etiam regnum caelorum‘ non inueniens, qua exiret, ne deum animas innocentes dicere cogeretur aeterna morte damnare, quas nullo merito praecedente peccati carni inserit peccatrici. sed utcumque sentiens quid mali dixerit sine ulla Christi gratia redimi animas paruulorum in aeternam uitam regnumque caelorum et in eis posse solui originale peccatum sine Christi baptismo, in quo fit remissio peccatorum, uidens ergo, in quam se profunditatem naufragosi gurgitis iecerit: *sane*, inquit, *pro eis oblationes assi-*

6 cf. Rom. 4, 4 7 cf. Rom. 11, 6 9 cf. II Par. 19, 7. Rom. 9, 14 21 Vinc. Victor 24 cf. Rom. 8, 3 27 cf. Marc. 1, 4 29 Vinc. Victor

1 uoluerit *Eb* exigeremus *Eb* 2 meruit *EGM* 3 an *EG* quod *D* 4 inde *A* 6 gratis] gratuita gratia *b* liberet *C* 8 uenit *bis pon. G* quo] quod *M* 10 inpeiora *M* 11 moliretur *CEGb* dicit *b* meruit *ABCEFGbc* 12 et] quod *b* 13 inde uenit *M* dicere *M* 14 praedistinatis *C* (e *s. pr.* i *m1*) 15 alienos *M* inhaere *A* 16 quod *om. A* 18 dixisset *M* 19 prae|untur *M* 24 praecedentis *C* (e *s.* i *m1*) carnis *ABCG* 25 qud̄ (d̄ *s. exp.* i) *F* maledixerit *F* animas redimi *BG* 27 originali *A* baptismo Christi *d* qua *ABCG* 28 se *om. E* 29 naufrago si *C*

duas et offerenda iugiter sanctorum censeo sacrificia sacerdotum. ecce aliud, unde numquam exiturus est, nisi eum dixisse paeniteat. quis enim offerat corpus Christi nisi pro eis, qui membra sunt Christi? ex quo autem ab illo dictum est: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest intrare in regnum dei, et alio loco: qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam, nemo fit membrum Christi nisi aut baptismate in Christo aut morte pro Christo.

11. Vnde et latro ille non ante crucem domini sectator, sed in cruce confessor, de quo nonnumquam praeiudicium captatur siue temptatur contra baptismatis sacramentum, a Cypriano sancto inter martyres computatur, qui suo sanguine baptizantur, quod plerisque non baptizatis feruente persecutione prouenit. tanto namque pondere appensum est tantumque ualuit apud eum, qui haec nouit appendere, quod confessus est dominum crucifixum, quantum si fuisset pro domino crucifixus. tunc enim fides eius de ligno floruit, quando discipulorum marcuit, nisi, cuius mortis terrore marcuerat, eius resurrectione reuiresceret. illi enim desperauerunt de moriente, ille sperauit in commoriente; refugerunt illi auctorem uitae, rogauit ille consortem poenae; doluerunt illi tamquam hominis mortem, credidit ille regnaturum esse post mortem; deseruerunt illi sponsorem salutis, honorauit ille socium crucis. inuenta est in eo mensura martyris, qui tunc in Christum credidit, quando defecerunt qui futuri erant martyres. et hoc quidem oculis domini clarum fuit, qui non baptizato tamquam martyrii sanguine abluto tantam felicitatem statim contulit. sed etiam nostrum quis non consideret, quanta

3 cf. Luc. 22, 19 cf. I Cor. 6, 15. Eph. 5, 30 4 Ioh. 3, 5 6 Matth. 10, 39 10 cf. Luc. 23, 42 12 cf. Cypriani Epist. 73 (CSEL III p. 2 pag. 796) cf. Retract. I 25 II 44 (CSEL XXXVI 125. 153). De baptismo IV 22, 29 (CSEL LI 257) 21 cf. Matth. 26, 56 27 cf. Luc. 23, 43

1 offerendas *M* 2 nisi] unde *C* 3 nisi—Christi *E in mg. m1* his *E* 4 nisi qui *M* 5 fuerat *A* spiritu sancto *b* 6 in *om. b* 8 menbrum *A* 10 cru crucē *M* 11 p̄iudicio *C* 12 cipriano *G* 13 computantur *CEG* in suo *E* 14 feruente *D* (er *s. eras. litt.*) praeueniente *M* persequutione *AC* 19 eius] cuius *E* reuiseresceret *C* reuiuesceret *D* reuiuisceret *E*, *b in mg.* 21 consorte *M* 23 sponsorē *A* (e *ex* ū *corr. uid.*), *alt.* o *ex* u, re *in ras. E* 28 qui *A*

fide, quanta spe, quanta caritate mortem pro Christo uiuente suscipere potuit, qui uitam in moriente quaesiuit? huc accedit, quia non incredibiliter dicitur latronem qui tunc credidit iuxta dominum crucifixum aqua illa, quae de uulnere lateris eius emicuit, tamquam sacratissimo baptismo fuisse perfusum, ut omittam quod eum, antequam damnaretur, baptizatum non fuisse, quoniam nemo nostrum nouit, nemo conuincit. uerum haec ut uolet quisque accipiat, dum tamen de baptismo non praescribatur saluatoris praecepto huius latronis exemplo et non baptizatis paruulis nemo promittat inter damnationem regnumque caelorum quietis uel felicitatis cuiuslibet atque ubilibet quasi medium locum. hoc enim eis etiam heresis Pelagiana promisit, quia nec damnationem metuit paruulis, quos nullum putat habere originale peccatum, nec sperat eis regnum caelorum, si non perueniunt ad baptismatis sacramentum. iste autem cum confiteatur paruulos originali obstrictos esse peccato, eis etiam regnum caelorum non baptizatis ausus est polliceri, quod nec illi ausi sunt, qui eos asserunt sine ullo prorsus esse peccato. ecce qualibus se laqueis praesumptionis innectat, nisi eum talia scripsisse paeniteat!

X. 12. De fratre autem sanctae Perpetuae Dinocrate nec scriptura ipsa canonica est nec illa sic scripsit uel quicumque illud scripsit, ut illum puerum, qui septennis mortuus fuit, sine baptismo diceret fuisse defunctum, pro quo illa imminente martyrio creditur exaudita, ut a poenis transferretur ad requiem. nam illius aetatis pueri et mentiri et uerum loqui et confiteri et negare iam possunt. et ideo cum baptizantur, iam et symbolum reddunt et ipsi pro se ad interrogata respondent. quis igitur scit, utrum puer ille post baptismum persecutionis tempore a patre impio per idololatriam fuerit alienatus a Christo, propter quod in damnationem mortuus ierit nec inde nisi pro Christo moriturae sororis precibus donatus exierit?

12 cf. Aug. De haeresibus cap. 88 (XLII 48 M) 30 cf. Rom. 5, 16

1 uiuentem *C* 2 hunc *A* 3 inquit *C* (*exp. m1*) 6 nquoniam *C* 8 praesciebatur *E* 12 haeresis *ACE* 13 quod *M* 15 con cũfiteamur *A* 18 est *C* pecto *A* 19 innectant *M* eum] enim *M* 21 sic *om. M* 22 fuerit *A* est *E* fuerat *d* 23 qua *M* 24 transferetur *BCFm1M* 26 iam et] etiam *E* simbulum *A* simbolum *BCGM* 28 sit *D* 29 idolatriam *D* 30 mortis *BCFG,b in textu* inde nisi pro] indenis in *C*

XI. 13. Sed etiamsi hoc isti concedatur, quod salua fide catholica et ecclesiastica regula nulla ratione conceditur, ut pro non baptizatis cuiuslibet aetatis hominibus offeratur sacrificium corporis et sanguinis Christi, tamquam per huiusmodi pietatem suorum ad regnum caelorum quo perueniant adiuuentur, quid responsurus est de tot milibus infantum, qui nascuntur ex impiis nec in manus piorum aliqua uel diuina uel humana miseratione perueniunt et de ista uita in illa tenerrima aetate sine lauacro regenerationis abscedunt? dicat, si potest, unde istae animae sic peccatrices fieri meruerunt, ut a peccato saltem nec postea liberentur. si enim quaeram, quare damnari mereantur, si non baptizantur, recte mihi respondetur: 'propter originale peccatum'; item si quaeram, unde traxerint originale peccatum, iste respondebit: 'ex carne utique peccatrice'. si ergo quaeram, unde damnari meruerint in peccatricem carnem, quae nihil mali fecerant ante carnem — hic inueniat quid respondeat —, et sic damnari ad alienorum peccatorum subeunda contagia, ut nec baptisma regeneret male generatos nec sacrificia expient inquinatos — ibi enim et de talibus hi paruuli nati sunt siue adhuc usque nascuntur, ut eis nullo tali possit adiutorio subueniri —, hic certe omnis argumentatio deficit. non enim quaerimus, unde animae damnari meruerint post carnis consortium peccatricis, sed quaerimus, unde animae damnari meruerint ad subeundum carnis consortium peccatricis nullum peccatum habentes ante carnis consortium peccatricis. non est, ut dicatur: 'nihil eis offuit alieni peccati paulisper communicata contagio, quibus in dei praescientia fuerat parata redemptio'. de his enim nunc loquimur, quibus ante baptismum de corpore exeuntibus redemptio nulla succurrit. non est, ut dicatur: 'eas, quas baptisma non abluit, sacrificia pro eis crebra mundabunt, quod praesciens

25 Vinc. Victor 29 Vinc. Victor 30 cf. pag. 310. 29 sq.

1 ista *C* 2 concedatur *M* 5 pietate *A* perueniunt *F* 6 infantium *B* 7 manibus *BG* 9 iste *C* 10 metuerunt *A* saltim *AEFmI* 12 responditur *G* 14 *sensum uerborum* si ergo . . . deficit, *quae usque adhuc sine sensu edebantur, recta interpunctione Engelbrecht extricauit* 15 peccatricem carne *F* qui *b* 17 subeunde *M* 19 hii *ACE* hi∗*B* 20 subueni *G* certe] ergo *C* 21 defecit *A* 22 sed—peccatricis *om. BG* 25 peccatrici *A* peccatricis *M* (icis *s. l.*) ei *M* 26 cõmunio. Ita *M* 27 nunc *om. A*

deus paululum illas uoluit alienis haerere peccatis sine ullo exitio damnationis aeternae et cum spe felicitatis aeternae'. de his enim nunc loquimur, quarum natiuitas apud impios et ex impiis nulla talia poterit inuenire praesidia. quae quidem si adhiberi possent, procul dubio non baptizatis prodesse non possent, sicut nec illa quae de libro Machabeorum commemorauit sacrificia facta pro peccatoribus mortuis eis aliquid profuissent, si circumcisi non fuissent.

14. Inueniat ergo, si potest, iste quid dicat, cum ab illo quaeritur, quid meruerit anima sine ullo peccato uel originali uel proprio sic ad subeundum alienum peccatum originale damnari, ut non ab illo ualeat liberari, et uideat quid eligat e duobus, utrum dicat etiam eas animas morientium parvulorum, quae hinc sine lauacro regenerationis abscedunt et pro quibus nullum sacrificium corporis dominici offertur, a nexu peccati originalis absolui, cum apostolus doceat ex uno ire omnes in condemnationem, quibus utique non subuenit gratia, ut per unum eruantur in redemptionem, an dicat animas non habentes ullum uel proprium uel originale peccatum et omni modo innocentes, simplices, puras a iusto deo, cum eas ipse non liberandas carni inserit peccatrici, aeterna damnatione puniri.

XII. 15. Ego nihil istorum duorum dicendum esse confirmo nec illud tertium alibi peccasse animas ante carnem, ut damnari merentur in carnem — apostolus quippe apertissime definiuit nondum in carne natos nihil egisse boni seu mali; unde constat paruulos, ut remissione indigeant peccatorum, non nisi originale contraxisse peccatum — nec illud quartum eas animas paruulo-

1 cf. pag. 310, 13—15 6 Vinc. Victor cf. II Mach. 12, 43 14 cf. Tit. 3, 5 16 cf. Rom. 5, 16 23 cf. De peccat. mer. I 22, 31 et Fulgentii De uerit. praed. III 22, 35 (LXV 669 M) 25 cf. Rom. 9, 11

1 sine] ne *D* nec *M* ullu *E* exitio *ex* excito *F* 3 nauitas *M* 4 potuerit *d* inueniri *M* (ni *s. l.*) quae dē *A* 6 macabeorum *A* cūmemorauit *A* commemoraui *M* facta] pecca**F*, *om. d* 7 profuisse. ut si *M* 11 proprios hic *M* ad *om. E* 12 non *om. A* illa *A* 15 offeritur *A* 16 condēpnationē *A* 17 quibus] tibus *A* 19 *pr.* uel *om. M* 20 ipse eas *E* carne *DFM* 21 inseret *E* 22 duorum istorum *E* iustorum *C* 23 peccasset *A* 24 carne*B* carne *GM* 25 seu] uel *E* constet *E* 26 pa remissione *M* indigeant *om. BG* 27 traxisse *B* contradixisse *C* peccato *A* *a uoce* nec *inc. cap. XII b*

rum sine baptismate morituroruin a iusto deo in carnem peccatricem relegari atque damnari, quas praesciuit, si ad aetatem peruenissent, in qua libero uterentur arbitrio, male fuisse uicturas. hoc namque nec iste ausus est dicere in tantis angustiis constitutus, immo etiam contra istam uanitatem iam satis manifeste ac breuiter est locutus, ubi ait 'iniustum deum futurum fuisse, si non perfectis propriae uoluntatis operibus uellet hominem iudicare non natum'. hoc enim respondit, cum tractaret quaestionem aduersus eos qui dicunt: 'cur deus hominem faciebat, quem utpote praescius sciebat futurum non bonum?' non natum enim iudicaret, si propterea creare noluisset, quia non bonum futurum esse praescisset. et utique, sicut et huic uisum est, de perfectis eius operibus debuisset hominem iudicare, non de praecognitis nec fieri aliquando permissis. nam si peccata, quae si homo uiueret commissurus esset, etiam non commissa damnantur in mortuo, nullum beneficium conlatum est illi, qui r a p t u s e s t, n e m a l i t i a m u t a r e t i n t e l l e c t u m e i u s, quando quidem iudicabitur secundum eam, quae in illo fuerat futura, malitiam, non secundum eam, quae in illo inuenta est, innocentiam et de nullo mortuo baptizato poterit esse securitas, quia et post baptismum non qualitercumque peccare, uerum etiam apostatare homines possunt. quid? si ergo qui baptizatus hinc raptus est, apostata erat futurus, si uiueret, nullumne illi beneficium putabimus esse conlatum, quod r a p t u s e s t, n e m a l i t i a m u t a r e t i n t e l l e c t u m e i u s, et propter dei praescientiam non sicut fidele membrum Christi, sed sicut apostatam iudicandum esse censebimus? quanto enim melius, si peccata nondum facta, nondum cogitata, sed praecognita et futura puniuntur, proicerentur illi duo de paradiso ante peccatum, ne

6 Vinc. Victor 9 Vinc. Victor 16. 24 Sap. 4, 11

1 mortuorum *E* 2 religari *codd. praet. D, qui* ligari *exhibet* si ad *bis pon. M* 3 mali *C* 4 iuste *C* 6 loquutus *ACF* fuisse futurum *E* esse futurum *b* 9 aduersus] adsus *A* quur (*saepissime*) *ABC* 10 utpute *AFm1* natum] tantum *E* 11 creature *M* uoluisset *D* 12 pressisset *A* *alt.* et *om. E* 14 *alt.* si] sit *A* 18 meam *C* fuerat—illo *om. E* 19 futurā *BDGM* fut. malitia *b* meam *C* 20 innocentia *Db* 21 pos *M* 23 est raptus *E* 24 putabamus *BCFm1* putauimus *DM* est] esset *BG* 26 *post* praesc. *exp.* tuam *C* 27 iudicandā *A* 28 cogitata *ex* cognita *C*

in loco tam sancto et beatifico peccaretur! quid quod ipsa eximanitur omnino praescientia, si quod praescitur non erit? quomodo enim recte dicitur praesciri futurum, quod non est futurum? quomodo ergo puniuntur peccata, quae nulla sunt, id est quae nec uita ista nondum incipiente commissa sunt ante carnem nec morte praeueniente post carnem?

XIII. 16. Hoc itaque medium, ex quo anima missa est in carnem, quo usque solueretur a carne, quoniam paruuli anima est nec liberi arbitrii gessit aetatem, non inuenit unde damnaretur non percepto baptismo nisi originale peccatum. ex hoc peccato iuste damnari animam non negamus, quia peccato supplicium lex iusta constituit; sed ad hoc peccatum subeundum cur damnata sit quaerimus, si non ex illa una trahitur, quae in generis humani primo patre peccauit. quamobrem si deus non damnat innocentes nec facit nocentes, quos perspicit innocentes, et si animas non liberat siue ab originalibus siue a propriis peccatis nisi in ecclesia Christi baptismus Christi et si animae ante carnem nullum habuerunt omnino peccatum et si peccata antequam committantur et multo magis quae numquam commissa sunt damnari iusta lege non possunt, nihil horum quattuor iste dicat et, si potest, explicet, paruulorum animae, quae sine baptismo exeuntes in damnationem mittuntur, quo merito in carnem peccatricem, quae nihil peccauerunt, missae sunt, ut illic inuenirent peccatum, propter quod merito damnarentur. porro si quattuor ista deuitans, quae sana doctrina condemnat, id est si non audens dicere uel sine ullo peccato exsistentes a deo fieri animas peccatrices aut sine Christi sacramento in eis solui originale peccatum aut eas alicubi peccasse, ante-

28 cf. pag. 314, 23

1 beatificato *E* peccarentur *B* peccarentuṛ *C* (n *s.l.*) 3 enim—quomodo *om. E* praesci *G* 9 arbritrii *A* gessi *A* ętate *M* 12 sed. c̄ *C* 14 humanis *M* 16 origenalibus *G* 17 baptismū *M* per baptismū *D* (per *s.l.m2*) 18 abuerunt *A* 19 et *om. A* 20 iuxta *C* legem *D* nihilorum *AMm1* 21 quatuor *AE* iste dicit. Et *sqq. b* sic *M* 22 exuntes *A* damnatione *M* 23 carne *F* peccatrice *F* peccauerant *EM* 24 **ut *G* inueniret *D* et peccatum *M* 25 in quattuor *C* diuitans *M* 26 audeas *AFG* audeat *Bb* audias *C* audans *G* illo *D* 27 existentes *BCEFGM* 28 *ante* in *exp.* in *G*

quam mitterentur in carnem, aut ea quae numquam habuerunt in eis peccata damnari, si haec nolens dicere, quoniam non sunt utique dicenda, dixerit parvulos non trahere originale peccatum nec habere unde damnentur, si non accepto sacramento regenerationis hinc exeant, in heresim Pelagianam sine dubitatione damnabilem damnandus incurret. quod ei ne contingat, quanto melius tenet de origine animae cunctationem meam. ne audeat affirmare. quod nec humana ratione conprehendit nec diuina auctoritate defendit, ne cogatur insipientiam profiteri, dum ueretur ignorantiam confiteri!

XIV. 17. Hic forte dicat sententiam suam diuina auctoritate defendi, quoniam sanctarum scripturarum testimoniis probare se existimat 'animas a deo non ex propagine fieri, sed nouas singulis insufflari'. probet, si potest, et fatebor me didicisse ab illo quod magna intentione quaerebam. sed quaerat, aliane fortassis inueniat; nam hoc istis testimoniis, quae iam posui, non probauit. omnia quippe quae hic adhibuit ad aliquid certa sunt; ad hoc uero, quod de animae origine quaeritur, demonstrantur ambigua. certum est enim deum dedisse hominibus flatum et spiritum dicente propheta: sic dicit dominus, qui fecit caelum et fundauit terram et quae sunt in ea, qui dat flatum populo super eam et spiritum calcantibus eam. hoc testimonium iste in eam sententiam uult accipi, quam defendit, ut, quod ait, 'dat flatum populo', non ex propagine facere animas populo, sed nouas insufflare crediatur. audeat ergo dicere non ipsum nobis dedisse carnem, quia de parentibus origo carnis adtracta est, et, ubi ait apostolus de frumenti grano: deus

13 Vinc. Victor 20 Esai. 42, 5 24 Vinc. Victor 28 I Cor. 15, 38

1 aut] at *A* ut *E* ea *ex* eis *M* 2 nolens *F* (*corr. ex* nobis) nobis *BCG* nobis non audens *d* 3 dixerint *C* 4 dānarentur *A* regenerationis sacramento *BG* 6 damnabile *M* incurrit *Eb* 7 tenet] te *M* teneat *b* animae origine *ABCEFGbd* originale *A* 9 nec***cogantur *M* 11 auctoritatē *A* 12 defendit *C* 13 exestimat *AC* 14 fateor *E* 15 se *A* 17 probabit *E* ad aliquid *om. A* 18 cạrta *D* (e *s.* ạ) aliena *M* 19 demonstratur *E* ambiguu *E* (u *fin. ex* a) 20 sic] hęc *b* 21 caelum] illum *E* 24 uul *A* ut *s. exp.* et *M* 25 ex *om. Gm1* animas facere *EG* 26 populi *BG* 28 actracta *M* et ubi (*s. l. add.* est quod) *DF*

illi dat corpus quomodo uoluerit, neget, si audet, de tritico triticum nasci et herbam eius ex semine secundum genus. quod si negare non audet, unde igitur scit quomodo dictum sit ‘dat flatum populo‘, utrum eum trahens de parentibus an insufflans nouum?

18. Vnde etiam scit, utrum ‘repetitio sententiae sit: qui dat flatum populo super eam et spiritum calcantibus eam‘, ut de una re utrumque dictum intellegatur et non animam uel spiritum quo natura uiuit humana, sed spiritum sanctum significare uoluerit? si enim flatu non posset significari spiritus sanctus, non dominus post resurrectionem insufflasset discipulis et dixisset: accipite spiritum sanctum, neque scriptum esset in Actibus apostolorum: factus est subito de caelo sonus, quasi ferretur flatus uehemens, et uisae sunt illis linguae diuisae sicut ignis, qui et insedit super unumquemque eorum, et inpleti sunt omnes spiritu sancto. quid si hoc propheta praenuntiauit dicens: qui dat flatum populo super eam et tamquam exponens quid dixerit flatum repetiuit atque ait: et spiritum calcantibus eam? tunc enim euidentissime factum est, quando inpleti sunt omnes spiritu sancto. aut si nondum dicendus est populus centum uiginti homines, qui tunc in loco uno aderant, certe quando simul quattuor uel quinque milia crediderunt et baptizati acceperunt spiritum sanctum, quis dubitauerit simul populum accepisse spiritum sanctum et multitudinem quae ambulabat in terra, id est homines calcantes terram? nam ille qui datur ad naturam hominis pertinens, siue ex propagine detur siue nouus insuffletur — quorum nihil affirmandum esse dico, donec alterutrum sine ulla dubitatione clarescat —, non datur calcantibus terram, sed adhuc materno utero inclusis. dedit ergo flatum populo super terram et spiritum calcantibus

6 Vinc. Victor Esai. 42, 5 12 Ioh. 20, 22 13 Act. 2, 2—4 18 Esai. 42, 5 25 cf. Act. 4, 31

1 si *ex* se *Cm2* 2 nascit *C* herba *ABCEG* exemine *M* 3 sit *M* 8 ut *ex* un *Cm2* 10 flatū *C* flato *E* 11 possit *E* dominus *post* resurr. *pon. E* 13 esset] est *G* esse *M* 14 ṣonus] solus *A* feretur *C* 16 insedat *M* 22 dicendū *B* 25 baptizati sunt *E* 27 *alt.* terra *A* in terram *M*

eam, quando multi simul credentes repleti sunt spiritu sancto. et ipse dat eum populo suo, etsi non simul omnibus, suo cuique tempore, donec discedendo de hac uita et succedendo in hanc uitam uniuersus eiusdem populi numerus compleatur, ut hoc sanctae scripturae loco non aliud sit flatus, aliud spiritus, sed eiusdem sententiae repetitio. sicut non alius est 'qui habitat in caelis' et alius 'dominus' nec aliud est 'inridere' et aliud 'subsannare', sed eadem sententia repetita est, ubi legitur: qui habitat in caelis, inridebit eos et dominus subsannabit eos, uel, cum dictum est: dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam fines terrae, non utique aliud dixit 'hereditatem', aliud 'possessionem' nec aliud 'gentes', aliud 'fines terrae', sed eiusdem sententiae repetitio est. et innumerabiles inueniet huiusmodi locutiones diuinorum eloquiorum, si aduertat quod legit.

19. Quod autem graecus dicit *πνοήν*, hoc latini uarie interpretati sunt: aliquando 'flatum', aliquando 'spiritum', aliquando 'inspirationem'. nam hoc uerbum habent codices graeci in isto prophetico testimonio, de quo nunc agimus, ubi dictum est: qui dat flatum populo super eam, hoc est *πνοήν*. ipsum uerbum est et ubi homo animatus est: et insufflauit deus in faciem eius flatum uitae. sed ipsum uerbum est et in psalmo, ubi canitur: omnis spiritus laudet dominum; ipsum est et in libro Iob, ubi scriptum est: aspiratio autem omnipotentis est, quae docet.

8 Ps. 2, 4. 10 Ps. 2, 8 21 Esai. 42, 5 22 Gen. 2, 7 24 Ps. 150, 6 26 Iob 32, 9

1 simul multi *E* cred.] *add.* simul *ABCEFGbd* 3 *ante* suo *add.* sed *d* tēporē *A* tepe *M* discendo *A* disce*dendo *E* (dis *in ras.*) discendendo *F* ac *AM* succe*dendo *E* 5 ut] et *M* loco scae script. *E* 6 sententio *G* repetiui *M* est alius *Cd* 7 aliud est subsannare *E* 8 sententiae *C* 10 subsannauit *D* dobotibi *M* (*s.* t *uirg. erasa*, bi *s. l.*) 12 tuam *om. F* 14 imunerabiles *C* 15 inuenies *M* loquutiones *ABC* locutionis *M* auertat *A* aduertit *b* 16 legitur *A* leget *E* 17 gregus *C* grecus *FGM* dixit *b* PNOEN *ABCDF* pnoen *GM* ΠNEYMA *E* (*in mg.* pneuma), *b* ho *A* interpretati sunt uarie *E* 19 espirationem *D* aspiratione *M* habet *C* greci *BF* 21 PNOEN *ABCDF* ΠNOHN *E* (*in mg.* pnoen) pnoen *GM* 24 et *om. M* 25 et *om. DGM* 26 asspiratio *D*

noluit dicere ‘flatus‘, sed ‘aspiratio‘, cum in graeco sit *πνοή*. quod etiam in illis uerbis est prophetae, de quibus nunc disputamus. et certe hoc loco nescio utrum debeat dubitari spiritum sanctum esse significatum. agebatur enim de sapientia, unde sit in hominibus: q u i a n o n e x n u m e r o a n n o r u m, s e d s p i r i t u s, inquit, e s t i n h o m i n i b u s, a s p i r a t i o a u t e m o m n i p o t e n t i s, q u a e d o c e t, ut intellegeretur ista repetitione non se de spiritu hominis dixisse, quod ait: s p i r i t u s e s t i n h o m i n i b u s. uolebat enim ostendere, unde habeant sapientiam, quia non a se ipsis, et repetendo id exposuit dicens: a s p i r a t i o o m n i p o t e n t i s e s t, q u a e d o c e t. item alio loco in eodem libro: i n t e l l e c t u s, inquit, l a b i o r u m m e o r u m p u r a i n t e l l e g i t. s p i r i t u s d i u i n u s q u i f e c i t m e, i n s p i r a t i o a u t e m o m n i p o t e n t i s, q u a e d o c e t m e. et hic quod ait ‘inspiratio‘ uel ‘aspiratio‘, in graeco est *πνοή*, qui in illis prophetae uerbis interpretatus est ‘flatus‘. quamobrem cum temere negetur de anima hominis uel de spiritu hominis esse dictum: q u i d a t f l a t u m p o p ú l o s u p e r e a m e t s p i r i t u m c a l c a n t i b u s e a m, quamuis ibi et spiritus sanctus multo credibilius possit intellegi, qua tandem ratione audebit aliquis definire animam uel spiritum, quo natura nostra uiuit, loco illo uoluisse significare prophetam? cum profecto si apertissime diceret ‘qui dat animam populo super terram‘, adhuc quaerendum esset, utrum eam deus ex origine praecedentis generis det, sicut ex origine praecedentis generis ipse tamen dat corpus non solum homini aut pecori, sed etiam semini tritici aut alicuius ceterorum quomodo uoluerit, an uero nouam, sicut homo primus accepit, insufflet.

5 Iob 32, 8. 9 12 Iob 33, 3. 4 18 Esai. 42, 5

1 nolumus *A* flatus *ex* flatur *M* greco *BCF* PNOE *ABCF* *Π*NOHN *DEb* pnoe *GM* 2 prophetae uerbis *E* est *om. ABCEGbd*, *quod post* proph. *s.l.m1 pon. F* 5 omnibus *A* hominibus *B* (h *s. l.*) 7 ompis *B s.l.* omnipotentis est quae doc. *Fd* in ista *M* repetione *A* repetitio nenon *B* repetitio nec *G* 8 quaę *E* 9 omnibus (*m2* ominibus) *A* 10 sapientia *M* qui *C* 13 eorum *C* 14 aspiratio *DFd* 15 aspiratio *bd* inspiratio *bd* 16 PNOE *ABCF* *Π*NOHN *DEb* pnoe *GM* 17 quemobrem *G* cum temere] cōtemere *A* 19 ea *DM* super eam *E* 21 rationē *M* 22 uoluisset *E* 23 perfecto *C* apertissimo *A* 25 generis] *add.* ipse *ABCF* obse *G* 26 ipse *om. ABCFG* hois *M* 28 iam nouam *F*

20. Sunt etiam, qui haec uerba prophetica sic intellegant, ut quod ait: d e d i t f l a t u m p o p u l o s u p e r e a m, id est super terram, non nisi animam uelint accipi flatum; quod uero adiunxit: e t s p i r i t u m c a l c a n t i b u s e a m, spiritum sanctum significatum arbitrantur, illo scilicet ordine, quo et apostolus dicit: n o n p r i m u m q u o d s p i r i t a l e e s t, s e d q u o d a n i m a l e, p o s t e a s p i r i t a l e. nam ex hac prophetica sententia etiam elegans ille sensus exsculpitur, quod ita dixerit 'calcantibus eam', ut uellet intellegi 'contemnentibus eam'. qui enim accipiunt spiritum sanctum, amore caelestium terrena contemnunt. hae omnes sententiae non sunt contra fidem, siue utrumque, id est et flatum et spiritum qui pertinet ad humanam naturam, quisque intellegat siue utrumque dictum accipiat de spiritu sancto siue flatum ad animam, spiritum uero ad spiritum sanctum referat. sed si anima et spiritus hominis et hic intellegendus est, sicut non dubitandum est quod eum deus det, ita quaerendum est adhuc unde det, utrum ex propagine, sicut ipse quidem dat, sed tamen ex propagine dat corporis membra, an uero nouum neque propagatum singulis insufflando distribuat; quod non ambigua, sicut iste facit, sed aliqua certissima uolumus diuinorum eloquiorum auctoritate defendi.

21. Eadem ratione etiam quod dicit deus: s p i r i t u s e n i m a m e e x i e t e t o m n e m f l a t u m e g o f e c i, de spiritu quidem sancto accipiendum est quod ait: s p i r i t u s a m e e x i e t, de quo et saluator ait: a p a t r e p r o c e d i t, sed quod dictum est: o m n e m f l a t u m e g o f e c i, de omni anima dictum negari non potest. sed omne etiam corpus ipse facit; quod autem ex propagine corpus humanum faciat, nullus

2. 4 Esai. 42, 5 6 I Cor. 15, 46 22 Esai. 57, 16 25 Ioh. 15, 26

1 sunt] sicut *A* intellegant (u *s.* a *m1*) *BC* 2 ut *om. DM* 3 animam hominis *b* uoluerit *b* (*in mg.* al. uelint) 5 arbitrentur *d* 7 hac *om. A* 8 sententiā *M* eligans *BG,C* (i *ex* e) exculpitur *ABCFGM* quod *G* 9 uelit *DM* intellegit *M* 11 hęc *D* 12 et *pr. om. BEG* quid *ABG*, o *s.* i *F* 16 dubitandus *C* est *om. A* quo deum *B* eum] illum *E* 17 itaque *E* adhoc *G* 18 sicut—propagine *in mg. F* corporis] arboris *BC* arporis *G* 19 membra *A* 20 sicut] sit *G* 22 etiam ratione *E* quid *C* sps scs *M* 23 enim *om. b* exiget *E* 24 *alt.* spm *A* a me exiet] animę exiget *E* 25 ait *G* ita *M* procedi *A* 26 dictum est n̄ solā animā sed etiā corpus dm̄ facere *C* feti *G* 28 *alt.* faci tet *G*

ambigit. ac per hoc de anima, cum eam constet ab illo fieri, unde eam faciat, utrum ex propagine sicut corpus an insufflando sicut primam fecit, adhuc utique requirendum est.

22. Adiecit etiam tertium testimonium, quia scriptum est: qui fingit spiritum hominis in ipso. quasi hoc negetur; sed unde eum fingat, hoc quaeritur. nam et corporalem hominis oculum quis nisi deus fingit? et puto quod non extra, sed in ipso et tamen, ut certum est, ex propagine. cum ergo et spiritum hominis in ipso fingat, quaerendum est, utrum noua insufflatione an tractum ex propagine.

23. Nouimus etiam Machabeorum iuuenum matrem fecundiorem uirtutibus, quando filii passi sunt, quam fetibus, quando nati sunt, eos sic fuisse adhortatam, ut diceret: filii, nescio quomodo paruistis in uentrem meum. neque enim ego spiritum et animam donaui uobis nec singulis uobis uultus et membra formaui; sed deus, qui fecit mundum et omnia quae in eo sunt fecitque hominum genus et omnium inquirit actum, ipse uobis spiritum et animam reddet cum magna misericordia. nouimus haec quidem, sed huic quomodo suffragentur ad id quod asserit non uidemus. quis enim Christianorum neget deum donare hominibus animam et spiritum? sed eodem modo existimo istum negare non posse deum donare hominibus aurem, linguam, manum, pedem omnesque corporis sensus et omnium formam naturamque membrorum. quomodo enim haec dei dona esse negaturus est, nisi se obliuiscatur esse Christianum? sed sicut

5 Zach. 12, 1 13 II Mach. 7, 22. 23

1 ambiigit *A* a de *G* 6 unde hoc eum fingit hoc quaer. *G* et hoc *M* 7 et] ut *E* 8 in se ipso *b* ut est certum est *b* 9 et *om. M* nouā insufflationē *M* 10 contractum *E* 11 macchabeorum *D* 12 quam] quando *E* 13 eos *om. DM* adortatam *A* adhortata *M* 14 apparuistis *Eb* uentre meo *EF ex corr, b* 15 ego singulis *G* spiritum *om. G* et animam *om. EG* 16 uultū *E* 18 sunt—et *om. DM* omnia *F* 19 inquiret *E* actus *E* acta *m2 ex* acto *F* et ipse *d* et spiritum *E* 20 reddat *G* 21 sufragentur *A* 23 spiritum et animam *EG* animam—hominibus *om. Cm1* exestimo *A* 24 linguam aurem *bd* 25 omnisque *Fm1* omnium] hominum *E* 26 haec enim *M* esse *om. E*

constat ex propagine ab illo haec fieri atque donari, ita quaerendum est etiam, spiritus et anima hominis unde ab illo efficiatur, a quo efficiente donatur, utrum ex parentibus an ex nihilo an — quod iste affirmat, sed omni modo cauendum est — ex aliqua flatus eius exsistente natura, non de nihilo creata. sed de ipso.

XV. 24. Cum igitur scripturarum testimonia, quae commemorat, nequaquam doceant id quod persuadere conatur — quod enim ad hanc quaestionem attinet, omnino non exprimunt —, quid est quod dicit: *animam ex flatu dei constanter asserimus, non ex traduce, quia ex deo datur?* quasi corpus ex alio detur quam ex illo, a quo creatur, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quamuis non ex eius natura, sed ex eius opificio. *neque ex nihilo*, inquit, *quia ex deo proficiscitur*. hoc plane non adhuc quaerendum monemus utrum ita sit; sed prorsus uerum non esse quod dicit, id est quod anima nec ex traduce sit nec ex nihilo, hoc, inquam, uerum non esse sine dubitatione firmamus. unum est enim e duobus: si ex traduce non est, ex nihilo est, ne ita sit ex deo, ut naturae sit dei, quod omnino sacrilegum est credere. sed adhuc utrum non sit ex traduce, certa testimonia flagitamus aut quaerimus, non qualia iste posuit, quibus hoc quod quaerimus non ostenditur.

25. Qui utinam in tanta profunditate quaestionis, quamdiu quid dicat ignorat, imitaretur Machabeorum matrem! quae cum sciret de uiro se filios concepisse et a creatore omnium siue secundum corpus siue secundum animam et spiritum sibi creatos esse, ait tamen: n e s c i o q u o m o d o p a r u i s t i s i n u i e n t r e m m e u m. uellem iste diceret, quid ista nesciebat. haec enim, quae dixi, utique sciebat, quomodo secundum corpus in eius uterum uenerint, quia de uiro eos se concepisse dubitare

10 Vinc. Victor 13 cf. Rom. 11, 36 14 Vinc. Victor 28 II Mach. 7, 22

1 reddendum *M* (den *s. l.*) 2 illi *E* 5 existente *BCEGM* 10 ex flatu dei? Constanter *b* 11 datum *DM* 12 ex alio *om. E* illo] alio *E* 14 *prim.* ex] de *b* 17 nec] non *G* 20 natura *E* dei ex tra duce certe sacrilegū *F* 23 quod *om. A* 25 dicit *F* macchabeorum *D* quē *M* 27 corpus s. sec. *in mg. F* 28 apparuistis *Eb* 29 uentre meo *EFm2b* 30 dixit *Eb* 31 iterum *M* uenerit *M*

non poterat. confitebatur etiam, quia et hoc utique sciebat, quod deus illis animam et spiritum dederit, quod ipse illis uultus et membra formauerit. quid ergo nesciebat? an forte quod nescimus et nos, utrum animam et spiritum, quem deus illis sine dubio dedit, de parentibus traxerit an nouum sicut homini primo insufflauerit? sed siue hoc siue aliud aliquid de naturae humanae institutione nesciebat, nescire se dicebat, non quod nesciebat temere defendebat. nec tamen iste huic diceret, quod nobis dicere non erubuit: *homo in honore positus non intellexit: comparatus est pecoribus insensatis et similis factus est eis.* ecce ista mulier dixit de filiis suis: nescio quomodo paruistis in uentrem meum, nec tamen comparatur pecoribus insensatis. nescio, dixit; et quasi quaererent ab ea cur nesciret adiunxit: neque enim ego spiritum et animam donaui uobis. ille ergo qui donauit scit, unde fecerit quod donauit, utrum ex propagine adtraxerit an nouum insufflauerit, 'quod ego', inquit, 'nescio nec singulis uobis uultus et membra formaui'; ille scit qui formauit, utrum simul cum anima formauerit an uero iam formatis animam dederit. quo ergo modo, utrum illo an isto, in eius uentrem uenerint filii, nesciebat; et illud tamen sciebat totum quod dedit redditurum esse qui dedit. sed eligat iste in naturae humanae tam profundo abditoque secreto quid mulier ista nescierit; tantum non iudicet mentientem nec pecoribus insensatis comparet nescientem. quicquid erat quod illa nesciebat, profecto ad naturam hominis pertinebat; quod tamen sine culpa homo nesciebat. quapropter dico etiam ego de anima mea: nescio, quomodo uenerit in corpus meum — neque enim ego illam mihi donaui —; scit ille qui donauit, utrum illam de patre meo traxerit an sicut homini primo

9 Vinc. Victor Ps. 48, 13 12. 14. 18 II Mach. 7, 22

1 etiam] enim *E* 3 quid] quod *A* 4 nos utrum] nram *D* (a *m2 add.*) 7 institutionē *M* nescire se dicebat *om.G* 10 pecoribus] iumtis *E* 11 illis *Bbd* 12 apparuistis *Eb* uentre meo *EFm2b* 13 conpatur *A* insensatis aut similis facta est eis (illis *b*) *Eb* 15 uouis *D* 16 utrum—insufflauerit *in mg. E* 19 cum *om.Eb* animam *Eb* 21 an] in *M* uentre *M* 22 esse] *add.* ei *b* 24 ista mulier *E* 25 ment.] nescientem *DM* ne *M* cōparetur *M* 26 quidquid *AE* 29 ego enim *C* enim *om.E* illa *M* 30 meo] modo *b* an] aut *BG.* primo homini *Ebd*

nouam creauerit. sciam etiam ego, si ipse docuerit, quandocumque uoluerit; nunc autem nescio nec me pudet ut istum fateri nescire quod nescio.

XVI. 26. *Disce*, inquit, *ecce apostolus docet.* discam plane, si apostolus docet — non enim nisi deus per apostolum docet —, sed quid est tandem quod docet apostolus? *ecce*, inquit, *cum Atheniensibus loqueretur, hoc constanter exposuit dicens: cum ipse det omnibus uitam et spiritum.* quis enim hoc negat? *sed intellege*, inquit, *quod ait apostolus.* '*det*', *inquit, non* '*dedit*' *ad infinitum et iuge tempus reuocans, non de praeterito et perfecto pronuntians. et quod sine cessatione dat, semper dat, sicut semper est ipse qui dat.* uerba eius posui, sicut in eorum quos misisti secundo libro eius inueni. ubi primum uide quo progressus fuerit, dum nititur affirmare quod nescit. ausus est enim dicere deum non nunc solum atque in isto tantummodo saeculo, sed per infinitum tempus sine cessatione atque omnino semper animas nascentibus dare. *semper*, inquit, *dat, sicut semper est ipse qui dat.* quid apostolus dixerit, quia satis apertum est, me intellegere absit ut negem; quod autem iste dicit, debet etiam ipse intellegere contra fidem esse christianam atque ulterius cauere ne dicat. cum enim mortui resurrexerint, iam nemo nascetur; atque ideo tunc non dabit nascentibus animas, sed eas quas dat in isto saeculo cum corporibus iudicabit. non ergo semper dat, quamuis semper ipse sit qui nunc dat. nec tamen quoniam beatus apostolus non dixit 'dedit', sed 'det', inde conficitur quod uult iste conficere non eum ex propagine animas dare. ipse quippe dat, etiam si de propagine dat, quia et corporis membra et corporis sensus et corporis formam et corporis omnino substantiam ipse hominibus dat, quamuis ex propagine det. neque enim quia dominus ait: s i f a e n u m a g r i, q u o d h o d i e e s t e t

4. 7. 18 Vinc. Victor 8 Act. 17, 25 31 Matth. 6, 30

1 *a uoce* sciam *inc. c. XVI b* etiam *om. b* 2 uolueris *A* istud fatear *Eb* 4 *alt.* discat *M* 6 tantundē *E* apłos *C* 7 loquitur *E* 9 negat] legat *A* ait] agit *A* 10 inquit] in quo id *F* iunge *E* 12 est *m1 ex* ipse *M* proposui *E* posuit *M* 15 dn̄m *M* 18 ipse est *E* quid] quod *A* 21 christianum *A* 22 iam] tam̄ *M* nascitur *E* 25 ipse semper sit *ABCFGbd* quoniam] quod *M* 26 sedet *A* 27 conficire *M* nec *A* 31 foenum *FM* fenum *praet. A cet.*

cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, nec ait 'uestiuit', sicut primum quando instituit, sed ait 'uestit', quod et nunc facit, ideo negabimus lilia de origine sui generis procreari. quid si ergo sic etiam anima et spiritus hominis et a deo datur, quamdiu datur, et tamen ex propagine sui generis datur? quod ego nec defendo nec refello. sed si defendendum est uel refellendum, perspicuis, non ambiguis testimoniis id agendum esse commoneo. nec propterea sum pecoribus insensatis comparandus, quia hoc me nondum scire pronuntio, sed potius cautis hominibus, quia non audeo docere quod nescio. istum autem non ego uicissim quasi rependens maledictum pro maledicto pecoribus comparo, sed tamquam filium moneo, ut quod nescit se nescire fateatur neque id quod nondum didicit docere moliatur, ne comparetur non pecoribus, sed illis hominibus, quos dicit apostolus uolentes esse legis doctores non intellegentes neque quae loquuntur neque de quibus affirmant.

XVII. 27. Nam unde est, quod ita scripturas, de quibus loquitur, non curat aduertere, ut cum legerit homines esse ex deo, non eos etiam secundum corpus, sed 'tantum secundum animam et spiritum ex deo esse' contendat? quod enim ait apostolus: ex ipso sumus, non uult iste ad corpus, sed tantum ad animam et spiritum esse referendum. si ergo ex deo non sunt corpora, falsum est quod scriptum est: ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. deinde ubi dicit idem apostolus: sicut enim mulier ex uiro ita et uir per mulierem, exponat nobis iste quam propaginem significare uoluerit, animae an corporis an utriusque; sed non uult 'esse animas ex propagine': restat ergo, ut secun-

8 cf. Ps. 48, 13 15 I Tim. 1, 7 20. 29 Vinc. Victor 22 Act. 17, 28 24 Rom. 11, 36 26 I Cor. 11, 12

1 sic—instituit *om. Dm1* 3 negauimus *E* 4 *pr.* et *om. A* 6 *pr.* non *G* 7 ambicuis *A* 8 sum *om. D* pec. ins. sum *bd* 9 scire nondum *G* nondum me scire *M* praenuntio *M* 10 decorare *M* 11 iustum *F* rephendens *E* 12 pro maledictum *A* pecoribus *in mg. E* meneo *C* 13 *pr.* quod *om. M* 16 locuntur *CDEFG* 18 ista *C* 20 eos *om. M* 21 spm esse referendum; Si ergo ait apls. ex ipso sū; Non uult iste ad corpus quod scriptū ē *A* agit *C* 24 *pr.* est] esse *C* 26 idem (*s. l.*) apls idem *B* apostolus idem *G* idem *om. M*

dum ipsum atque omnes, qui animarum propaginem destruunt. corpus tantum masculinum et femininum significarit apostolus dicens: s i c u t e n i m m u l i e r e x u i r o i t a e t u i r p e r m u l i e r e m, quia mulier ex uiro facta est, ut etiam uir per mulierem postea nasceretur. si ergo haec apostolus dicens non etiam animas et spiritus, sed tantum corpora utriusque sexus uolebat intellegi, cur continuo subiunxit: o m n i a a u t e m e x d e o, nisi quia et corpora ex deo? ita quippe ait: s i c u t e n i m m u l i e r e x u i r o i t a e t u i r p e r m u l i e r e m, o m n i a a u t e m e x d e o. eligat ergo iste unde sit dictum. si de corporibus, profecto et corpora ex deo sunt. quid est ergo, quod ubicumque iste in scripturis legit 'ex deo', quando de hominibus agitur, non et corpora, sed tantum animas et spiritus uult intellegi? si uero quod dictum est: o m n i a a u t e m e x d e o, et de corpore utriusque sexus et de anima ac spiritu dictum est, ergo secundum omnia est mulier ex uiro; mulier enim ex uiro, uir per mulierem, omnia ex deo. quae 'omnia' nisi de quibus loquebatur, id est et ille uir, ex quo mulier, et illa mulier, quae ex uiro, et ille uir, qui per mulierem? neque enim ille uir per mulierem, ex quo uiro mulier, sed uir, qui natus est postea ex uiro per mulierem, quemadmodum hodieque nascuntur. ac per hoc si, cum ista diceret apostolus, de corporibus loquebatur, procul dubio corpora utriusque sexus ex deo. porro si non uult ex deo esse hominum nisi animas et spiritus, profecto etiam secundum animam et spiritum mulier ex uiro et nihil iam relinquetur eis qui contra animarum propaginem disputant. si autem ita diuidit, ut dicat mulierem ex uiro esse secundum corpus, ex deo autem secundum animam et spiritum, quomodo erit uerum quod ait apostolus: o m n i a a u t e m e x d e o, si mulieris corpus ita est ex uiro, ut non sit ex deo? quapropter ut apostolus potius

3. 7. 8. 14. 30 I Cor. 11, 12

1 propagine *M* 2 significaret *ABCEFG* significauerit *bd* 7 subiuxit *A* subiuncxit *C* 8 ex deo—et uir *in ras. M* 12 leget *E* 13 *alt.* et *om. A* 15 *pr.* et *om. A* 17 mulier—uiro *om. E* omnia autem *d* 18 idem et ille *B* (et *s. l. m1*), *G* 20 uir] *add.* qui *D* 21 mułier] *add.* et illa mulier *A* est *om. C* 22 si *om. E* si cum] sicut *C* 24 utriusque sexus sunt *b* *pr.* ex] a *E* esse ex deo *bd* 26 ex uiro ē *F* (ē *s. l.*) requiretur *F* 27 propagationem *D* 29 ait *om. b*

uerum loquatur, quam iste apostolo praeferatur, mulier ex uiro est siue secundum solum corpus siue secundum totum, quo constat humana natura — nihil enim horum tamquam certum affirmamus, sed quid horum uerum sit adhuc quaerimus — et uir per mulierem, siue ex patre tota hominis natura ducatur, quae per mulierem nascitur, siue sola caro, unde adhuc quaestio est, omnia tamen ex deo, unde nulla quaestio est, id est et corpus et anima et spiritus et uiri et mulieris. etsi enim non ex deo nata uel tracta sunt uel manarunt, ita ut eius naturae sint, tamen ex deo sunt. a quo enim creata, condita, facta sunt, ab illo habent ut sint.

28. *Sed dicendo*, inquit, *apostolus: et ipse det omnibus uitam et spiritum, deinde addendo: fecitque ex uno sanguine omne genus hominum, animam et spiritum originaliter retulit ad auctorem, corpus ad traducem.* immo uero qui non uult temere animarum negare propaginem, antequam liquido clareat utrum ita an non ita sit, habet quod in istis uerbis apostoli intellegat ‘ex uno‘ eum ‘sanguine‘ dixisse ‘ex uno homine‘ a parte totum significante locutionis modo. si enim ipsi licet intellegere a parte totum quod scriptum est: et factus est homo in animam uiuam, ut illic intellegatur et spiritus, de quo scriptura ibi tacuit, cur aliis non liceat sic accipere quod dictum est: ex uno sanguine, ut illic et anima et spiritus possit intellegi, quoniam homo significatus nomine sanguinis non solo constat ex corpore, uerum etiam ex anima et spiritu? sicut enim qui propaginem defendit animarum non hinc istum debet opprimere, quia de primo homine scriptum est: in quo omnes peccauerunt — non enim dictum est: ‘in quo omnium caro peccauit‘, sed ‘omnes‘ dictum est, id est omnes homines, cum homo non sola sit caro —,

12 Vinc. Victor Act. 17, 25 13 Act. 17, 26 20 Gen. 2, 7 28 Rom. 5, 12

1 loquatur uerum *BG* 2 *pr.* sine *A* 3 horum—sit *in mg. E* 4 quia *C* 6 nascitu *A* 7 a deo autem omnia *E* *alt.* est *om. E* 8 enim *om. G* 9 tractata *E* 12 dat *M* 13 ardendo *M* 14 omne *om. C* 15 rettulit *M* 17 loquido *A* 18 dixisisse *A* 19 homine *ex* anime *C* aperte *ACG* loquutionis *ABF* 20 ipsis *ABCFGb* aperte *CG* 21 uiuentem *F* 22 non aliis *F* 23 et *om. M* 25 solun *C* solum *EFd* 27 non *om. C* detbet *C* 30 solum *b* sit caro sola *E*

sicut ergo hinc iste non debet opprimi, quia forte ita dictum est 'omnes homines', ut secundum solam carnem intellegerentur, sic iste non hinc debet premere defensores propaginis animarum, quia dictum est: o m n e g e n u s h o m i n u m e x u n o s a n-
5 g u i n e, tamquam propterea sola caro pertineat ad propaginem. si enim hoc est uerum, quod isti asserunt, ut non sit anima ex anima, sed caro ex carne sit tantum, ita dictum est e x u n o s a n g u i n é, ut non totus homo significaretur a parte, sed tantum unius hominis caro; illud uero quod dictum est:
10 i n q u o o m n e s p e c c a u e r u n t, sola omnium hominum caro intellegenda est, quae inde transfusa est, a toto partem significante scriptura. si autem illud est uerum, quod totus homo ex toto homine propagatur, id est corpus, anima et spiritus, ibi proprie dictum est 'in quo omnes homines peccaue-
15 runt', hic autem tropice 'ex uno sanguine' totum significatur a parte, id est totus homo, qui ex anima constat et carne, uel potius, ut iste amat loqui, ex anima et spiritu et carne. nam et ex parte totum et ex toto partem diuina eloquia significare consuerunt. ex parte enim totum significatum est, ubi
20 legitur: a d t e o m n i s c a r o u e n i e t, quia ex carne intellegitur totus homo; ex toto autem pars, cum dicitur Christus sepultus, cum sola eius caro sepulta sit. iam illud quod in hoc apóstoli testimonio positum est, quia ipse dat omnibus uitam et spiritum, secundum superiorem disputationem puto
25 quod neminem moueat; ipse enim dat. sed adhuc quaerimus unde det, utrum ex noua insufflatione an ex propagine. ipse quippe dare etiam carnis substantiam rectissime dicitur, quam tamen dare ex propagine non negatur.

XVIII. 29. Nunc uideamus illud de Genesi testimonium,
30 ubi facta mulier de latere uiri adducta est ad eum et dixit: h o c n u n c o s e x o s s i b u s m e i s e t c a r o d e c a r n e

4 Act. 17, 26 10 Rom. 5, 12 20 Ps. 64, 3 23 cf. Act. 17, 25 31 Gen. 2, 23

1 iste hinc *E* 3 hic *F* 4 est *om. M* 6 uerum est *E* ista *C* 12 significare *BC,F* (nt. *s.* r) 14 ubi *ABFm1G* homines *om. M* 16 aperte *C* 18 et—enim totum *in mg. M* ex tota *A* diuine loqui a *A* diuinę loquia *C* eloquentia *E* 19 consueuerunt *d* 21 totus *in ras. E* 22 *alt.* sepultus *D* in hoc *s. l. E* 24 secundum *bis pos. semel eras. B* 25 moueat *A* 26 probagine *A* 29 genesy *E* testiniū *A* 31 ∗os *G*, *om. M* ex] de *E* hossibus *G*

m e a. hoc quippe iste putat, 'quod dicere debuerit Adam: "anima ex anima mea" uel: "spiritus de spiritu meo", si etiam hoc de illo tractum esset'. sed illi qui propaginem asserunt animarum, hinc se putant inuictius suam munire sententiam, quia, cum scriptum sit detraxisse deum costam de latere uiri eamque aedificasse in mulierem, non est additum, quod in eius faciem sufflauerit flatum uitae; ideo, inquiunt, quia iam de uiro fuerat animata. nam si non fuisset, nequaquam nos, inquiunt, sancta scriptura huius rei cognitione fraudasset. ad illud uero quod ait Adam: h o c n u n c o s ex o s s i b u s m e i s e t c a r o d e c a r n e m e a nec ait: 'spiritus' uel 'anima de spiritu meo' uel 'de anima mea', sic ab eis responderi potest. quemadmodum superius demonstratum est, ut a parte totum intellegatur hoc dictum 'os et caro mea'. sed quae animata fuerint detracta, non mortua. neque enim hoc omnipotentem facere potuisse ideo negandum est, quia nullus hominum potest aliquid cum anima de humana carne praecidere. nam quod Adam secutus adiunxit: h a e c u o c a b i t u r m u l i e r, q u i a d e u i r o s u o s u m p t a e s t, cur non ait potius, unde opinio confirmaretur istorum: 'quoniam de uiro suo caro eius sumpta est'? hic itaque illi qui contra sentiunt possunt dicere. quia non scriptum est carnem mulieris, sed mulierem de uiro suo sumptam. totam debere accipi cum anima et spiritu. nam etsi anima sexu caret, non tamen quando appellantur mulieres excepta anima eas necesse est intellegi. alioquin non ita se ammonerentur ornare: n o n i n t o r t i s c r i n i b u s a u t a u r o u e l m a r g a r i t i s a u t u e s t e p r e t i o s a, s e d q u o d d e c e t, inquit, m u l i e r e s p r o m i t t e n t e s p i e t a t e m p e r b o n a m c o n u e r s a t i o n e m. utique pietas intus est in anima

1 Vinc. Victor 10 Gen. 2, 23 18 Gen. 2, 23 26 I Tim. 2, 9. 10

1 putat iste *bd* ad ama̅ *M* 2 etiam] iam *D*, *om. G* hoc *semel eras. M* 3 tractatum *E* 4 inuictos *M* 5 sit] est *DM* 7 qui *C* 8 anima ita *C* 9 huis *A* eius *D* 10 hos ex hossibus *G* 12 uel] *add.* anima *Eb* responderi ab eis *E* habeis *M* 13 aperte *E* 14 ṇọṇ fuerint *B* non fuerint *G* 19 de uiro *in mg. m1E* cur] quae *ABCFG* 21 utique *b* illi *om. M* 22 est scriptum *b* uiro sumptam suo *b* 23 totum deberi *E* siet *G* 24 appellentur *A* appellatur *M* 27 uestem *C* 29 est intus *E*

uel in spiritu, et tamen mulieres appellatae sunt, etiam ut se intus ornarent, ubi nullus est sexus.

30. Cum itaque isti sic inter se alternante sermone certauerint, ego inter eos sic iudico, ut, ne incognitis fidant et temere audeant affirmare quod nesciunt, utrosque commoneam. si enim scriptum esset: 'insufflauit flatum uitae in faciem mulieris et facta est in animam uiuam', nec sic esset iam consequens, ut non propagaretur ex parentibus anima, nisi etiam de filio eorum hoc scriptum similiter legeretur. fieri enim potuit, ut membrum non animatum de corpore extractum indigeret animari, filii uero anima ex patre per matrem propaginis transfusione traheretur. cum uero tacitum est, occultatum est, non negatum, sed neque affirmatum. ac per hoc sicubi forte non tacitum est, clarioribus documentis est astruendum. unde nec illi, qui defendunt animarum propaginem, ex eo, quod non sufflauit deus in faciem mulieris, aliquid adiuuantur nec illi, qui eam negant, ideo quia non dixit Adam: 'anima de anima mea', debent sibi persuadere quod nesciunt. sicut enim eadem non soluta, sed manente quaestione potuit tacere scriptura, quod mulier deo sufflante sicut uir eius acceperit animam, sic eadem non soluta, sed manente quaestione potuit tacere scriptura, ut Adam non diceret: 'anima de anima mea'. ac per hoc, si primae mulieris anima ex uiro est, a parte totum significatum est, ubi legitur: h o c n u n c o s e x o s s i b u s m e i s e t c a r o d e c a r n e m e a, cum tota ex uiro, non caro sola sit sumpta. si autem non est ex uiro, sed eam deus insufflauit sicut uiro, a toto pars significata est, ubi legitur: d e u i r o s u o s u m p t a e s t, cum caro eius, non tota sit sumpta.

31. Quapropter, cum his testimoniis, quod ad hanc rem pertinet, utique ambiguis non soluatur haec quaestio, illud tamen scio sic argumentari homines, qui ex hoc putant animam

23. 27 Gen. 2, 23

1 in *om. E* 3 certauerit *A* 5 aude audeant *M* commoneant *G* 8 filio eorum] filiorum *E* aliorum *F* 9 relegeretur *E* 10 filii—tacitum est *om. A* 13 est *om. E* 14 ducumtis *M* (cu *s.l.*) 16 eum *F* 18 questione—sufflante *in mg. M* 19 sufflāte *in ras. E* 20 eade *A* 21 amā de animā *M* 22 aperte *E* 23 *os *G* ex] de *E* hossibus *G* 24 carne *M* (ne *s. eras.* o) 25 est *om. M* 27 suo *om. M* 29 quę—pertinent *b* 30 pertinent *E* ambiguiis *A* ab ambiguis *M* hęc questio *in mg. E*

mulieris non esse de anima uiri, quia non est dictum: ‘anima de anima mea‘, sed: c a r o d e c a r n e m e a, quemadmodum argumentantur Apollinaristae uel quicumque sunt alii aduersus animam domini, quam propterea negant, quia scriptum legunt: u e r b u m c a r o f a c t u m e s t. ‘si enim et anima‘, inquiunt, ‘ibi esset, debuit dici: uerbum homo factum est‘. sed istis propterea dicitur carnis nomine solere scripturam totum hominem nuncupare — sicuti est: e t u i d e b i t o m n i s c a r o s a l u t a r e d e i; non enim caro sine anima uidere aliquid potest —, quia plurimis aliis sanctarum scripturarum locis non solam carnem, uerum etiam animam humanam, id est rationalem, inesse homini Christo sine ulla ambiguitate monstratur. unde et isti, a quibus animarum propago defenditur, possent accipere a parte totum esse dictum: o s d e o s s i b u s m e i s e t c a r o d e c a r n e m e a, ut illic intellegeretur et anima, quemadmodum uerbum carnem factum non sine anima accipimus, si, quemadmodum alia testimonia docent habere humanam animam Christum, ita et isti aliquibus non ambiguis testimoniis propaginem astruerent animarum. pari uice igitur ammonemus etiam hos, qui animarum propaginem destruunt, ut nouas a deo sufflari animas certis documentis asserant et tunc illud, quod dictum est: o s e x o s s i b u s m e i s e t c a r o d e c a r n e m e a, non tropice a parte totum, ut simul intellegatur et anima, sed proprie de sola carne dictum esse defendant.

XIX. 32. Quae cum ita sint, uideo librum istum iam esse claudendum. omnia quippe, quae mihi maxime necessaria uidebantur, continet, quibus hi qui legerint sciant cauere se debere, ne huic homini, cuius duos libros mihi misisti, in hoc consentiant, ut credant ‘animas sic ex dei flatu esse, ut non sint ex nihilo‘. hoc enim qui credit, etsi uerbis neget, re ipsa clamat animas

3 cf. August. De haeresibus c. 55 (XLII 40 M) 5 Ioh. 1, 14 8 Esai. 40, 5. Luc. 3, 6 14. 22 Gen. 2, 23 29 Vinc. Victor

3 apollinariste *M* alii *E* (*pr.* i *ex* l) 5 si—factum est *om. G* 7 scriptura *M* 8 nunccupare *A* significare *E* est] ibi *d* 9 aliquid uidere *Ed* 10 plurimas alii scripturarum scarum *M* solum *ABCEFGbd* 13 possunt *Eb* 15 intelligatur *Eb* 17 umana manima nā xpm *A* 19 astruere *E* pari uice] parant *E* igitur *om. b* 20 insufflari *E* 22 hossibus *G* 25 iam] tā *M* 27 legunt *M* se cauere *d* 28 nec *DM* 29 flatu dei *d* non] nos *A* 30 credidit *b* res *M*

dei habere substantiam et ipsius genus esse non munere, sed natura. nam de quo quisque naturae suae originem ducit, de illo naturae suae genus ducere negari sobrie nullo pacto potest. iste autem ita sibi est ipse contrarius, ut genus dei esse animas dicat non natura, sed munere et tamen non factas ex nihilo, sed ex illo dicat originem ducere; ac sic eas, quod prius negauerat, ad dei naturam reuocare non dubitat.

33. Animarum autem nouarum sine propagine insufflationem defendi quidem minime prohibemus, sed ab eis qui potuerint aliquid inuenire uel in canonicis libris, quod non sit ambiguum dissoluendae huic obligatissimae quaestioni, uel in ratiocinationibus suis, quod non sit contrarium catholicae ueritati, non a talibus qualis iste apparuit, qui non inueniendo quid diceret et deliberationem suam nolendo suspendere uires suas omnino non metiens, ne taceret, ausus est dicere ‘inquinari animam meruisse per carnem et esse meruisse animam peccatricem‘, cuius nullum meritum, seu bonum seu malum, ante carnem potuit inuenire, et ‘paruulis sine baptismo de corpore exeuntibus solui posse originale peccatum et offerendum pro eis sacrificium corporis Christi‘, qui Christo non sunt incorporati per eius sacramenta in eius ecclesia, ‘eosque sine lauacro regenerationis de hac uita migrantes non ad requiem tantum ire, sed ad regnum caelorum posse etiam peruenire‘ et alia multum absurda, quae omnia colligere atque in isto libro digerere longum uisum est. absit ergo, ut animarum propago, si falsa est, a talibus refellatur et animarum nouarum insufflatio, si uera est, a talibus defendatur.

34. Quamobrem quicumque uolunt defendere, quod dicuntur animae nouae nascentibus insufflari, non de parentibus trahi, aliquid illorum quattuor, quae supra commemoraui, caueant omni

15—23 Vinc. Victor

2 de eo quo *Eb* originem—suae *in mg. m2 D* 4 ipsi *b* 5 natura *E* (a *fin. ex* ę) natura—factas *om. D* 6 si *AEM* 7 dubitet *C* dubitant *M* 9 defendit *A* hab *G* 11 obligatis mae *C* rationibus *G* 12 ueritatis *M* natalibus *C* 15 mentiens *B* netaret *A* dice *M* 16 et per carnem meruisse esse *b* nullus *B* 17 ante *M* 18 de corpore *bis pon. C* 19 offe* rendum *M* sacrificium pro eis *B* 21 uit* (a *s.* *) *D* uitę *G* 22 emigrantes *ABCEFbd* 23 multa *d* 27 uoluit *G* dicunt *A* 28 trachi *A* 29 subra *E* commemoraui *in mg. E*

modo, hoc est: 'ne dicant a deo fieri animas peccatrices per alienum originale peccatum; ne dicant paruulos, qui sine baptismo exierint, peruenire posse ad uitam aeternam regnumque caelorum originali peccato per quodlibet aliud resoluto; ne dicant animas peccasse alicubi ante carnem et hoc merito in carnem peccatricem fuisse detrusas; ne dicant peccata, quae in eis inuenta non sunt, quia praescita sunt, merito fuisse punita, cum ad eam uitam, ubi ea committerent, permissae non fuerint peruenire'. nihil ergo istorum quattuor dicentes, quoniam quodlibet eorum falsum atque impium est, inueniant etiam scripturarum de hac re certissima testimonia et hanc sententiam suam non solum me non uetante, uerum etiam fauente et gratias agente defendant. si autem non inueniunt certissimam de hac re auctoritatem diuinorum eloquiorum et aliquid illorum quattuor per inopiam dicere compelluntur, cohibeant se, ne per ipsam inopiam etiam paruulorum animas non habere originale peccatum secundum Pelagianam heresim olim damnabilem nuperrimeque damnatam dicere compellantur. melius est enim homini fateri se nescire quod nescit quam in heresim uel damnatam incurrere uel nouam condere, dum temere audet defensare quod nescit. alia huius hominis falsa et absurda, in quibus non tam periculose, uerum tamen a tramite ueritatis exorbitat, quoniam multa sunt, et ad ipsum etiam, si dominus uoluerit, aliquid de libris eius uolo scribere; ibi forsitan omnia uel, si omnia non potuero, plurima ostendam.

XX. 35. Istum autem librum, quem ad te potius, qui curam et fidei nostrae et existimationis meae ut uerus catholicus et bonus amicus fideliter benigneque gessisti, quam ad alium quemquam scribendum putaui, tu legendum dabis uel describendum quibus

17 cf. De gestis Pelagii 14, 30 (CSEL XLII 84, 5)

2 alienu *M* 3 uita *A* 7 non *om. E* praescia *M* 8 ea] eam *CM* 12 nouetante *M* 17 paelagianam *F* heresem *ABCFM* 18 enim *om. G* hominis *ACFm1G* 19 heresi *A* uel—huius] audet qui nescit alicuius *M* 20 defensare audet *D* audent *b* sunt alia *F* alicuius (*om.* huius) *D* 22 a *om. A* tramitate *B* exorbitant *E* 23 dominus] deus *E* 24 ubi *C* forsitant *A* 27 exestimacionis *AC* exestimationis *F* 28 gesisti *C* iussisti *E* quem *FG* quanquā *F* 29 tu] *add.* ibi *D* hunc *M* scribendum *E*

potueris uel quibus dandum esse iudicaueris. in quo istius iuuenis praesumptionem ita reprimendam et redarguendam putaui, ut tamen eum diligam nec damnari, sed emendari uelim atque ita proficere in domo magna, quae est catholica ecclesia, quo eum misericordia diuina perduxit, ut sit in illa uas in honore sanctificatum, utile domino, ad omne opus bonum semper paratum et bene uiuendo et sana dicendo. porro autem si ipsum oportet ut diligam, sicut facio, quanto magis te, frater, cuius erga me beniuolentiam et cuius catholicam fidem cautam et sobriam optime noui! unde factum est, ut eos libros, qui tibi displicuerunt et in quibus nomen meum aliter quam uelles positum comperisti, describendos mihique mittendos uere fraterna planeque sincera dilectione curares. tantum ergo abest, ut hinc tuae caritati succenseam, quia fecisti, ut potius, nisi fecisses, integro iure amicitiae succensere deberem. ago itaque uberes gratias. quemadmodum autem acceperim factum tuum, hinc manifestius indicaui, quod hunc ad te librum, mox ut illos legi, sine aliqua dilatione conscripsi.

4—6 cf. II Tim. 2, 20. 21

1 iudicaberis *AEM* 2 reprinēdā *A* 3 uelimus *C* 4 ecclesia catholica *d* 5 hore *A* honorē *E* 6 ut ille *M* 7 docendo *b* (*in textu*), *d* 8 digam *A* 11 alter *C* 12 uera *b* pleneque *M* 13 caritatis *DM* 14 suscenseam *D* 15 successere *A* suscensere *D* succendere *B* (s *s.* d) succendere *G* 16 hic *A* 17 librum ad te *B* librum *om.G* illum *M* dilectione *M* 18 Expl. lib. ad renatum de natura et origine animas (animae-ę-*BG*) Inc epistola (ep. *om.BG*) ad petrū presbiterū de eadem re *ABCFG* Explic epla sci aug. Inc. lib. primus sci augustini ad uincentiū uictorē de natura et origine animę. Expł lib sci aug ad uincentiū uictorē de natura et origine animę. Inc epla eiusdē ad petrū prbm de eadem re *E* Expłc lib ad renatū de origine animae. Inc eiusdē aug ad hyeronimū *M*, *a cod. D subscr. abest*

LIBER SECVNDVS. AD PETRVM PRESBYTERVM.

Domino dilectissimo fratri et compresbytero Petro Augustinus episcopus in domino salutem.

I. 1. Peruenerunt ad me duo libri Vincentii Victoris, quos ad tuam sanctitatem scripsit, mittente mihi eos fratre nostro Renato, homine quidem laico, sed pro sua fide et eorum quos diligit prudenter religioseque sollicito. quibus lectis uidi hominem in sermone quidem non solum usque ad sufficientiam, uerum etiam usque ad redundantiam profluentem, sed in rebus, de quibus loqui uoluit, nondum sicut oportet instructum; quod si ei fuerit domino donante conlatum, poterit esse utilis pluribus. habet enim non minimum facultatis, qua possit explicare atque ornare quae sentit, si prius det operam recta sentire. ualde quippe sunt noxia praua diserta, quia hominibus minus eruditis eo quod diserta sunt uidentur et uera. quomodo autem eosdem libros ipse acceperis nescio; uerum tamen, si uerum est quod audiui, diceris eis recitatis ita exiluisse laetitia, ut caput iuuenis illius senex et laici presbyter osculatus didicisse te quod ignorabas gratias egeris. ubi quidem non inprobo humilitatem tuam, immo uero etiam laudo, quod honorasti doctorem tuum nec hominem, sed ipsam quae tibi per illum loqui dignata est ueritatem, si tamen potueris demonstrare, quid per illum ueritatis acceperis. uellem itaque rescriptis tuis quid te docuerit me doceres. absit enim, ut erubescam a presbytero discere, si a laico tu non erubuisti praedicanda et imitanda humilitate, si uera didicisti.

II. 2. Proinde, frater dilectissime, quid ab eo didiceris nosse cupio, ut, si iam id sciebam, gratuler pro te, si autem nesciebam, discam per te. itane tu ignorabas duo quaedam esse animam et

2 comprbo *ABCEG* compbro *D* agustinus *A* 3 eps *A*, *om.DE* 5 sanctitatem tuam *d* 7 relioseque *A* sollicite *C* dilectis *C* 8 ad sufficientiam usque *BG* 10 ei *om. A* fierit *Cm1* 13 recte *E* 14 et praua *G* minus *om. A* 15 sint *b* 16 est *om. G* 17 exsiluisse *A*,*F a.c.* 18 quo *A* et gratias *G* 19 uere *C* 20 honorastis *C* decorem *B a. c. G* 21 dignatus *BCFm1G* 24 a presbitero erubescam *E* tu] ut *A* 25 uera tn *E* (tn *in fine u. add.*) 26 Prouide *A* 27 id *om. A* ne*sciebam *G*

spiritum — secundum id quod scriptum est: a b s o l u i s t i a b s p i r i t u m e o a n i m a m m e a m — et utrumque ad naturam hominis pertinere, ut totus homo sit spiritus et anima et corpus, sed aliquando duo ista simul nomine animae nuncupari — quale est illud: e t f a c t u s e s t h o m o i n a n i m a m u i u a m; ibi quippe et spiritus intellegitur — itemque aliquando utrumque nomine spiritus dici — sicuti est: e t i n c l i n a t o c a p i t e t r a d i d i t s p i r i t u m, ubi et anima necesse est intellegatur — et utrumque unius esse substantiae? puto quod ista iam sciebas; si autem nesciebas, non te aliquid, quod magno periculo nescitur, didicisse scias. et si quid hinc subtilius disputandum est, melius cum ipso agitur, cuius iam nouimus et eloquium: utrum, cum dicitur anima, ita ut simul intellegatur et spiritus, utrumque anima sit, spiritus autem aliquid animae sit, an, sicut ei uisum est, a parte totum appelletur hoc nomine, siue etiam utrumque spiritus sit, pars uero eius sit, quae proprie dicitur anima, an et hoc a parte totum uocetur, quando ita dicitur spiritus, ut simul intellegatur et anima; sic enim huic placet. uerum ista, ut dixi, et subtiliter disseruntur et sine ullo uel certe sine magno periculo nesciuntur.

3. Itemque alios esse corporis, alios autem animae sensus, miror, si iste te docuit; et tu homo id aetatis et honoris, antequam istum audires, unum atque idem putabas esse, quo album nigrumque discernitur, quod nobiscum uident etiam passeres, et quo iustum atque iniustum diiudicatur, quod uidebat Tobis etiam carnis luminibus perditis. hoc si ita est, profecto, quando audiebas uel legebas: i n l u m i n a o c u l o s m e o s, n e u m q u a m o b d o r m i a m i n m o r t e m, non nisi carnis oculos cogitabas. aut si hoc obscurum est, certe, quando illud apostoli recolebas: i n l u m i n a t o s o c u l o s c o r d i s u e s t r i, nos

1 Iob 7, 15 5 Gen. 2, 7 7 Ioh. 19, 30 25 cf. Tob. 2, 11 27 Ps. 12, 4 30 Eph. 1, 18

3 spiritus et *om.E* 6 utroque *G* 9 puto] *add.* autem *E* 10 scitur *A* scitor *F* (u *s.* o *ml*), *BCG* 11 quod *G* subtius *E* 12 eloquium uere miranda c̄sideratio cum dignioris ingenii merito ē habenda *E* 13 et *om.E* an utrumque *E* 14 amae *A* 19 certe] *add.* et *b* 22 te *om.C* 23 quod *EG* algū *A* 24 etiam uident *E* 25 Tobias *bd* 28 morte *Eb* 29 hoc *om.G* illi *A*

sub fronte et supra buccas cor habere credebas. absit, ut de te hoc sentiam; neque hoc te igitur iste docuit.

4. Aut si forte ante huius doctrinam, quam modo te inuenisse laetaris, animae naturam dei putabas esse portionem, hoc plane cum horrendo periculo falsum esse nesciebas. et si ab isto didicisti, quod anima portio dei non sit, age deo gratias, quantas potes, quod non, antequam hoc didicisti, de corpore existi; exisses enim magnus hereticus et blasphemator horrendus. nullo modo tamen etiam id de te existimauerim, quod homo catholicus neque contemptibilis presbyter animae naturam portionem dei sentiebas esse. unde, fateor dilectioni tuae, timeo, ne forte hoc te iste docuerit, quod potius sit contrarium ei fidei quam tenebas.

III. 5. Sicut enim non arbitror te umquam in catholica animam credidisse dei esse portionem uel ullo modo animae et dei eandem esse naturam, ita metuo, ne forte consenseris huic homini, 'quod animam deus non de nihilo fecerit, sed ita ex ipso sit, ut ab ipso emanauerit'; hoc enim etiam uerbum iste posuit inter cetera, quibus in hac quaestione ad immane praecipitium exorbitauit. at uero hoc si te docuit, nolo me doceas; immo etiam uolo ut quod didiceras ipse dediscas. parum est enim non credere neque dicere quod pars dei sit anima — neque enim et filium uel spiritum sanctum partem dei esse dicimus, et tamen dicimus patrem et filium et spiritum sanctum unius eiusdemque esse naturae —, parum est ergo, ut non dicamus animam esse partem dei; sed hoc etiam opus est ut dicamus non eam et deum unius eiusdemque esse naturae. unde ille recte quidem ait 'genus dei esse animas munere, non natura' ac per hoc non omnium, sed fidelium; sed rursus ad id quod declinauerat deuolutus est et deum atque animam eiusdem dixit esse naturae, non quidem his uerbis, sed aperta manifestaque sententia. cum

16 Vinc. Victor 27 Vinc. Victor; cf. pag. 333, 4, 5

1 baccas *Fm1* 3 Aut] At *bd* 7 didicisti hoc *BG* hoc *om.D* didicitis *A* exisse *C* 9 exestimauerim *ACFm1* 10 contentibilis *A* contemtibilis *B* esse sentiebas *DE* 11 frateor *A* 13 non *om.b* nunquam *b* in *om.G* catholicā *BG* *post* cathol. *s. l. add. m2* fide *F* 14 anima *D* 15 esse eandem *BG* consentieris *E* 18 ad in immane *E* praecipiū *A* 19 at] aut *A* a *DE* ad *G* 20 didiscas C 23 unus *G* 27 naturae *CG* 29 est *om.A*

enim ‘animam ita esse‘ dicit ‘ex deo, ut eam nec ex alia natura nec ex nihilo, sed ex semet ipso creauerit‘, quid persuadere conatur nisi id quod aliis uerbis negat, animam scilicet eiusdem cuius deus est esse naturae? omnis quippe natura uel deus est, qui nullum habet auctorem, uel ex deo est, quia ipsum habet auctorem. sed quae habet auctorem deum, ex quo est, aliqua facta non est, aliqua facta est. porro quae facta non est et tamen ex ipso est, aut genita est ab illo aut procedit ex illo — quae genita est, filius est unicus, quae procedit, spiritus sanctus — et haec trinitas unius est eiusdemque naturae; nam haec tria unum sunt et singulum quidque deus et simul omnia unus deus immutabilis, sempiternus, sine temporis ullo initio siue termino. at uero illa natura, quae facta est, creatura nuncupatur, creator autem deus, illa scilicet trinitas. creatura ergo ita esse dicitur ex deo, ut non ex eius natura facta sit; ex illo enim propterea dicitur, quia ipsum auctorem habet ut sit, non ita, ut ab illo nata sit uel processerit, sed ab illo creata, condita, facta sit, partim ex nulla alia, id est omnino ex nihilo, sicut caelum et terra uel potius uniuersae mundanae molis uniuersa cum mundo concreata materia, partim uero ex alia iam creata atque exsistente natura, sicut uir ex limo, mulier ex uiro, ex parentibus homo, creatura tamen omnis ex deo, sed creante uel ex nihilo uel ex aliquo, non autem gignente uel producente de se ipso.

6. Si haec cum catholico loquor magis commonens quam docens — neque enim esse tibi arbitror noua uel audita quidem et antea, non tamen credita, sed, ut existimo, sic legis epistulam meam, ut hic agnoscas etiam fidem tuam, quae nobis in catholica ecclesia domino donante communis est —, si ergo haec, ut dicere coeperam, cum catholico loquor, unde, obsecro, credis esse animam, non uniuscuiusque nostrum dico, sed primam primo illi homini datam? si ex nihilo et factam tamen insufflatamque a deo, id

1 Vinc. Victor

1 dicit esse *E* 5 uel deus non est (*in mg.* al. ł ex dō ē) *b* 6 est *om.G* 10 est *om.E* 11 et *om.D* quodque *Em2d* 12 siue] sine *Eb* 13 atque *AF* aque *BC* nuncupantur *C* 15 illo] nihilo *F* 20 *pr.* creata *D* existente *BCEG* 23 alio *F* 24 Si] Sed *b* 26 exestimo *A* ịṣtexistimo *C* 27 hinc *E* 29 coeperant *A* 30 uniuscus iusque *A* nram *E*

credis quod ego; si autem ex aliqua alia creatura, quae unde anima fieret tamquam materies subiacebat artifici deo, sicut puluis, unde fieret Adam, uel costa eius, unde Eua, uel sicut aquae, unde pisces et uolucres, uel sicut terra, unde animalia quaeque terrestria, non est catholicum, non est uerum. quodsi neque ex nihilo neque ex alia quacumque creatura, sed ex semet ipso deum, hoc est ex natura sua fecisse uel facere animas — quod absit! — existimas, hoc quidem ab isto didicisti, sed non tibi gratulor neque blandior; longe cum illo a fide catholica exorbitasti. tolerabilius enim — quod quidem falsum est, tamen, ut dixi, tolerabilius — ex aliqua alia creatura, quam quidem iam fecerat deus, quam ex dei natura animam conditam crederes, ut, quod est mutabilis, quod peccat, quod fit impia, quod etiam, si impia perdurauerit in fine, sine fine damnabitur, non ad dei naturam cum horrenda blasphemia referretur. abice, frater, abice, obsecro, istam non plane fidem, sed exsecrandae impietatis errorem, ne homo grauis seductus a iuuene et a laico presbyter, cum istam catholicam fidem esse arbitraris, de numero fidelium — quod a te auertat dominus! — eximaris. non enim sic tecum agendum est ut cum illo aut ea uenia tuus iste tam horrendus qua iuuenis illius, licet ab illo ad te transierit, error est dignus. ille ouili catholico sanandus nuper accessit, tu in catholicis pastoribus deputaris. nolumus ita curetur quae uenit ab errore ad dominicum gregem, ut prius pestifera contagione disperdat ouis ulcerosa pastorem.

7. Quodsi dicis: 'hoc me ille non docuit nec huic errori eius ullo modo quamlibet diserti et ornati sermonis inlectus suauitate consensi', ago ingentes deo gratias. sed quaero, unde illi caput exosculatus, ut dicitur, gratias egeris te didicisse quod usque ad auditam disputationem illius ignorabas aut, si falsum est hoc te fecisse atque dixisse, hoc ipsum peto nobis intimare digneris, ut inanis rumor

3 cf. Gen. 2, 7. 22

1 quid *E* ago *E* anima unde fieret *b* unda *Gm1* 4 aqua *D* uocres *A* 8 exestimas *A* 15 referetur *Ab* referitur *ex* referretur *F* 16 execrande *C* 18 arbitiaris *G* a te] ante *C* 19 exestimaris *AC* N̄existimeris *F* (N̄ *s.l.m2, alt.* e *s.* ạ*m1*) excludaris *E* tecum sic *b* 20 qua *om. A* quā *Eb* 21 iste indignus *E* ouilo *G* 22 ueni *A* 24 oues *A* 25 ullomo *A* 26 disserti *BG* 28 te *om.C* 29 ignorabo q̄ *D* (*in mg.* bā) atque—digneris (*in mg. m. rec.* omissio) *om.F* autq̄ *D* 30 didicisse *A* ut] uelim *F*

tuis litteris refellatur. si autem uerum est illa humilitate homini egisse te gratias, gaudeo quidem, si te illud non docuit, quod superius
(IV.) quam sit detestandum cauendumque monstraui, et non reprehendo, quod gratus fueris tanta humilitate doctorī, si aliquid aliud disputante illo uerum atque utile didicisti; sed hoc quid sit inquiro. an forte animam non spiritum esse, sed corpus? non quidem magnum doctrinae christianae arbitror esse detrimentum ista nescire et, si de corporum generibus subtiliter disputetur, hoc maiore difficultate quam utilitate perdiscitur. si autem dominus uoluerit, ut ad illum ipsum iuuenem scribam, sicut desidero, ibi sciet fortasse dilectio tua etiam hoc quam non te docuerit, si tamen id te ab illo didicisse laetaris. sed ne quid forte aliud sit, quod constat esse utile et ad fidem necessariam pertinere, peto rescribere non graueris.

8. Nam illud, quod rectissime et ualde salubriter credit iudicari animas, cum de corporibus exierint, antequam ueniant ad illud iudicium, quo eas oportet iam redditis corporibus iudicari atque in ipsa, in qua hic uixerunt, carne torqueri siue gloriari, hoc itane tandem ipse nesciebas? quis aduersus euangelium tanta obstinatione mentis obsurduit, ut in illo paupere, qui post mortem ablatus est in sinum Abrahae, et in illo diuite, cuius infernus cruciatus exponitur, ista non audiat uel audita non credat? sed numquid te docuit, quomodo anima sine corpore de digito pauperis aquae stillam desiderare potuerit, cum ipse confessus sit alimenta corporea non nisi propter fulciendas ruinas corruptibilis corporis sui animam quaerere? uerba eius ista sunt: *numquid quia anima*, inquit, *aut cibum quaerit aut potum, ad ipsam transire credimus pastum?* et paulo post: *unde intellegitur*, inquit, *et probatur non ad animam pertinere ciborum sustentacula, sed ad corpus, cui etiam praeter cibum procuratur simili ratione uestitus, ut illi necessarius uideatur pasturae suggestus, cui*

19 cf. Luc. 16, 19—24 25 Vinc. Victor

1 uera *C* 2 illū *BG* 4 illa tanta *C* alio *C* 6 es *A* 10 desideriò *C* 11 quod etiam (*om. sequ.* quam) *b* ho *A* non] si *C* 13 necessariū *b* ne *E* 14 aliud *BG* 15 exierit *A* exier *C* 16 iam] etiam *DE* corporibus redditis *E* 17 iniqua *C* dixer̄ *C* t̄queri *E* itaṣi (ne *s.* ṣi *m1*) *B* itasi *G* 19 ut *om. E* ablatus (d *s.* b̥) *D* ablatus est *om. C* 20 inferni *E* in inferno *d* 22 pauperis a∗que̥ *add. m2 in spat. uac. F* atque *E* 23 potuit *Fd* 24 nā uerba *E* 25 ita *D* qui *Fm1* animā *C* cybum (*semper* y) *A* 26 credimus transire *D* 29 ille *C*

competit et ipsos habere uestitus. hanc ille sententiam suam satis euidenter expositam nonnulla etiam similitudine inlustrans adiecit atque ait: *quid autem putamus inquilinum quemquam suae habitationi prospicere? nonne, si eam senserit aut tecto tremere aut nutare pariete aut labare fundamine, destinas quaerit, strues congerit, quibus inminentem possit ruinam sedulo diligenterque fulcire, ne sub periculo mansionis discrimen uideatur pendere mansoris? ita ergo et animam recognosce*, inquit, *carni suae desiderare cibum, ex qua ipsum concipit sine dubio desiderium.* haec nempe ille iuuenis sua sensa uerbis luculentissimis et sufficientissimis explicauit asserens non animae requiri alimenta, sed corpori, cura quidem illius, sed tamquam habitantis in domo et moribundae carnis inminentes ruinas prouida refectione fulcientis. et illud ergo explicet tibi, quid anima illa diuitis ruiturum destinare cupiebat, quae mortale corpus iam utique non habebat et tamen sitiebat et aquae stillam de digito pauperis requirebat. habet ubi se exerceat iste doctor senum; quaerat et inueniat, si potuerit, cui rei anima illa apud inferos humidum alimentum uel tam exiguum mendicaret, cum ruinoso habitaculo iam careret.

V. 9. Incorporeum sane deum esse quod credit, gratulor eum hinc saltem a Tertulliani deliramentis esse discretum; ille quippe sicut animam ita etiam deum corporeum esse contendit. a quo iste in hoc dissentiens mirabiliora persuadere molitur deum incorporeum non de nihilo facere, sed de se ipso flatum exhalare corporeum. o doctrinam, cui omnis aetas aures subrigat, quae homines annosos, quae denique presbyteros mereatur habere discipulos! legat, legat

3 Vinc. Victor 13 cf. Luc. 16, 24 20 cf. Tertulliani De anima (CSEL XX 309). August. De haeresibus c. 86 (XLII 46 M). Epist. 190 (CSEL LVII 137)

1 uestitos *G* sitis *C* 4 non nisi *E* eū *C* auc *G* tecta *ABGFm1* tacta *C* premere *A* nutare (n *ex* m) *C* 5 parietē *G* lauare *D* fundamina *G* 7 mansorio *ABG* mansuro *C* mansori *bd* 8 carnis *C* desirare *A* ipsa *G* concupit *ABFb* concepit *E* concypit *C* 10 explicabit *A* 11 illis *A* illius *ex* ipsius *G* habitans *BCG* habitantis (ti *s.l.m1*) *V* 12 refectine *A* 13 quit *A* qui *C* 15 sciebat *C* de *om.F* requirebatur *E* *a uoce* habet *init. sumit noui capit. b* 16 inueat *A* 17 Umidum *A* exiguu *A* 18 rumoso *G* 20 saltī *EFm1* tertuliani *C* tertusliani *Fm1* 21 deum *om.A* esse—incorporeum *om.C* atque (e *mut. m1 in* i, *Benedictini add.* a quo) *F* 22 hoc *om.BG* 23 semetipso *BCFGd* ipso *ED* efflare *E* ō *A* 24 doctrina *EG* hominis *Cb* annos *BCFGb* ammiros *E* 25 quae—quod *om.BCFGb*

in contione quod scripsit, notos atque ignotos, doctos atque indoctos recitaturus inuitet. seniores cum iunioribus conuenite, quod nesciebatis discite, quod numquam audieratis audite. ecce isto docente non aliunde quod aliquo modo est nec ex eo quod omnino non est deus flatum creat, sed ex eo quod ipse est, cum sit incorporeus, corpus sufflat. naturam ergo suam, antequam mutetur in peccati corpore, ipse mutat in corpus. an dicit, quod ex natura sua non mutat aliquid, cum flatum facit? non ergo eum de se ipso facit; non enim aliud est ipse, aliud natura eius. quis hoc insanissimus opinetur? quodsi dicit ita deum de sua natura facere flatum, ut ipse integer maneat, non inde quaestio est, sed utrum quod non aliunde nec de nihilo, sed de illo est, non hoc sit quod ille, id est eiusdem naturae et essentiae. nam et filio genito integer manet; sed quia eum genuit de se ipso, non aliud genuit quam id quod est ipse. excepto enim quod hominem assumpsit et uerbum caro factum est, alius est quidem uerbum dei filius, sed non est aliud; hoc est alia persona est, sed non diuersa natura. et unde hoc, nisi quia non creatus ex alio uel ex nihilo, sed natus ex ipso est, non ut melior quam erat esset, sed omnino ut esset et quod est ille, unde natus est, esset, hoc est unius eiusdemque naturae, aequalis, coaeternus, omni modo similis, pariter inmutabilis, pariter inuisibilis, pariter incorporeus, pariter deus, hoc omnino quod pater, nisi quod filius est ipse, non pater? si autem manet quidem ipse integer deus nec tamen de nullo uel de alio, sed de se ipso diuersum aliquid in deterius creat et de incorporeo deo corpus emanat, absit, ut hoc catholicus animus bibat! non enim est fluentum fontis diuini, sed figmentum cordis humani.

VI. 10. Iam uero quam inepte laboret animam, quam putat esse corpoream, uindicare a passionibus corporis disputans ‘de animae

15 cf. Ioh. 1, 14 29 Vinc. Victor

2 intet *A* conuenit *CG* 3 numquam *om.G* hęc testor docentē *E* 6 impeccati *A* 7 anticit *A* sua natura *d* 8 ipso *om.E* 9 *pr.* est aliud *E* 11 utrū *in mg. E* 13 essentire *C* 14 genuit eum *E* ipse est *ABCFGbd* 15 adsumsit *D* 16 est *alt. om. BCFGb* hoc—est *bis pon. C* 17 talia *A* hoc est *E* 18 est *om. E* 20 est *pr. om. G* 22 in corpore eius *A* 23 *pr.* ipse] in se *C* 24 se *om. C* ḍę deterius *C* 25 hęc *E* 26 bibit *C* fluentum est *E* fortis *C* frigmentum *A* 28 putata ē *E* 29 uindicaret *A* uēdicare *b in mg.* passionis *A*

infantia, de paralyticis et oppressis animae sensibus, de amputatis membris corporis absque animae sectione', non tecum, sed cum illo potius agere debeo; illi quippe insudandum est, ut rationem reddat dictorum suorum, ne de opere iuuenis uelle fatigare uideamur grauitatem senis. quod autem similitudines morum, qui repperiuntur in filiis, non ex animae semine uenire disputat, consequens est quidem, ut hoc sentiant quicumque animae propaginem destruunt, sed nec illi qui hanc astruunt ibi constituunt pondus assertionis suae; uident enim et filios parentum dissimiles moribus, quod ideo fieri putant, quia et ipse unus homo plerumque suis moribus alios mores dissimiles habet non utique anima altera accepta, sed uita in melius uel in deterius commutata. ita dicunt non esse impossibile, ut anima non habeat eos mores, quos habet illa ex qua propagata est, quando quidem ipsa una nunc alios, alias alios habere mores potest. quare si hoc te credis ab isto didicisse, quod anima non sit ex traduce, utinam id uere didicisses! me tibi docendum libentissime traderem; sed aliud est discere, aliud uideri sibi didicisse. si ergo te didicisse arbitraris quod adhuc nescis, non plane didicisti, sed temere credidisti quod libenter audisti et subrepsit tibi falsiloquium per suauiloquium. quod non ideo dico, quia falsum esse iam certus sum animas potius insufflari nouas quam de origine parentum trahi — hoc enim adhuc ab eis qui docere id possunt existimo requirendum —, sed quia iste de hac re ita disseruit, ut non solum eam, quae adhuc discutienda est, non solueret quaestionem, uerum etiam talia diceret, quae falsitatis non habeant dubitationem; cum enim uellet probare dubia, ausus est dicere sine dubio reprobanda.

VII. 11. An uero tu reprobare dubitabis, quod, cum de anima loqueretur: *non uis*, inquit, *animam ex carne peccati contrahere*

28 Vinc. Victor; cf. lib. III 7, 9

1 infantie *A* paraloeticis *A* paraloẹticis (i *s.* oẹ) *BF* para boeticis *C* paraliticis *DEG* 2 menbris *C* ille *A* 5 seni *A* similitudinis *BC* reperiuntur *C* 6 disputaṇt *E* 7 quidā *C* hic *C* 9 quos *D* 10 suis moribus (*in mg.* al. l sibimet dissimilis est) *b* 11 itaque *E* haccepta *A* uitā *F* 12 commotata *A* commutatā *F* ita—quos *om. F* aṅimā *C* 13 ille *ABCFGbd* a quo *bd* ex quo *E* 15 ab isto didicisse credis *E* animcon (*om.* non) *A* tradicit *A* 16 uera *E* 17 aliuṇdē *C* uidere *b* dicisse *A* 18 didici *A* 20 sim *d* 22 adhic *A* qui docere id possunt ab eis *E* existimore quęrendum *A* 23 ac *A* diseruit *A* deseruit *G* 26 est *om. BCGFm1* reprobandā *A* 28 anima *BCG*

ualetudinem, ad quam uicissim sanctificationem uideas transire per carnem, ut per ipsam reparet statum, per quam perdiderat meritum? aut numquid quia baptismo corpus abluitur, non transit ad animam uel spiritum, quod creditur conferri per baptismum? merito ergo per carnem priscam reparat habitudinem, quam uisu fuerat paulisper amisisse per carnem, ut per eam incipiat renasci, per quam meruerat inquinari. uide in his uerbis quantum iste tuus doctor errauerit! dixit 'animam per carnem reparare statum, per quam perdiderat meritum': habuit ergo anima aliquem statum et aliquod meritum bonum ante carnem, quod uult eam reparare per carnem, quando caro lauacro regenerationis abluitur; uixerat itaque alicubi ante carnem in statu et merito bono, quem statum et quod meritum perdidit, cum uenisset in carnem. dixit 'eam per carnem reparare habitudinem priscam, quam uisa fuerat paulisper amisisse per carnem': habuit ergo ante carnem habitudinem antiquam — hoc est enim 'priscam' — et ista qualis esse potuit nisi beata atque laudabilis habitudo? quam reparari per sacramentum baptismatis asseuerat, cum eam nolit ex illa originem trahere per propaginem, quam constat in paradiso aliquando fuisse felicem. quomodo igitur alio loco 'animam se' dicit 'constanter asserere non ex traduce neque ex nihilo neque per semet ipsam neque ante corpus'? ecce isto loco uult animas ante corpus alicubi uiuere tam beate, ut eadem illis per baptismum beatitudo reddatur, et tamquam sui rursus oblitus adiungit et dicit: *ut per eam*, id est per carnem, *incipiat renasci, per quam meruerat inquinari.* superius meritum significauerat bonum perditum fuisse per carnem, nunc autem significat malum meritum, quo factum est, ut ueniret uel mitteretur in carnem dicendo: *per quam meruerat inquinari;* si enim meretur inquinari, non est utique meritum bonum. dicat quid peccauit, antequam per carnem inquinaretur, ut per carnem inquinari

11 cf. Tit. 3, 5 21. 25. 29 Vinc. Victor

1 ualitudinem *BCEFG* 3 per baptismū *E* ablutū *E* non *om. E* 4 transferri *E* 8 errauerit doctor *BCFGd* erret doctor *E* reparere *D* 10 quod] sed quid *E* ea *A*, *om. E* 11 caro *om. E* regerationis *G* 12 uix erat *b* aliquibus *A* 14 eam] etiam *D* 16 habitudine mariti quam *A* enim *om. G* 18 seuerat *A* 19 proginem *A* originem *BCFGb* 21 se dicit *om. A* 29 si*E* mereretur *CF* 31 ut] et *Gb*

mereretur; dicat, si potest, quod nullo modo potest, quia inuenire hic quid uerum dicat omnino non potest.

VIII. 12. Item aliquanto post ait: *anima itaque si peccatrix esse meruit, quae peccatrix esse non potuit, tamen neque in peccato remansit, quia in Christo praefigurata in peccato esse non debuit, sicut esse non potuit.* rogo te, frater, putasne ista saltem postea legisti et considerasti et quid in recitante laudaueris uel unde post recitationem gratias egeris cogitasti? quid est, obsecro te: *anima itaque si peccatrix esse meruit, quae peccatrix esse non potuit?* quid est 'meruit' et 'non potuit', cum mereri hoc non posset, nisi peccatrix fuisset, non autem fuisset, nisi esse potuisset, ut ante omne malum meritum peccans inde sibi meritum faceret, unde ad alia peccata descrente domino perueniret? an ideo dixit: *quae peccatrix esse non potuit*, quia, nisi in carnem ueniret, peccatrix esse non posset? quid ergo meruit, ut eo mitteretur, ubi peccatrix esse posset, quo nisi uenisset alibi peccatrix esse non posset? dicat, quid meruit. si enim meruit esse peccatrix, aliquid iam peccauerat, unde mereretur iterum esse peccatrix; si autem nihil peccauerat, unde meruit esse peccatrix? sed haec fortassis obscura uideantur aut obscura esse iactentur, cum sint apertissima. neque enim dicere debuit, quod anima meruerit peccatrix esse per carnem, cuius nec bonum nec malum meritum repperire poterit ante carnem.

IX. 13. Sed ad manifestiora ueniamus. cum enim magnis coartaretur angustiis, quomodo animae originalis peccati uinculo teneantur obstrictae, si non ex illa trahunt originem, quae prima peccauit, sed eas puras ab omni contagione et propagatione peccati peccatrici carni creator insufflat, ne dicatur illi, quod sic insufflando eas deus efficit reas, primo de praescientia dei hanc opinionem munire temptauit, 'quod eis praeparauerit redem-

3 Vinc. Victor; cf. lib. I 8, 8. III 8, 11 9. 14. 30 Vinc. Victor

1 nullo] illo *A* 4 nāque *C* 5 potuit *Fm2* 6 potuit] debuit *F* ista *om. F* saltī *bis pos. semel eras. F, E* 10 potuisset *BCFGbd* 14 carne *EFG* uenerit *E* 15 possit *E* eo *om. F* eo mitteretur] omitteretur *BCG* 16 potuit *E* 19 si autem—peccatrix *om. ABCFGbd* 20 *pr.* obscura] *add.* esse *BCFGbd* 22 meruit esse peccatrix *E* per] post *E* 24 manifestatiora *CGFm1* 25 origenalis *E* uinclo *E* 27 puras] curas *BC* propagine *G* 28 illi *om. C* 29 deus eas *E* presentia *G* 30 redemptionem *codd. praeter A*

tionem'. in cuius redemtionis sacramento paruuli baptizantur, ut abluatur originale peccatum, quod de carne traxerunt; quasi facta sua deus emendet, quod eas insontes fecerat inquinari. sed posteaquam uentum est, ut de illis loqueretur, quibus tali non subuenitur auxilio et antequam baptizentur exspirant: *in hoc*, inquit, *loco non me quasi auctorem spondeo, sed aliquid de exemplo conicio. habendam dicimus de infantibus istius modi rationem, qui praedestinati baptismo uitae praesentis, antequam renascantur in Christo, praeueniuntur occiduo. legimus enim*, inquit, *de talibus scriptum: raptus est, ne malitia mutet illius intellectum aut ne fictio decipiat animam eius. propter hoc properauit de medio iniquitatis illum educere; placita enim erat deo anima eius, et: consummatus in breui repleuit tempora longa.* quis istum dedignetur habere doctorem? ergone paruuli, quos plerumque uolunt homines baptizari et, dum curritur, ante moriuntur, si retardarentur in ista paululum uita, ut baptizati continuo morerentur, malitia mutaret intellectum eorum et fictio deciperet animam eorum et, ne hoc eis contingeret, subuentum est illis, ut ante raperentur quam baptizarentur? in ipso ergo baptismate mutarentur in peius et fictione deciperentur, si post baptisma raperentur. o ammiranda atque sectanda, immo uero detestanda et exsecranda doctrina! sed hoc de uestra prudentia, qui affuistis, cum recitaret, iste praesumpsit et de tua maxime, ad quem scripsit et cui recitatos libros tradidit, ut credituros uos esse confideret de non baptizatis infantibus esse scriptum, quod de omnium sanctorum inmaturis aetatibus scriptum est, cum quibus male actum stulti arbitrantur, si de hac uita celeriter rapti

5 Vinc. Victor 10 Sap. 4, 11. 14 14 Sap. 4, 13

1 paruuli—traxerunt *om. A* 2 abluaṇtur *G* cōtraxerunt *E* 3 fecerent *C* 5 expirant *A* 7 conitio *A* coniceo *E* instantibus *BCFG* huiusmodi *Ē* 8 praedistinanti *C* 10 maliciā utet *A* mutaret *BCEFG* 11 aut] ut *D* deciperet *d* 13 deo erat *d* 14 animā *A* expleuit *E* 15 longa] multa *E* 16 baptizare *D* 17 retradarentur *C* paululum in ista *E* 19 *pr.* illorum *bd* e*is (g *er.*) *A* 20 illis est *BCFGd* raparentur *C* quam baptizarentur *om.C* 22 si—raperentur *om.C* reparentur *E* 23 immo uero—exsecranda *om. BCFGbd* 24 recitare *E* istę (*s.* ę *add.* a) *F*, e *ex* a *G* 25 *alt.* et] ut *C* 26 libros *om.F* credituros uos] creditus suos *BG* creditur suos *CF* 27 n̄ de *E* 28 inmutaris *CG* in maturis *b* est *om.E* 29 ac *C*

fuerint nec ad annos, quos homines pro magno diuino munere sibi exoptant, peruenire potuerint. quale est autem dicere 'infantes praedestinatos baptismo uitae praesentis, antequam renascantur in Christo, occiduo praeueniri', uelut aliqua uis fortunae seu fati siue cuiuslibet rei non permittat deum quod praedestinauit implere? et quomodo ipse illos rapit, quia placuerunt illi? an eos et ipse praedestinat baptizari et ipse quod praedestinauit non sinit fieri?

X. 14. Sed adtende quid adhuc audeat, cui displicet in tanta huius profunditate quaestionis cautior quam scientior nostra cunctatio: *ausim dicere*, inquit, *istos peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, non tamen ut caeleste inducantur in regnum, sicuti latroni confesso quidem sed non baptizato dominus non caelorum regnum tribuit, sed paradisum, cum utique iam maneret: q u i n o n r e n a t u s f u e r i t e x a q u a e t s p i r i t u s a n c t o, n o n i n t r a b i t i n r e g n u m c a e l o r u m, praecipue quia multas esse mansiones apud patrem suum dominus profitetur, in quibus designantur merita multa et diuersa mansorum, ut hic non baptizatus perducatur ad ueniam, baptizatus ad palmam, quae est parata per gratiam.* cernis hominem paradisum atque mansiones, quae sunt apud patrem, a regno separare caelorum, ut etiam non baptizatis abundent loca sempiternae felicitatis. nec uidet, cum ista dicit, ita se nolle baptizati cuiuspiam paruuli mansionem a caelorum regno separare, ut ipsam dei patris domum uel aliquas partes eius inde separare non timeat; neque enim dominus Iesus in uniuersitate creaturae uel in qualibet uniuersitatis parte, sed: i n d o m o p a t r i s m e i, dixit, m u l t a e m a n s i o n e s s u n t. quomodo ergo erit in dei patris domo non baptizatus, cum deum patrem habere non

3. 11 Vinc. Victor 13 cf. Luc. 23, 43 15 Ioh. 3, 5 17 cf. Ioh. 14, 2 27 Ioh. 14, 2

3 praedistinatos *C* 4 renascuntur *F* nascantur *E* 5 seu] siue *d* *alt.* seu *G* 6 implere *** praedestinauit (*in mg.* quod) *E* ipse *om. C* 7 illi] ei *b* et *pr. om. BCFb* 11 *uoce* ausim *inc. c. X b* 13 sicuti *A* sicut in *D* sicut *cet.* quidem confesso *G* confessio *B* 15 minaretur *G* fuerit (*s. l.*) renatus *D* 17 qua *C* multos *A* 18 designatur *A* 19 hinc *D* 20 qua. ē. *A* carnes (e *in* i *mut.*) *C* paradisum *om. BCGFm1b* 21 atque] eque *b* 24 a *om. BCGFm1* ipsa *A* 26 dns is *ABC* dns IIS (*m. 2* IHS) *F* dns his *G* Iesus *om. b* uniuersitate] uniuerse (ę) *BG* 28 multę mansiones *AD* mans. multae *cet.*

possit nisi renatus? non sit ingratus deo, qui eum dignatus est a Donatistarum uel Rogatistarum diuisione liberare, ut ipsam domum dei patris quaerat diuidere et aliquam eius partem extra regnum caelorum ponere, ubi non baptizati ualeant habitare. et quo pacto ipse regnum caelorum se intraturum esse praesumit, de quo regno in quanta uult parte domum ipsius regis excludit? sed de latrone illo, qui iuxta dominum crucifixus sperauit in dominum etiam crucifixum, et de fratre sanctae Perpetuae Dinocrate argumentatur, quod etiam non baptizatis dari possit indulgentia peccatorum et sedes aliqua beatorum; quasi quisquam, cui non credere nefas esset, huic indicauerit quod non fuerint baptizati. de quibus tamen in eo libro, quem scripsi ad fratrem nostrum Renatum, plenius quid mihi uideretur exposui. quod tua dilectio poterit nosse, si non spreueris legere; nam ille petenti non poterit denegare.

XI. 15. Aestuat tamen iste atque horrendis suffocatur angustiis; adtentius enim fortasse quam tu quid mali dicat adtendit praeter Christi scilicet baptismum solui in parunlis originale peccatum. denique, ut aliquatenus in hac causa uel sero ad ecclesiae sacramenta confugiat: *pro his sane*, inquit, *oblationes assiduas et offerenda iugiter sanctorum censeo sacrificia sacerdotum*. habeto istum, si placet, etiam censorem, si parum fuerat habere doctorem, ut sacrificium corporis Christi etiam pro his offeras, qui Christo non sunt incorporati. rem quippe tam nouam atque a disciplina ecclesiastica et a regula ueritatis alienam cum libris suis auderet inserere, non ait 'puto', non ait 'existimo', non ait 'arbitror', non ait saltem 'suggero' uel 'dico', sed 'censeo', ut scilicet, si offenderemur nouitate seu peruersitate sententiae, terreremur

7 cf. Luc. 23, 43 12 cf. pag. 310, 19—312, 31 20 Vinc. Victor; cf. pag. 310, 29—311, 1

1 possint *C* 2 ad *C*, *om. Dm1* donadistarum *C* rogatistarunt *A* rogatarū *C* diuersione *C* 6 praesumet *E* quantą (*s.* ą *add.* ū) *F* parte *om. F* 7 dn̄o *G* 8 crucifixo *G* sane *ABCGFm1* 9 dinograte *D* diuocrate *b* (*semper* u *pro* n) argumtatus *ABCG* 11 quia si *CG* qu∗asi *F* 12 in] id *C* 13 uidetur *A* 17 *uoce* adtentius *inc. c. XI b* Attene uis *A* malidicat *B* maledicat *CG* 18 originali *C* 19 ut *om. F* hac] ac *AC* 22 c̣o̩ncensorem *C* partū *G* dictorem *G* 23 auferas *A* 25 ecclesiasticam *A* 1 a *om. CE* 26 suis (s *init. ex* t) *E* audere *A* audiret *C* exestimo *A* 27 salutem *A* saltī *EFm1* 28 terremur *EG*

auctoritate censurae. uideris tu, frater, quomodo sustinere possis istum docentem; catholici tamen qui sanum sapiunt sacerdotes, quibus et te oportet adiungi, absit ut adquiescant istum audire censentem, quem potius optant resipiscentem ac dolentem et quod ista senserit, immo uero etiam scripserit correctione saluberrima paenitentem. *sed hoc*, inquit, *exemplo Machabeorum in proelio cadentium astruo faciendum, qui cum furtim de interdictis auferrent atque in ipso certamine cecidissent, a sacerdotibus*, ait, *inuenimus hoc initum fuisse consilium, ut quorum animas ex uetito reatus obstrinxerat, sacrificiorum oblatio repararet.* ita istuc dicit, quasi pro incircumcisis illa oblata legerit sacrificia, sicut haec nostra pro non baptizatis censuit offerenda. circumcisio quippe fuit illius temporis sacramentum, quod praefigurabat nostri temporis baptismum.

XII. 16. Verum tamen iste in sui comparatione qualis posterius apparuit tolerabilius adhuc errat. nam uelut paenituerit eum — non quod debuit paenitere, id est quod ausus fuerit asserere non baptizatis relaxari originale peccatum atque indulgentiam dari omnium peccatorum, ut in paradisum, hoc est locum tantae felicitatis, mittantur et beatas mansiones in domo dei patris habere mereantur, sed illud eum potius paenituerit, quod eis minoris beatitudinis extra regnum caelorum concesserit sedes —, adiunxit atque ait: *aut si forte quispiam reluctetur latronis animae uel Dinocratis interim temporarie conlatum paradisum — nam superesse illis adhuc in resurrectione praemium regni caelorum quamquam sententia illa principalis obsistat, quia q u i n o n r e n a t u s f u e r i t e x a q u a e t s p i r i t u s a n c t o, n o n i n t r a b i t i n r e g n u m c a e l o r u m —,*

6 Vinc. Victor; cf. II Mach. 12, 39—46 23 Vinc. Victor 27 Ioh. 3, 5

2 ista *b* 4 recensentem *C* quā *BCGFm1* ac dolent (*in mg.* al. dolentē) *b* 5 correptione *A* (*s.* p *add.* c) correctionē *C*, *b in mg.* correptione *BG*, *b in textu* 6 macchabeorum *A* 9 init*um *E* consilium fuisse *BCFGbd* 10 uetito *om. F* obstrixerat *A* (s *s. l.*), *G* ita] ista *BCFG* istud *Ed* 11 *egerit *D* 12 num *A* 15 posterior *A* 17 quid *E* debuerit *F* 20 beatis *C* 21 dei *om. BCFGd* 23 adiuncxit *A* aut] at *E* 24 uel *om. A* conlatam *D* 25 nam] iam *b* in *om. G* resuccione *A* 26 quēquam *E* 27 qui *om. A* renatis *A* 28 non *om. A*

tamen teneat etiam meum in hac parte non inuidentis assensum, modo misericordiae praescientiaeque diuinae et effectum amplificet et affectum. haec uerba in secundo libro eius lecta descripsi. numquid in hac causa erroris audaciam, temeritatem, praesumtionem habere quispiam posset ampliorem? ipse sententiam dominicam recordatur, ipse commemorat, ipse suis litteris interponit, ipse dicit: *quamquam sententia illa principalis obsistat, quia qui non renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum*, et audet tamen suae censurae leuare ceruicem contra sententiam principalem! *teneat*, inquit, *etiam meum non inuidentis assensum*, qui dicit animas non baptizatorum temporarie mereri paradisum — propter has enim latronem atque Dinocratem tamquam praescribendo uel potius praeiudicando commemorat —, in resurrectione autem in meliora transferri et regni caelorum percipere praemium, *quamquam sententia*, inquit, *principalis obsistat.* iam ergo ipse considera, quaeso te, frater, quisquis cuipiam praebet assensum aduersus auctoritatem sententiae principalis, quam sententiam merebitur principis!

17. Nouellos hereticos Pelagianos iustissime conciliorum catholicorum et sedis apostolicae damnauit auctoritas, eo quod ausi fuerint non baptizatis paruulis dare quietis et salutis locum etiam praeter regnum caelorum. quod ausi non fuissent, nisi negarent eos habere originale peccatum, quod opus esset absolui per baptismatis sacramentum. iste autem sicut catholicus dicit paruulos originali obstrictos esse peccato et tamen eos ab huiusmodi uinculo sine lauacro regenerationis absoluit et post mortem in paradisum misericors mittit, post resurrectionem uero etiam in regnum caelorum misericordior introducit. talis sibi Saul misericors uisus est, quando pepercit regi quem deus praecepit occidi;

7. 11. 16 Vinc. Victor 8 Ioh. 3, 5 29 cf. I Regn. c. 15

1 euidentis *CFm1* inuidens *E* 2 effectu *A* amperlificet *C* 3 eius libro *bd* describi *A* 4 praesūptionem *codd. praet. A* 5 possit *E* 6 ipse commemorat *om. F* 7 sententiae *C* 8 non *om. BG* 11 etiam inquit *E* assensu *A* 12 animās *A* temporię *A* 13 dinocraten *AECF* quāquā *A* 17 te *om. E* 20 nouellus *A* pelagianus *A* 21 ego *A* 23 fuerint *C* 24 origenale *C* 25 per baptismatis *om. E* 26 origenali *C* 30 ḥoccidi *A*

sed merito inoboediens misericordia uel misericors inoboedientia reprobata atque damnata est, ut caueat homo, ne ab illo misericordiam mereatur homo contra eius sententiam, a quo factus est homo. intonat per os proprii corporis ueritas: si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum dei. atque ut ab hac sententia exceptos martyres faciat, quibus contigerit ante pro Christi nomine occidi quam Christi baptismate dilui, dicit alio loco: qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. et ne cuiquam, qui non renatus fuerit christianae fidei lauacro, promittatur peccati originalis abolitio, clamat apostolus: per unius delictum in omnes homines ad condemnationem. contra quam condemnationem dominus unum esse ostendens salutis auxilium: qui crediderit, inquit, et baptizatus fuerit, saluus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur. cuius mysterium credulitatis in paruulis per eorum responsionem a quibus gestantur impletur, ne, si factum non fuerit, eant ex uno omnes in condemnationem. et tamen contra tam manifestas uoces, quas concinit ueritas, procedit in medium magis uaecors quam misericors uanitas et dicit: *non solum non eunt in damnationem paruuli, etsi nullum eos christianae fidei lauacrum a uinculo peccati originalis absoluat, uerum etiam felicitate paradisi post mortem interim perfruuntur, post resurrectionem autem etiam regni caelorum felicitatem possidebunt.* haec iste contra catholicam fundatissimam fidem numquid dicere auderet, si quaestionem soluendam de animae origine uires suas excedentem suscipere non auderet?

XIII. 18. Horrendis est enim coartatus angustiis ab eis qui dicunt: *cur deus animam tam iniusta animaduersione multauit, ut*

4 Ioh. 3, 5 9 Matth. 10, 39 12 Rom. 5, 18 15 Marc. 16, 16
21 Vinc. Victor 30 idem; cf. pag. 308, 3—6

5 fuerit renatus *d* fuerit *om. BCG* potest *om. D* 6 introibit *D* 7 excepto *A* pro *om. E* 8 hoccidi *A* in alio *E* 13 *alt.* damnationem *B* dāpnationem *G* 14 ostendit *E* 16 autem] uero *bd* crediderit *m2 ex* dederit *F* 17 Vius *A* 18 ne si] nisi *G* non *om. G* 19 in *om. A* 21 uecors *BEFG* 23 originalis peccati *BCFGbd* felicitatem *BCG* 24 autem] uero *bd* 25 felicitatem] beatitudinem *AE* felicitate *C* 30 dominus *E* tam] *add.* inimiotam *G* animaduersionem *C* animaduersionē *G*

in corpus eam peccati relegare uoluerit, cum consortio carnis peccatrix esse incipit, quae peccatrix esse non potuit? utique enim dicunt: ‘non potuit anima esse peccatrix, nisi eam deus miscuisset carnis consortio peccatricis.‘ qua ergo iustitia id fecerit deus, cum iste inuenire non posset — maxime propter aeternam damnationem morientium paruulorum, quibus non baptizatis expiatum non fuerit originale peccatum —, cur itaque deus iustus et bonus parui-lorum animas, quibus praesciuit non subuenturum christianae gratiae sacramentum, ab omni noxa propaginis liberas mittendo in corpus quod ex Adam trahitur uinculo peccati originalis obstrinxerit atque isto modo reas aeternae damnationis effecerit, cum inuenire non posset nec uellet dicere etiam ipsas ex illa una originem trahere peccatricem, maluit per naufragium miserabile exire quam temerarium cursum uelis depositis et remis suae disputationis inhibitis prouida deliberatione frenare. uiluit quippe iuueni senilis nostra cunctatio, quasi huic molestissimae ac periculosissimae quaestioni magis fuerit impetus eloquentiae quam consilium prudentiae necessarium. et praeuidit etiam hoc ipse, sed frustra; nam haec sibi uelut ab aduersariis propositurus obiecta: *exhinc alia*, inquit, *substruuntur obprobria querulis murmurationibus oblatrantum et excussi quasi quodam turbine identidem inter immania saxa conlidimur.* his praedictis quaestionem supra dictam scopulosissimam sibi proposuit, ubi a fide catholica naufragauit, nisi refecerit paenitendo quod fregit. illum ego turbinem atque illa saxa deuitans nauem illis committere nolui et de hac re ita scripsi, ut rationem potius cunctationis meae quam temeritatem praesumptionis ostenderem. quod opus-

19 Vinc. Victor; cf. pag. 309, 9 25 cf. Aug. De libero arbitrio III 59—62 (XXXII 1296 M). De pecc. meritis II 36, 58. Epist. 166 (CSEL XXXXIV 545). Epist. 190 (CSEL LVII 137)

1 religare *BCDEFG* consortia *A* 2 hinc cepit *E* 3 non] nā *A* deus eam *E* misguisset *A* micuisset *Fm1* 4 consortia *A* deus id fecerit *E* 5 possit *E* 9 noxia *E* propaganis *F* 10 obstrixeri∗t *G* obstrincxerit (n *s. l.*) *F* 11 efficerit *AC* 14 dispositis *GB a. c.* inibitis *A* indebitis *E* 15 inueni *A* 16 cunctati *A* cuntatio *C* uic *A* hac *C* quaestione *C* 18 hoc etiam *ABCF* nam ex *A* 19 subtruuntur *C* substrạhuntur (*s.* ạh *m1 add.* u) *F* 20 querellis *A* quaerulis *BCG* oblatrantium *AEF; cf. 309, 10* 21 turpidinem *A* uiṭṭor inter *B* uictor inter *CEG* uictor es inter *F* (es s. *l.*) 22 scopolosissimam *CGm1* 23 reficerit *AE* penitudo *E* 24 ergo *BG* turpidinem *A* saxa *om. E* 25 ac *A*

culum meum cum apud te inuenisset, inrisit seque illis cautibus animosiore impetu quam consultiore commisit. sed quo eum praefidentia ista perduxerit, puto quod nunc uideas; uberius autem ago deo gratias, si et antea iam uidebas. cum enim nollet cohibere praecipitem cursum propter ancipitem excursum, miserabilem inuenit incursum asserens deum parmulis sine christiana regeneratione defunctis et modo paradisum et postea regnum conferre caelorum.

XIV. 19. Scripturarum uero testimonia quaecumque posuit, quibus animas deum non ex illius primae propagine adtrahere, sed sicut ipsam primam suas quibusque singulis insufflare uelut probare conatus est, ita sunt, quod ad istam quaestionem adtinet, incerta et ambigua, ut etiam aliter accipi quam ipse uult facillime possint. quod iam in eo libro, quem scripsi ad amicum nostrum, cuius commemorationem superius feci, satis, quantum existimo, demonstraui. testimonia quippe ipsa quae adhibuit, ubi legitur deus animas uel dare uel facere uel fingere, unde illas det uel unde faciat siue fingat non ostendunt: utrum ex propagine illius primae an insufflando sicut illam primam. iste autem ex eo ipso, quod legitur animas deus dare siue facere siue fingere, iam putat animarum negatam esse propaginem, cum deus eadem scriptura teste etiam corpora det siue faciat siue fingat, quae tamen ab illo ex propagine seminis dari, fieri, fingi nemo ambigit.

20. Item quod scriptum est ex uno sanguine deum fecisse omne genus hominum uel quod ait Adam: h o c n u n c o s e x o s s i b u s m e i s e t c a r o d e c a r n e m e a, quia neque ibi dictum est ‘ex una anima‘ neque hic ‘anima de anima mea‘, putat negari animas filiorum ex parentibus uel illius mulieris ex uiro; quasi uero, si non ‘ex uno sanguine‘, sed ‘ex una anima‘ diceretur, aliud quam totus homo intellegeretur nec corporis propagatio negaretur. sic etiam si dictum esset: ‘anima de anima mea,‘ non

14 cf. pag. 317, 11—325 15 cf. Esai. 42, 5. 57, 16. Zach. 12, 1 23 cf. Act. 17, 26; cf. pag. 320, 12 sqq. 24 Gen. 2, 23

1 seque] deque *A* sequaē *C* 2 prouidentia *E* 4 ante *E* cohiberem *A* 5 anti cipitē *ABCFG* 9 animas] amicis *G* 12 ipse] ut *E* 14 exestimo *AC* 15 athibuit *Fm1* 16 dat *F* facit *F* fingit *Fm2* 18 illam sicut *E* 19 dm̄ *E* 21 faciet *ACm1* propaginis semine *codd.* 22 ambiget *E* 24 adam ait *Ab* 26 est dictum *E* putāt *E* 29 aliud *m2 s. exp.* illud *C* 30 ne negaretur *C*

utique negaretur caro, quam de illo exemtam fuisse constabat; a parte enim totum sicut etiam a toto partem plerumque scriptura significat. nam certe si non 'ex uno sanguine' sed 'ex uno homine' illo loco scriptum esset institutum esse genus humanum, unde iste adhibuit testimonium, non praeiudicaret istis qui negant animarum propaginem, quamuis non sola anima nec sola caro, sed utrumque sit homo. responderent enim a toto partem, id est ab homine solam hominis carnem, scripturam significare potuisse. sic ergo et hi qui defendunt animarum propaginem illud quod dictum est' ex uno sanguine' per sanguinem scilicet hominem, id est a parte totum, significatum esse contendunt. sicut enim uidetur illos iuuare quod dictum est 'ex uno sanguine' nec dictum est 'ex uno homine', sic uidetur et istos iuuare quod dictum est: p e r u n u m h o m i n e m p e c c a t u m i n t r a u i t i n m u n d n m e t p e r p e c c a t u m m o r s e t i t a i n o m n e s h o m i n e s p e r t r a n s i i t, i n q u o o m n e s p e c c a u e r u n t, nec dictum est 'in quo omnium caro peccauit'. itemque sicut illos uidetur iuuare quod dictum est: h o c n u n c o s e x e s s i b u s m e i s e t c a r o d e c a r n e m e a, quia pars est dicta, non totum, sic iterum istos, quod ibi continuo sequitur: h a e c u o c a b i t u r m u l i e r, q u o n i a m d e u i r o s u o s u m t a e s t. debuit enim dici aiunt 'quoniam de uiro suo caro eius sumta est', si non tota mulier, id est cum anima, sed sola caro sumeretur ex uiro. porro autem utrisque auditis qui sine studio partium iudicat, uidet profecto nec contra istos qui propaginem animarum defendunt proferenda illa testimonia ubi pars nominatur, quia potuit scriptura significare illic a parte totum — sicut u e r b u m c a r o f a c t u m e s t cum legimus, non utique carnem solam, sed hominem totum intellegimus —, nec contra illos qui propaginem animarum destruunt ista proferenda, ubi non pars hominis, sed totum commemoratur, quia potuit ibi scriptura a toto partem significare, sicut sepultum confitemur Christum, cum caro

14 Rom. 5, 12 19 Gen. 2, 23 21 Gen. 2, 24 29 Ioh. 1, 14

1 negatur *E* exemta *C* exētam *D* exeptam *G* aperte *C* 2 ad partem *E* scribturo *A* 7 ad partem *E* 9 hii *C* hii *E* ii *d* 11 uidet *C* 18 item *F* 20 qui *A* 22 sumpta *codd. praet. A* aiunt *om. E* 28 illi caperte *A* 32 cōmerat̄ ****C* 33 cum *bis pon. C* eius caro *bd*

eius sola sepulta sit. ac per hoc propaginem animarum nec temere astruendam nec temere destruendam dicimus, sed ammonemus alia testimonia esse quaerenda, quae non inueniantur ambigua.

XV. 21. Quamobrem quid te iste docuerit et unde gratias egeris, nondum scio. manet quippe illa quaestio, sicut erat, in qua quaeritur de animarum origine, utrum illas deus ex propagine illius unius, quam primo insufflauit homini, an ex flatu suo, sicut primo homini, det, faciat, fingat hominibus, quas eum dare, facere, fingere fides christiana non dubitat. quam quaestionem iste cum soluere conaretur nec uires suas intueretur, destruens animarum propaginem et asserens 'eas puras ab omni contagione peccati' non de nihilo, sed 'de se ipso insufflare creatorem' et naturam dei mutabilitatis obprobrio, quod necesse non fuerat, infamauit et, dum uult reddere rationem, ne deus credatur iniustus, si puras ab omni peccato animas, etiam illas, quas christiana regeneratione non redimit, uinculo peccati originalis innectit, ea dixit quae te nolo docuerit. tantum enim salutis et felicitatis non baptizatis paruulis tribuit, quantum nec Pelagiana heresis potuit. et tamen de tot milibus paruulorum, qui nascuntur ex impiis et inter impios moriuntur, non quibus homines per baptismum, cum uelint, subuenire non possunt, sed de quibus baptizandis nemo potuit uel poterit cogitare nec quisquam pro eis obtulit uel oblaturus est sacrificium, quod iste etiam pro non baptizandis censuit offerendum, quid diceret non inuenit. de quibus si fuerit interrogatus, eorum animae quid meruerint, ut illas deus nec abluendas baptismo nec expiandas Christi corporis et sanguinis sacrificio et in aeternum damnandas carni inseruerit peccatrici, aut omnino haerebit et ei nostra cunctatio uel sero placebit aut simul pro omnibus paruulis, qui toto orbe terrarum sine christiano baptismate moriuntur, etiam eorum nominibus tacitis, quoniam nesciuntur in ecclesia Christi, non incorporatis corpori Christi offerendum corpus Christi esse censebit.

11 Vinc. Victor 22 cf. pag. 310, 19—311, 1

3 esse testimonia *E* inueniuntur *A* 7 *post* unius *ras.*, *in qua* quā primus *cogn. A* ** suffla*** *A* 8 primū *A* facere *bis B* 12 se *om. A* 13 oppropriо *A* 14 ratione *A* iniustas *G* 15 redemit *BCFGb* 16 docueris *A* 17 felicitatis et salutis *E* baptismatis *A* tribuit paruulis *BG* 18 hereses *BGFm1* heresis *C* (is *s. l.*) 19 inter impiis *E* 20 uelit *A* possint *E* 23 pro nobis baptizatis *d* 25 expiendas *A* 26 inserit *codd. nostri* inseruerit *aliquot codd. deteriores a nobis collati* inserat *bd* 28 $\overline{\text{xpi}}$ *E* 29 tatitis *A* 30 haec clesia *A* incorporatas *Fm1*

XVI. 22. Absit a te, frater, ut haec tibi placeant, absit, ut ista uel didicisse gaudeas uel docere praesumas; alioquin longe melior inuenietur ipse quam tu, quia in exordio primi sui libri modeste atque humiliter praelocutus est dicens: *cum tibi parere desidero, notam praesumtionis incurri;* et paulo post: *quando quidem*, inquit, *nec mihi ipse sim credulus ea quae dixero posse probari studeamque semper etiam propriam sententiam non tueri, si inprobabilis detegatur, et sit mihi cordi proprio damnato iudicio meliora magis et quae sint ueriora sectari. nam ut est optimi propositi laudandique consilii facile ad ueriora transduci, ita inprobi obstinatique iudicii est nolle citius ad tramitem rationis inflecti.* haec quippe ille si ueraciter dixit atque ut locutus est sentit, magnae profecto spei animum gerit. item in fine libri secundi: *nec putes*, inquit, *ad inuidiam tuam forsitan reuocandum, cum in tua dictorum meorum constituam potestate iudicium. ac ne forte cuiusquam curiosi lectoris obtutus inter inlitas fibras elementorum uestigia remanentia sollicitent et offendant, contextam paginae seriem pollice seuero discerpe meque huius censionis experte puni atramenta quae indigna eloquia signauerunt, ne hac occasione et tuum erga me iudicium, quo mihi uehementer indulges, et meae quae latebant ineptiae rideantur.*

XVII. 23. Isto igitur cum ille suos libros et initio praemuniuerit et termino communiuerit atque tuis humeris imposuerit onus religiosum correctionis et emendationis suae, hoc apud te inueniat quod petiuit, ut emendes eum iustus in misericordia et arguas eum; oleum autem peccatoris, quo inpinguetur caput eius, absit a manibus atque

4.5 Vinc. Victor 13 Vinc. Victor 24 cf. Ps. 140, 5

1 *alt.* absit *om.E* 2 didicisse] *add.* te *AE* 3 libri sui *E* 4 desiderem *E* 5 praesumptoris *D* incurro *Fm2d* 6 credulus sim *E* 7 tueris (*om.* si) *A* 8 iudicio damnato *BCFGd* sunt *Eb* 9 sicut *E* utē *m2 s. exp.* aut *C* 11 attramitē *A* infecti *A* 12 ut *om.G* sensit *E* animā *F* 13 item—secundi *om. BCG* 14 cum] quā *ABCG* quod *F* (od *s.* ạ), *bd* 15 ac] at *b* optutus *AF* inter *om.E* 16 inlicitas *ABCF* licitas *G* illatas *E* 17 contextan *A* pollicere uero *BCG* pollice uero seuere *E* pollicerẹuo *F* (t *s.* rẹ) discerper *E* discerpere *G* ne (*s. l.*) meque *F* neque *G* huiusmodi *E* 18 expertē *Bb* expạrte *F* (e *s.* ạ *m2*) puniat *BCEFm1G* atramento *b* indignę loquia *D* significauerunt *BCFG* occasionē *C* 20 maeę *F* 21 Isto igitur modo *b* praemunierit *C* 22 comminuerit *G* tui summeris *A* religionis *BGb* 24 emendet *A* 25 inpingetur *CFm1*

osculis tuis, id est assentatio indecens adulantis et deceptoria lenitudo blandientis. quodsi emendare neglegis cum uideas emendandum, aduersus caritatem facis; si autem tibi emendandus propterea non uidetur, quia putas eum recte ista sensisse, aduersus ueritatem sapis. et ideo ille melior, qui emendari est paratior, si non defuerit emendator, quam tu, si uel sciens inridenter contemnis errantem uel nesciens pariter sectaris errorem. omnia itaque in eisdem libris ad te scriptis et tibi traditis sobrie uigilanterque considera, et plura quam ego inuenies fortasse culpanda. et quaecumque ibi sunt adprobanda atque laudanda, si quid in eis reuera forsitan ignorabas atque isto disserente didicisti, euidenter profitere quid illud sit, ut de hoc te gratias egisse, non de his quae illic inprobanda tam multa sunt, omnes nouerint, qui uel recitante illo tecum simul audierunt uel eosdem postea libros legerunt, ne in eius ornato eloquio tamquam in pretioso poculo te inuitante etsi non bibente uenenum bibant, si tu quid inde biberis et quid non biberis nesciunt et propter laudem tuam omnia illic bibenda salubriter arbitrantur. quamuis et audire et legere et quae dicta sunt haurire memoria quid est nisi bibere? sed praedixit dominus de fidelibus suis, quod et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. ac per hoc qui cum iudicio legunt et secundum regulam fidei adprobanda adprobant et inprobant inprobanda, etiamsi commendant memoriae quae inprobanda dicuntur, nulla uenenata sententiarum prauitate laeduntur. haec me grauitatem et religionem tuam siue mutua siue praeuia caritate monuisse uel commonuisse minime paenitebit domino miserante, quomodolibet accipias, quod tibi praerogandum putaui. agam uero uberes ei gratias, de cuius misericordia saluberrimum est fidere, si ab his prauitatibus et erroribus, quos ex libris huius

19 Marc. 16, 18

1 oculis *BCEFGbd* indicens *F* denitudo *A* 2 plandientis *C* 3 facis] pacis *ABC* emendandus tibi *BG* 4 iste *C* 5 emẽdare *C* paratior] patior *A* 6 si *om.F* 7 atte *A* 9 ab probanda *A* 10 siquit *G* 11 ut] et *CE* 12 his] illis *E* 13 sunt *Fm1* nouerunt *BCGb* uel] uult *C* 14 ornatu *ABCGFm1* 16 *pr.* liberes *A* et *fin.*] ut *E* 17 arbitrentur *G* 19 dominus *om. G* 20 eius *A* eos *E* quibuscum *A* quicūque (*om.* cum) *E* 21 abprobanda *A* 22 commendent *E* 23 nulla] *add.* licet *D* 24 legionem *C* 27 ei uberes *DE* saluberrime *A* 28 ab is *A* prauitibus *A*

hominis ostendere his litteris potui, alienam atque integram fidem tuam uel inuenerit epistula ista uel fecerit.

LIBER TERTIVS. AD VINCENTIVM VICTOREM.

I. 1. Quod mihi ad te scribendum putaui, hoc prius cogites, fili dilectissime Victor, uolo, si te contemnerem, nequaquam id me fuisse facturum. nec ideo tamen humilitate nostra sic abutaris, ut propterea te existimes adprobatum, quia cernis non fuisse contemtum; non enim sequendum, sed corrigendum te diligo. et quoniam nec corrigi posse despero, nolo mireris me contemnere non posse quem diligo. si enim te, antequam nobis communicares, diligere debui, ut esses catholicus, quanto magis te iam communicantem diligere debeo, ne sis nouus hereticus et ut sis talis catholicus, cui resistere nullus possit hereticus! quantum enim adparet ex donis ingenii, quae iam tibi largitus est deus, profecto sapiens eris, si te non esse credideris, atque ut sis ab illo qui facit sapientes pie, subpliciter instanterque poposceris et malueris errore non decipi quam errantium laudibus honorari.

15 Eccli. 1, 1

1 ingrā *A* 2 tuam *bis pos. semel eras. A* inuenirit *C* EXPLICIT EPISTOLA AD PETRVM PRESBITERVM DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE. INCIPIT AD VINCENTIV̄ VICTORE̅ DE EADE̅ RE LIB̄ PRIMVS *AC* EXPLICIT EPISTOLA AD PETRVM PRB̄M INCIPIT AD VINCENTIVM VICTOREM DE EADEM RE LIBER PRIMVS *BG* EXPLICIT EPISTOLA AD PETRVM PRESBITERV̄ DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE *F* Explic̄ epla sci aug ad petrum Presbm̄ De natura et origine animę. Incip̄ einsde̅ alia epla ad Petrum et abraham de eadem re *E,a codice D subscriptio abest* 3 IN NOMINE DNI N̄RI IHV̄ XPI..... INCIPIT AD VINCENTIVM VICTOREM DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE LIBER SCI AGVSTINI E̅PI *H* IN̄C ∴ AD VICTOREM VINCENTIVM ∴ DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE. LIBER SCI AVRELII AV̄G PRIMVS ∴ ∴ *I* INCIPIT LIBER AVRELII AVGINI DE NATVRA ET ORIGINE ANIME AD VINCENTIVM VICTOREM *T* 4 primum *E* cogitas *C* 5 uitor *C* si te contēnere *C* nequaquam ad me contēnere fuisse *C* 6 tamen *om.Dm1* 7 abprobatum *A* 10 communicaris *BC* 11 ut omes̄ catholicos (*in mg.* al. ł esses catholicus) *b* te iam] etiam *CI* cōminicantem *A* 12 dilegere *C* heredicus *Hm1* ut sis talis *om.H* cuius *B* cui—hereticus *om.D*

II. 2. Prius me in libris tuis titulus tui nominis pro te sollicitum reddidit. cum enim quis esset Vincentius Victor ab eis qui te nouerant et forte aderant requisissem, audiui te fuisse Donatistam uel potius Rogatistam, nuper autem communicasse catholicae. et cum gauderem tantum, quantum de his solemus, quos ab illo errore liberatos esse cognoscimus, immo uero etiam multo amplius, quod ingenium tuum, quo delectabar in litteris tuis, uidebam non remansisse apud aduersarios ueritatis, additum est a referentibus, quod me inter illa gaudia contristaret, ideo te cognominari uoluisse Vincentium, quod Rogati successorem, qui hoc nomine appellatus est, adhuc tamquam magnum et sanctum uirum animo teneas et ob hoc illius nomen tuum uolueris esse cognomen. nec defuerunt qui dicerent etiam hoc a te fuisse iactatum, quod ipse tibi nescio qua uisione apparuerit atque ad hos conficiendos libros, de quibus tecum agere isto nostro opusculo institui, sic adiuuerit, ut ea tibi scribenda, quantum ad res ipsas rationesque adtinet, ipse dictaret. quod si uerum est, iam te illa dicere potuisse non miror, quae, si patienter auscultes ammonitioni meae et eos libros catholica mente consideres atque pertractes, te dixisse procul dubio paenitebit. ille quippe qui se, sicut eum prodit apostolus, transfigurat in angelum lucis, in eum tibi transfiguratus est, quem tu fuisse uel esse tamquam lucis angelum credis. et eo quidem modo minus ad decipiendos catholicos ualet, quando se non in lucis angelos, sed in hereticos transfigurat; sed te ab eo falli iam catholicum nollem. crucietur ergo te didicisse quae uera sunt: quanto magis laetatus fuerat se tibi persuasisse quae falsa sunt! ut autem non diligas hominem mortuum, cuius dilectio tibi obesse potest, prodesse illi non potest, hoc breue intuearis ammoneo, quod utique ille non est sanctus et iustus, si tu

20 II Cor. 11, 14

3 et] uel *BCI* adherant *A* requiesē *A* 4 aeclesiae catholicae *I* 5 gauderem *H* (u *add. m1*, de *m2*) liberatos esse ab illo errore *I* 7 quod *EHd* delectabas *H* tuis *in mg. add. E* non *om. H* 8 quo *d* 9 cognominare *CH* 10 rogasti *ABC* roga*ti *E* abpellatus *A* 13 a *om. A* 14 atque *om. E* 15 opusculū *A* si *BCb* si deus *I* adiuuerit dn̄s *b* ut *om. D* ut eos tibi scribendos *T* 16 attenet *H* 17 sapienter *H* 18 auscultas *Bm1* 21 eo *b* est transfig. *bd* 22 angelum lucis *E* 23 *alt.* in *om. C* haereticos *A* 24 ab eo] habeo *AB* ab illo *E* cruetur *B* 25 deducis se *Hm1* si *E* sed ibi *Hm1* 26 persuasisset *E* persuasisse **D* moriturum *I* 27 obesse tibi *E* prodesse—potest *om. C* illa *E*, *om. T* breuiter *bd*

hereticorum Donatistarum uel Rogatistarum laqueos euasisti; si autem illum sanctum et iustum arbitraris, tu communicando catholicis interisti. profecto enim te catholicum fingis, si animo illud es quod erat ille quem diligis. et nosti quam terribiliter scriptum sit, quod spiritus sanctus disciplinae fugiet fictum. si autem ueraciter communicans non te catholicum fingis, quid adhuc hereticum mortuum sic diligis, ut eius uelis te iactare adhuc nomine, cuius iam non teneris errore? nolumus te habere tale cognomentum, tamquam sis heretici mortui monumentum; nolumus talem titulum habere librum tuum, qualem falsum esse diceremus, si in eius sepulcro legeremus. non enim Vincentium uictorem scimus esse, sed uictum; et utinam fructuose, sicut te uinci uolumus ueritate! astute autem putaris et callide, cum libros tuos, quos credi cupis illo tibi reuelante dictatos, appellas Vincentii Victoris, non tam Vincentium te quam illum uocari uoluisse Victorem, uelut tibi reuelando quae scriberes uicisset errorem. ut quid tibi ista, fili? esto potius uerus, non fictus catholicus, ne te fugiat spiritus sanctus et nihil tibi possit prodesse Vincentius, in quem se ad te fallendum transfigurauit malignissimus spiritus; eius quippe sunt illa qualibet tibi fraude persuasa. quae si ammonitus pia humilitate et catholica pace correxeris, errores fuisse iudicabuntur studiosissimi iuuenis emendari potius quam in eis remanere cupientis. si autem pro eis tibi etiam contentionem — quod absit! — persuaserit peruicacem, iam tamquam heretica dogmata cum suo necesse erit auctore damnari, cura scilicet pastorali et medicinali, priusquam per incautum uulgus serpant dira contagia, cum dilectionis non ueritate, sed nomine salubris neglegitur disciplina.

III. 3. Si quaeris quaenam illa sint, poteris quidem legere mea scripta ad fratres nostros, Renatum dei seruum et presbyterum

5 Sap. 1, 5 25 cf. Verg. Georg. III 468. 469

1 haereticorum *A*, *om.I* 2 iustum esse *E* 3 si te catholicum (*om. post.* si) *HT* te *om.C* si—fingis *om.A* illudes *BEH* es *om.C* 5 fugiat *DH* effugiat *E* effugiet *T* 6 communicas *E* finges *Hm1* 7 haereticum *A* te uelis *H* 8 errore *in ras. E* cōnomentum *C* 9 monimentum *T* 11 sepulchro *ABDH* 12 sicut et te *E* 13 quod *E* 15 uocare *H* 16 tibi] sibi *b* 18 prodesse possit *E* possit *om.H* te ad se *C* 21 studiosissime *BC* 22 *pr.* eius *C* 24 haeretica *A* cura] correptione *H* 25 per] pro *C* 27 disciplina] medicina *b* 28 sunt illa *B* illa sunt *C* illi sunt *I* 29 praesbiterum *AI* presbiterum *BC*

Petrum, ad quem tu eadem ipsa, de quibus agimus, scribenda existimasti *eius*, ut asseris, *uoluntati petentis obtemperans*. dabunt enim tibi ut legas procul dubio, si uolueris, et ingerent etiam non petenti. uerum tamen etiam hic quae maxime in eisdem libris tuis et in fide tua emendari cupiam non tacebo. primum est, quod 'animam non ita uis a deo esse factam, ut eam ex nihilo fecerit, sed ex semet ipso'. ubi non putas esse consequens, ut naturae sit dei, quia profecto quam sit impium et ipse cognoscis. qua impietate ut careas, ita oportet ut dicas animae auctorem deum, ut ab illo facta sit, non de illo. quod enim de illo est, sicut unigenitus filius, eiusdem naturae cuius et ille est. ut autem anima eiusdem naturae non sit cuius est ille, facta est quidem ab illo, sed non de illo. aut ergo dic unde aut fatere de nihilo. quid est quod dicis 'eam particulam esse quandam halitus naturae dei'? numquidnam ipsum halitum naturae dei, cuius halitus est ista particula, negas eiusdem cuius deus est esse naturae? si negas, ergo de nihilo et istum halitum fecit deus, cuius halitus animam uis esse particulam. aut si non de nihilo, dic unde illum fecerit deus. si de se ipso, ergo ipse est — quod absit! — materies operis sui. sed dicis: *cum de se ipso halitum uel flatum facit, ipse integer manet;* quasi non et ignis lucernae integer maneat, cum de illo altera accenditur, et tamen eiusdem, non alterius sit naturae.

IV. 4. *Sed*, inquis, *cum a nobis uter inflatur, non aliqua portio nostrae naturae uel qualitatis infunditur, cum hoc ipsum, quod spiritu hausto uter inpletus extenditur, sine aliqua nostri deminutione geratur.* his uerbis tuis adhuc addis et immoraris et inculcas similitudinem quasi necessariam, qua intellegamus quomodo deus sine suae naturae aliquo detrimento et de se ipso animam faciat et facta

2 Vinc. Victor 5 Vinc. Victor; cf. pag. 305, 19 sqq. et 339, 1 13. 19. 22 Vinc. Victor

1 quibus] *add.* nunc *d* existimate *C* 2 ut eius *E* petenti *T* poenitentis *C* 3 legāt *b* ingerunt *E* 5 emendare *B* ita non *E* 6 factam esse *E* 7 putes *b* 8 qu∗a *B* 11 *alt.* cuius et ille est *T* est *om. E* 13 facere *C* 14 alitus *CDT; in seqq. uers.* h *omnes codd. semper fere om.* numquinnam *A* 15 ipsa *E* 17 uis esse animam *H* animę *E* non] nā *A* 18 fecerit illum *E* se *om. E* 19 cum] quod *B* ipso *in mg. add. E* 20 maneat *b* et *om. A* 21 illa *Eb* 23 nro *A* hoc ipso quo spū hausto *ABCDEHIb* hic ipse spiritus quo hausto *d* 24 impletur *b* diminutione *BCETbd* 25 egeratur *d* tuis *om. H* addisset (*om.* et) *B* et—quasi *om. H* 27 faciet *A*

de ipso non sit quod ipse. dicis enim: *numquid animae nostrae est portio utris inflatio aut homines fingimus cum ures inflamus aut detrimentum nostri in aliquo patimur, cum flatus nostros in diuersa partimur? sed nullum patimur detrimentum, cum ex nobis ad aliquid transmittimus flatum, et manente in nobis plena flatus proprii qualitate et integra quantitate nullum nos meminimus damnum ex utris inflatione sentire.* ista similitudine, quae satis elegans et congruens tibi uidetur, quantum fallaris adtende. deum quippe dicis incorporeum non de nihilo a se factam, sed de se ipso animam sufflare corpoream, cum flatum nos licet corporeum, subtiliorem tamen emittamus, quam nostra sunt corpora, nec eum de anima nostra, sed de hoc aere per uiscera corporis exhalemus. pulmones quippe anima, cuius nutu mouentur etiam cetera corporis membra, ad hunc aerium spiritum ducendum atque reddendum sicut folles mouet. praeter enim alimenta solida et fluxa, unde est cibus et potus, hoc tertium nobis deus alimentum circumfudit aurarum, quas ita carpimus, ut sine cibo et potu diu esse possimus, sine hoc autem alimento tertio, quod aura nobis, quae undique circumsistit, spirantibus et respirantibus exhibet, nec exiguo temporis spatio possumus uiuere. sicut autem cibus et potus non solum ingerendi, uerum etiam per meatus ad hoc institutos egerendi sunt, ne utroque laedant, uel non intrando uel non exeundo, ita hoc tertium flabile alimentum quia in nobis manere non sinitur nec immorando corrumpitur, sed egeritur mox ut ingeritur, non alios, sed eosdem meatus, id est os aut nares aut utrumque, et qua intraret et qua exiret, accepit.

5. In te ipso tibi proba ipse quod dico. emitte spiritum flando et uide utrum dures, si non receperis; recipe respirando et uide quas patiaris angustias, si non rursus emiseris. hoc igitur facimus,

1 Vinc. Victor

1 de se ipsa *E* 2 imflatio *C* fungimus *C* imflamus *C* 3 alico *A* inflatus *B* 4 patimur *BDm1* ad *om. ABCDm1E* ad aliquid (*in mg. al.* ł aliquē) *b def. E* 5 plenas *C* qualitatem *B* 6 et *om. A* 7 sentire—*365, 7* uiuamus *om. E* eligans *BCI* 9 factum *Hm2* se *om. B* 10 nosscilicet (*pr.* s *s. l.*) *D* 12 exalemus *AHT* quippe] nāque *BITb* namquae *C* 13 nutu] natura (ra *m2 add.*) *H* adhuc *A* 14 aereum *BHIT* aereum *C* 15 solidet *C* 17 diue ē *C* 19 exibet *B* tempori *Hm1* 20 possimus *HTd* 21 ad hoc *om. B* instituto segerendi *B* constitutos *H* 24 egeretur *Hm1* alias *A* 25 os *A* 29 facinus *A*

quando utrem, sicut dicis, inflamus, quod facimus ut uiuamus; nisi quod tunc paulo plus ducimus, ut paulo plus emittamus, ut spiritum flabilem, id est uentum in utrem inplendum et extendendum non quiete spirandi et respirandi, sed anhelandi impetu coartemus. quomodo ergo dicis: *nullum patimur detrimentum, cum ex nobis ad aliquid transmittimus flatum, et manente in nobis plena flatus proprii qualitate et integra quantitate nullum nos meminimus dammum ex utris inflatione sentire?* apparet te, fili, si aliquando utrem inflasti, non aduertisse quid egeris. quod enim sufflando amittis, statim recipiendo non sentis. sed potes hoc facillime discere, si hoc potius uelis quam tua dicta, quia iam dicta sunt, non inflans utrem, sed inflatus ipse defendere et auditores tuos, quos ueris rebus aedificare debes, inani strepitu uentosi sermonis inflare. in hac causa non te ad magistrum mitto nisi ad te ipsum. emitte flatum in utrem et os claude continuo naresque detine et sic saltem senti uerum esse quod dico. cum enim coeperis angustias intolerabiles perpeti, quid cupies ore aperto naribusque recipere, si, quando sufflasti, nihil te existimas amisisse? uide in quo malo sis, nisi hauriendo resumas quod effundendo reddideras; uide, illa insufflatio qualia damna et detrimenta fecisset, nisi ea respiratio reparasset. nisi enim quod impenderis ad utrem implendum, ad te itidem alendum aditu patefacto redierit, quid tibi non solum unde illum inflare, sed unde tu possis uiuere remanebit?

6. Haec debuisti considerare, cum scriberes, et non ista similitudine utrium inflatorum uel inflandorum introducere nobis deum aut ex alia natura, quae iam erat, sicut nos ex isto circumfuso aere flatum facimus, animas flare aut certe, quod et abhorret ab ista similitudine et abundat impietate, deum sine ullo quidem sui detri-

5 Vinc. Victor

def. E 2 quod tunc] quodā *H* ducimus—plus *om. C* 4 anelandi *C* anelandū petu *A* 6 transmittamus *C* in *om. BC* plena *om. D* 8 insufflatione *B* 9 quod] quid *B* insufflando *b* inflando *d* emittis *b* 10 potest *C* ediscere *H* 11 tu addicta *C* inflas *C* 12 uerbis *T* 13 inanissime *B* inanissine *C* inanis sine *H* strepidu *C* inac *A* 14 nisi] sed *BCHT* 17 cupiet *A* te *om. H* 18 exestimas *AC* amisse *D* mala *A* auriendo *CH* rerum at quod (*in mg. s.* rerum *add. m2* remeat) *H* 19 quo defundendo *A* 20 fecisset] *add.* et *A* 21 a*l**endum *I* aditum *B* 22 qui *C* 23 manebit *A* 24 debuisse *A* 26 aeres latū *A* 27 at *B* aborret *C* 28 *abundat *H* obtundat *C*

mento, sed tamen de sua natura mutabile aliquid uel proferre uel, quod est peius, tamquam sui operis materies ipse sit, facere. ut ergo aliquam de nostro flatu ad hanc rem adhibeamus similitudinem, id potius est credendum, quod, sicut nos non de natura nostra, sed quia omnipotentes non sumus, de isto aere circumfuso quem trahimus et reddimus, cum spiramus et respiramus, flatum facimus quando sufflamus nec uiuentem nec sentientem, quamuis nos uiuamus atque sentiamus, ita deum non de sua natura, sed quia sic omnipotens est, ut possit creare quod uult, etiam ex eo quod omnino non est, id est de nihilo, flatum facere posse uiuentem atque sentientem, sed plane cum sit inmutabilis ipse mutabilem.

V. 7. Quid autem sibi uult, quod huic similitudini addendum putasti ad exemplum de beato Heliseo, quia flando in eius faciem mortuum suscitauerit? itane tu flatum Helisei factum fuisse putas animam pueri? non usque adeo te a uero exorbitare crediderim. si ergo anima illa, quae uiuenti ablata fuerat ut moreretur, eadem ipsa illi ut reuiuesceret reddita est, quid ad rem pertinet quod dixisti ‘nihil Heliseo fuisse deminutum‘, quasi aliquid ab illo transisse, unde uiueret, credatur in puerum? quod si propterea dictum est, quia flauit et integer mansit, quid opus erat ut hoc de Heliseo mortuum resuscitante diceres, quod de quouis flante et neminem suscitante dicere nihilominus posses? incaute sane locutus es — cum absit, ut credas flatum Helisei factum fuisse reuiuescentis animam pueri —, quod primum dei factum ab istius prophetae facto hoc distare uoluisti, quod ille semel, iste ter flauerit. dixisti quippe Heliseum in faciem defuncti filii illius Sunamitis ad instar primaeuae originis

13 cf. IV Regn. 4, 34. 35 18 Vinc. Victor

4 nostra *cm. H* sed *om. b* 5 quae *H* 7 sentitem *A* 8 itaque *BC* o sed *C* 10 flatum] factum *E* 11 mutabilem facit *BCEIT'* mutabile facit *b* 12 sibi uult *om. B* quod ad hanc similitudinem (quod ad *in mg. add. m1*) *H* similitudinē *A* 13 helisseo *A* 14 sustauerit *A* helisei tu flatum *E* tu *om. B* helissei *A* fuisse factum *E* factum *om.b* puta *H* 15 a *om. BCI* exoroit re *A* 17 reuiuisceret *BEITd* 18 diminutum *DEIbd* ab illo aliquid *d* transisset *Eb* 19 uiuere *b* 20 helisseo *A* elisaeo *DITd* 21 resuscitande *B* quo *T* 22 loquutus *A* 23 reuiuescentē *C* reuiuiscentē *BIb* reuiuiscentis *BEd* uiuiscentem *T* 25 dixisti—faciem *om. H* 26 facie *T* filii *om. EH* somamtis *A* sunamittis *B* sonamitis *CD* sonanitis *H* (u *s.* o) prim*euę *H*

insufflasse: *et cum emortua membra*, inquis, *in uigorem pristinum redanimata per halitum prophetae diuina uirtus accenderet, nihil Heliseo fuerit imminutum, per cuius flatum corpus emortuum rediuiuam animam recepit et spiritum, nisi quod semel dominus in faciem hominis insufflauit, et uixit, tertio Heliseus in faciem mortui aspirauit, et reuixit.* sic sonant tua uerba ista, quasi flandi tantum numerus interfuerit, ut non quod fecit deus etiam propheta fecisse credatur. et hoc ergo emendandum est. tam multum quippe interfuit inter illud opus dei et hoc Helisei, ut ille flauerit flatum uitae, quo fieret homo in animam uiuentem, iste autem flauerit flatum neque sentientem neque uiuentem, sed aliquid significandi gratia figurantem. denique ut puer iste reuiuesceret, non eum animando propheta fecit, sed eum amando ut hoc deus faceret impetrauit. quod autem illum ter flasse dicis, aut memoria, sicut fieri solet, aut mendositas codicis te fefellit. quid plura? non sunt tibi ad hoc astruendum aliqua exempla et argumenta quaerenda, sed potius emendanda et mutanda sententia. noli ergo credere, noli dicere, noli docere 'quod non de nihilo, sed de sua natura fecerit animam deus', si uis esse catholicus.

VI. 8. Noli credere nec dicere nec docere 'per infinitum tempus atque ita semper deum animas dare, sicut semper est ipse qui dat', si uis esse catholicus. erit enim tempus, quando non dabit animas deus, cum tamen esse ipse non desinat. poterat quidem sic accipi quod aisti 'semper dat', ut intellegeretur sine cessatione dare quamdiu

1. 18 Vinc. Victor 10 cf. Gen. 2, 7 20 Vinc. Victor; cf. pag. 325, 10

1 in *om.B* 2 sedanimata *H* alitum *AEH* 3 helisseo *A* fuit *T* 4 recepit animam *E* reciperet *BC* (*om.* et), *ITb* in faciem] *add.* dn̄s *C* 5 uixit] dixit *E* helisseus *A* asspirauerit *AE* adspirauerit *H* 6 ista uerba tua *H* uerba tua *EI* 7 fecisse *om.I* 8 quippe *om.H* 9 opus illud *T* helissei *A* qd̄ *C* 10 homo] *add.* et *E* neque uiuentem neque sentientem *T* 11 gratia significandi *E* 12 pier *A* reuiuisceret *BEIT* non eum amando *T* 13 eum *om. AH* animando *H* 14 suflasse *bd* 15 solet fieri *H* te codicis *T* fellit *A* 17 mutanda] mundanda *E* 18 *pr.* noli] *add.* ergo *Ad* non *om.B* 19 si uis] suus *E* 20 noli dicere nec credere *BTJb* noli credere noli dicere *E* noli dicere noli credere noli docere quod n̄ de nihilo per inf. *C* 21 deum semper *E* est *om.C* 22 enim] *add.* non *E* deus animas *C* amas *A* 23 ipse esse *T* ipse *om.H* desistat *T* 24 qd̄ da istis *A* amisti *C* isti *E*

homines generant et generantur, sicut dictum est de quibusdam: semper discentes et ad ueritatis scientiam numquamperuenientes; non enim sic accipitur quod hic positum est 'semper' uelut numquam desinant discere, cum procul dubio non discant, quando in hoc corpore destiterint uiuere uel cum coeperint supplicio gehennalis ignis ardere. sed tu non permisisti sic accipi uerbum tuum, cum dixisti 'semper dat', quando quidem id ad infinitum tempus reuocandum putasti. et parum hoc fuit; sed tamquam quaereretur abs te, ut apertius explicares quomodo dixeris 'semper dat', addidisti atque dixisti: *sicut semper est ipse qui dat.* hoc sana et catholica fides omnino condemnat. absit enim, ut credamus quod animas deus semper dat, sicut semper est ipse qui dat. sic enim semper est ipse, ut numquam esse desistat; animas autem non semper dabit, sed eas finito generationis saeculo non iam nascentibus quibus dandae sunt procul dubio dare cessabit.

VII. 9. Noli credere nec dicere nec docere 'animam meritum aliquod perdidisse per carnem, tamquam boni meriti fuerit ante carnem', si uis esse catholicus. nondum enim natos apostolus nihil egisse dicit boni uel mali; unde ergo anima potuit ante carnem habere meritum bonum, ubi nihil egerat boni? an forte audebis eam dicere ante carnem bene uixisse, quam non potes ostendere uel fuisse? quomodo ergo dicis: *non uis animam ex carne peccati contrahere ualetudinem, ad quam uicissim sanctificationem uideas transire per carnem, ut per ipsam reparet statum, per quam perdiderat meritum?* haec dogmata, quibus putatur anima ante carnem habuisse aliquem statum bonum et meritum bonum, si forte nescis, exceptis antiquis hereticis etiam recentius in Priscillianistis iam catholica damnauit ecclesia.

1 cf. Luc. 20, 34 2 II Tim. 3, 7 10. 16 Vinc, Victor 18 cf. Rom. 9, 11 22 Vinc. Victor; cf. pag. 344, 28

1 de] e *BC* et *I* 2 discernentes *A* 3 haec *A* 5 desierint (*s. l. m1* ł destiterint) *T* cum *om. A* 6 ignis *om. C* 7 dixi *A* id *om. E* 11 sane *BC1b* 12 semper deus *DEH* det *b* est *om. C* 13 numquam] *add.* ipse *b* esse] ipse *E* distat *A* 15 sint *d* 16 noli dicere *E* 17 merito *A* 18 apłos nisi legisse dicit *C* dicit nihil egisse *I* 19 egisset scit *A* dicit *om. H* 20 forte haut debes eā aut dicere (haut *in mg. add.*, *s.* debes *eras.* haud) *E* 21 ante *om. C* uixisse bene *E* bene *om. A* 22 dici *E*, *om. H* 23 ualitudinem *codd. praet. H* 24 *med.* per *om. E* reparet (*alt.* a *ex* e) *E* statū per quā diderat (quā *s. l. m1*) *H* 26 aliquem *post* bonum *pon. B* 27 priscilianistis *AD* iam iam *H*

10. Noli credere nec dicere nec docere ‘animam per carnem reparare habitudinem priscam et per illam renasci, per quam meruerat inquinari‘, si uis esse catholicus. ut enim omittam in eo quod dixisti: *merito ergo per carnem priscam reparat habitudinem, quam uisa fuerat paulisper amisisse per carnem, ut per eam incipiat renasci, per quam meruerat inquinari*, tam in proximo te ipsum tibi ipsi exstitisse contrarium, ut homo qui paulo ante dixeras animam per carnem reparare statum per quam perdiderat meritum — ubi nullo modo potest nisi bonum meritum intellegi, quod uis utique per carnem in baptismate reparari —, rursus eam diceres inquinari meruisse per carnem — ubi iam non potest bonum, sed malum meritum intellegi —, ut ergo id omittam, prorsus uel bonum uel malum meritum credere habuisse animam ante carnem catholicum non est.

VIII. 11. Noli credere nec dicere nec docere, ‘quod anima meruerit esse peccatrix ante omne peccatum‘, si uis esse catholicus. ualde enim malum meritum est meruisse fieri peccatricem. et utique tam malum meritum nullo modo habere potuit ante omne peccatum, praesertim priusquam ueniret in carnem, quando meritum nec malum potuit habere nec bonum. quomodo igitur dicis: *anima itaque si peccatrix esse meruit, quae peccatrix esse non potuit, neque in peccato remansit, quia in Christo praefigurata in peccato esse non debuit, sicut esse non potuit?* attende quid dicas et desiste iam dicere. quomodo enim meruit et quomodo non potuit esse peccatrix? quomodo, quaeso te, peccatrix esse meruit, quae male non uixit? quomodo, quaeso te, peccatrix facta est, quae peccatrix esse non potuit? aut si ‘non potuit‘ ideo dicis, quia praeter carnem non potuit, quomodo ergo meruit esse peccatrix, quo merito in carnem mitteretur, quando quidem ante carnem non potuit esse peccatrix, unde mali aliquid mereretur?

1. 4 Vinc. Victor; cf. pag. 307, 12. 345, 5 — 14. 20 Vinc. Victor; cf. pag. 308, 21. 346, 3

1 noli dicere *BCEITb* *alt.* nec] noli *BCITb* 4 beatitudinem *BCT* qua *B* qui *C* 6 tu *b* ipse *Hb* extitisti *BCb* 7 ante paulo *E* · 8 reparari *E* 9 meritum bonum *E* quod—intellegi *in mg. m2 T* 10 diceris *Hm1* 11 sed] uel *B* intellegi—meritum *om. BH* 12 credi *H* 13 abuisse *D* ante carnem animam *B* 15 meruit *T* 16 et utique ạdmalum (i *s.* ạ *m2*) *H* 17 potuit habere *E* 20 meruerit *Ab* meruit—esse *om. C* 21 potuit] *add.* tamen *d* peccatore mansit *AD* 24 qmale (*s. l.* uę *inter* q *et* m) *H* 25 malū *C* 27 quę *E* 28 ante *bis pon. B* 29 aliquid mali *T*

IX. 12. Noli credere nec dicere nec docere ‘infantes antequam baptizentur morte praeuentos peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum‘, si uis esse catholicus. exempla enim, quae te fallunt, uel de latrone qui dominum est confessus in cruce uel de fratre sanctae Perpetuae Dinocrate nihil tibi ad huius erroris sententiam suffragantur. latro quippe ille, quamuis potuerit iudicio diuino inter eos deputari, qui martyrii confessione purgantur, tamen etiam utrum non fuerit baptizatus ignoras. nam, ut omittam, quod creditur aqua simul cum sanguine exiliente de latere domini iuxta confixus potuisse perfundi atque huiusmodi sanctissimo baptismate dilui, quid si in carcere fuerat baptizatus, quod et postea persecutionis tempore nonnulli clanculo impetrare potuerunt? quid si et antequam teneretur? neque enim propterea illi publicae leges parcere poterant, quantum adtinet ad corporis mortem, quoniam diuinitus remissionem acceperat peccatorum. quid si iam baptizatus in latrocinii facinus et crimen incurrerat et non expers baptismatis, sed tamquam paenitens accepit scelerum ueniam quae baptizatus ammisit? quando quidem pietas tam fidelis et domino in animo eius et nobis in uerbis eius apparuit. nam si eos, de quibus non scriptum est utrum fuerint baptizati, sine baptismo de hac uita recessisse contendimus, ipsis calumniamur apostolis, qui praeter apostolum Paulum quando baptizati fuerint ignoramus. sed si ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit, quod beato Petro dominus ait: qui lotus est, non indiget, ut lauet, quid de aliis, de quibus uel tale nihil legimus dictum, de Barnaba, de Timotheo, de Tito, de Sila, de Philemone, de ipsis euangelistis Marco et Luca, de innumerabilibus ceteris, quos absit ut baptizatos

1 Vinc. Victor; cf. pag. 310—312. 348, 11 4 cf. Luc. 23, 43 21 cf. Act. 9, 18 24 Ioh. 13, 10

1 noli dicere noli docere *BCITb* 2 baptizarentur *ABCH* morte∗*H* praeuentus *A* 3 catholici *C* 4 quid nomen *A* dn̄ *C* dn̄o *D* confessus est *EI* 5 de fratre] defrem *B* perpetue *B* dinocrete (a *s.* e) *H* 6 diuino iudicio *E* 7 confessionem *C* 9 atqua *C* 10 confixos (o *fin. ex* u) *H* 11 delui *B* 12 clanculi *H* quod *A* 13 partere *C* 14 potuerant *A* 16 incurreret *A* expars *C* 17 ueniam quam *Hb* 18 ammisit *HT* amisit *BCb* admisit *E* 19 apparu∗∗it *I* 21 ipsi *T* 23 beate *C* 24 lo∗∗tus *DI* ut] nisi ut *bd* pedes lauet *bd* 26 de Tito] et ito *A* silia *A* silea *BCHb* sylea *E* phylemone *A* filemone *DE*

esse dubitemus, quamuis non legamus? Dinocrates autem septennis puer, in quibus annis pueri cum baptizantur iam symbolum reddunt et pro se ipsi ad interrogata respondent, cur non tibi uisus fuerit baptizatus potuisse ab impio patre ad gentilium sacrilegia reuocari et ob hoc fuisse in poenis, de quibus sorore orante liberatus est, nescio. neque enim et ipsum uel numquam fuisse Christianum uel catechumenum defunctum fuisse legisti, quamquam ipsa lectio non sit in eo canone scripturarum, unde in huiusmodi quaestionibus testimonia proferenda sunt.

X. 13. Noli credere nec dicere nec docere 'quos dominus praedestinauit ad baptismum, praedestinationi eius eripi posse et ante defungi quam in eis fuerit quod omnipotens praedestinauit inpletum', si uis esse catholicus. nescio qua hic enim potestas contra potestatem dei casibus datur, quibus inruentibus quod ille praedestinauit fieri non sinatur. hic error quanta errantem uoragine inpietatis absorbeat exaggerare non opus est, cum prudentem uirum et corrigi paratum breuiter ammonuisse sufficiat. tua quippe ista sunt uerba: *habendam dicimus*, inquis, *de infantibus istius modi rationem, qui praedestinati baptismo uitae praesentis, antequam renascantur in Christo, praeueniuntur occiduo.* ergone praedestinati baptismo uitae praesentis, antequam ad eum perueniant, praeueniuntur occiduo et praedestinaret deus quod futurum non fuisse praesciuit aut hoc futurum non fuisse nesciuit, ut eius aut praedestinatio frustraretur aut praescientia falleretur? uides quanta hinc dici possent, nisi quod paulo ante dixi tenerem, ut hinc te breuiter ammonerem.

14. Noli credere nec dicere nec docere 'de infantibus, qui priusquam renascantur in Christo, praeueniuntur occiduo, scriptum esse:

10. 18 Vinc. Victor; cf. pag. 347, 7 27 Vinc. Victor; cf. pag. 347, 9

1 dinocratis *EH* septenis *AC* 5 in—fuisse *om.H* 7 catichuminum *A* catech. *B* cathic. *C* cathec. *D* catic. *EI* catec. *Hb* defunctum *om.T* legistis *A* 8 eiusmodi *H* 10 noli dicere noli docere *T* q̄d *C* praedistinauit *CH* 11 predestinatione *AE* praedistinationi *CH* 12 omnipotens deus *E* praedistinauit *CH* 13 nescio enim quae *d* quae hic enim *HITb* 14 praedistinauit *CH* 15 nam hic *D* (nam *s. l.*) uoraginē *C* 16 obsorbeat *B* 17 sufficiet *A* 18 habenda *H* istius moderationem *ABC* 19 antiquam *C* 20 p̄distinati *C* 21 prentis *A* 22 et] ∗*E* ut *D* (u *ex* e) aut *IT* praedestinauit *E* nesciuit *D* sciuit *T* 23 non futurum non *B* non *om.Tb* fuisset *E* ut] aut *C* p̄distinatio *C* 25 antedixisse *B* 27 de *om.C*

'*raptus est, ne malitia mutet illius intellectum aut ne fictio decipiat animam eius. propter hoc properauit de medio iniquitatis illum educere; placita enim erat deo anima eius*, et: *consummatus in breui repleuit tempora longa*', si uis esse catholicus. hoc enim ad illos omnino non pertinet, sed ad eos potius, qui baptizati et pie uiuentes diu non permittuntur hic uiuere non annis, sed sapientiae gratia consummati. iste uero error, quo putatur hoc de paruulis antequam baptizentur morientibus esse dictum. ipsi sacrosancto lauacro intolerabilem facit iniuriam, si paruulus, qui baptizatus rapi poterat, propterea prius rapitur, ne malitia mutet illius intellectum aut ne fictio decipiat animam eius; quasi in eodem baptismo haec esse malitia credatur et fictio qua in peius mutetur et decipiatur, si non ante rapiatur. deinde quoniam placita erat deo anima eius, properauit de medio iniquitatis illum educere, ita ut nec paululum remoraretur, ut quod in eo praedestinarat impleret, sed contra suam praedestinationem facere maluit tamquam festinans, ne quod ei placuerat in non baptizato exterminaretur in baptismo, tamquam moriturus infans ibi pereat, quo currendum est cum illo ne pereat. quis ergo haec uerba scripta in libro Sapientiae de paruulis sine baptismate mortuis dicta esse crederet, diceret, scriberet, recitaret, si ea, sicut oportuerat, cogitaret?

XI. 15. Noli credere nec dicere nec docere 'aliquas mansionum esse extra regnum dei, quas esse dominus dixit in domo patris sui', si uis esse catholicus. non enim ait, sicut hoc testimonium ipse posuisti: *multae mansiones sunt apud patrem meum* — quod si ita dixisset, non alibi essent intellegendae quam in domo patris eius — sed aperte ait: in domo patris mei mansiones multae sunt. quis itaque audeat aliquas partes domus dei

1 Sap. 4, 11. 14 4 Sap. 4, 13 23 Vinc. Victor; cf. pag. 348, 17 26 Vinc. Victor 28 Ioh. 14, 2

1 mutaret *H* (r *insert.*), *IT* intellectum illius *Ib* 2 aut ne] amne *B* dccipiet *C* deciperet *IT* animam *in mg. E* 5 expleuit *BCHITbd* 7 permittentes *C* uiuere hic *E* huic *B* 8 sapientia et gratia *E* consūmatur *A* consummatis *E* 10 paruulis *C* 14 mutatur *E* si ante non *H* 16 prędistinarat *C* praedestinaret *HT* praedestinauit *b* 19 pereat] erat *C* 20 ne cum illo *C* quin *E* 21 esse dicta esse *T* 22 scriberet *om. C* si—cogitaret *om. H* oportueret *E* 23 mansiones *BCEITbd* 24 esse posse *D* dei] esse *T* dominus *om. E* 25 agit *C* ait ihs *EH* 26 ita *cm. A* 27 esse non *C* 28 mei] eius *T*

separare a regno dei, ut, cum reges terrae non tantum in domo sua nec tantum in patria sua, sed longe lateque etiam trans mare regnare inueniantur, rex qui fecit caelum et terram nec in tota domo sua regnare dicatur?

16. Sed forte dicas omnia quidem pertinere ad dei regnum, quia regnat in caelis, regnat in terris, in abyssis, in paradiso, in inferno — ubi enim non regnat, cuius ubique summa potestas est? —, sed aliud esse regnum caelorum, quo fas non est accedere nisi lauacro regenerationis ablutos propter dominicam ueram fixamque sententiam, aliud esse autem regnum terrarum uel aliarum creaturae partium, ubi possunt esse aliquae mansiones domus dei quamuis pertinentes ad regnum dei, non tamen ad regnum caelorum, ubi excellentius et beatius est regnum dei; ita fieri, ut nec aliquae domus dei partes atque mansiones a regno dei nefarie separentur et tamen non omnes in regno caelorum mansoribus praeparentur atque in his quae in regno caelorum non sunt possint feliciter habitare, quibus eas etiam non baptizatis deus dare uoluerit, ut in regno dei sint, quamuis in regno caelorum, quia baptizati non sunt, esse non possint.

17. Hoc qui dicunt uidentur quidem sibi aliquid dicere, quia scripturas neglegenter adtendunt et quomodo regnum dei dicatur, unde oramus dicentes: a d u e n i a t r e g n u m t u u m, non intellegunt. regnum dei dicitur, ubi cum illo fidelis familia eius beate et sempiterne tota regnabit; nam secundum potestatem quae illi super omnia est etiam nunc utique regnat. quid ergo est quod oramus, ut ueniat, nisi ut cum illo regnare mereamur? sub eius autem potestate etiam illi erunt, qui poena aeterni ignis ardebunt. numquidnam ob hoc etiam ipsos in regno dei futuros dicturi sumus?

3 cf. Act. 14, 14 5 cf. Ps. 134, 6 8 cf. Tit. 3, 5. I Cor. 6, 11. Marc. 16, 16 21 Matth. 6, 10

3 inueniantur regnare *E* 4 dom' *C* 5 qui *D* 6 regnat in terris] et in terra *A* 8 ē *E* esse (*s. l.* est) *I* fas est non est *B* 9 sentiā *C* 10 est autem *B* autem esse *ETbd* 11 quēuis *C* 13 beatus *CHm1* domos *C* 14 suparentur *A* 15 mansionibus *BCI* mansiones *Td* iis *d* in *om. E* 16 regnum *E* possūt *E* qui *C* 17 dei regno dei *A* dei regno *DH* 18 qui *C* possunt *EI* 19 dicere tibi aliquid *BCI* dicere aliquid *d* 20 dei *om. C* 21 ueniat *d* 22 *ante* regnum *add.* quia *Ebd* dei *om. D* 23 et] ac *DE* illis *C* 24 *alt.* est *om. C* 25 *alt.* ut *om. EH* 26 poenis *T* 27 numquinnam *A* numquinam *Hm1* futuros *om. E*

aliud est enim regni dei muneribus honorari, aliud regni dei legibus coerceri. ut autem tibi manifestissime appareat non esse regnum caelorum distribuendum baptizatis et alias partes regni dei dandas quibus tibi uisum est non baptizatis, ipsum dominum audi, qui non ait: s i q u i s n o n r e n a t u s f u e r i t e x a q u a e t s p i r i t u, 'non potest intrare in regnum caelorum', sed: n o n p o t e s t, inquit, i n t r a r e i n r e g n u m d e i. nam uerba eius de hac re ista sunt ad Nicodemum: a m e n, a m e n d i c o t i b i: n i s i q u i s n a t u s f u e r i t d e n u o, n o n p o t e s t u i d e r e r e g n u m d e i. ecce non hic dixit 'regnum caelorum', sed 'dei'. et cum respondisset Nicodemus atque dixisset: q u o m o d o p o t e s t h o m o n a s c i, c u m s e n e x s i t? n u m q u i d p o t e s t i n u e n t r e m m a t r i s s u a e i t e r a t o i n t r o i r e e t n a s c i? eandem dominus sententiam planius apertiusque repetens ait: a m e n, a m e n d i c o t i b i: n i s i q u i s r e n a t u s f u e r i t e x a q u a e t s p i r i t u, n o n p o t e s t i n t r o i r e i n r e g n u m d e i. ecce nec hic dixit 'regnum caelorum', sed 'regnum dei'. quod enim dixerat: n i s i q u i s n a t u s f u e r i t d e n u o, hoc quid esset exposuit dicens: n i s i q u i s r e n a t u s f u e r i t e x a q u a e t s p i r i t u; et quod dixerat: n o n p o t e s t u i d e r e, hoc exposuit dicendo: n o n p o t e s t i n t r o i r e. illud tamen, quod dixerat 'regnum dei', non alio nomine repetiuit. neque nunc opus est quaerere atque disserere, utrum regnum dei regnumque caelorum cum aliqua differentia sit intellegendum an res una sit duobus appellata nominibus; sufficit, quod non potest introire in regnum dei, qui non fuerit lauacro regenerationis ablutus. mansiones autem aliquas constitutas in domo dei separare a regno dei quam sit a ueritate deuium puto, quod iam intellegas. et ideo quod putasti in aliquibus mansionibus,

5 Ioh. 3, 5 8 Ioh. 3, 3 12 Ioh. 3, 4 28 cf. Tit. 3, 5

1 regnum *BHIb* regnum celorum *C* *alt.* regnum *BCIb* 2 coherceri *D* co*erceri *H* 3 regnum *BC* 4 $\overline{\text{dm}}$ *E* q$\bar{\text{d}}$ *A* qui non] qui *ex* q$\bar{\text{n}}$ *E* 5 agit *C* 8 nichodemum *ABCDEIT* nicodimum *Hm1* amen *alt. om. E* 9 renatus *D* 10 dixit hic *ET* 11 nichodemus *ABCDEI* nicodimus *Hm1* 12 cum] quã *A* sit senex *E* 14 introiret (*om.* et) *C* introisse *H* 19 renatus *BCDIT* 20 esse *Hm1* 23 tamen *s. exp.* autem *I* autem *b* 24 tunc *E* dissere *C* 29 sepṛare *H* (a *s.* ẹ)

quas dominus multas esse dixit in domo patris sui, mansuros quosdam etiam non renatos ex aqua et spiritu, ut fidem catholicam teneas, ammoneo, si permittis, emendare non differas.

XII. 18. Noli credere nec dicere nec docere 'sacrificium Christianorum pro eis qui non baptizati de corpore exierint offerendum', si uis esse catholicus, quia nec illud quod de Machabeorum libris commemorasti sacrificium Iudaeorum pro eis qui non circumcisi de corpore exierant ostendis oblatum. in qua tua sententia tam noua et contra ecclesiae totius auctoritatem disciplinamque prolata uerbo etiam insolentissimo usus es dicens: *pro his sane oblationes assiduas et offerenda iugiter sanctorum censeo sacrificia sacerdotum*, ut te homo laicus sacerdotibus dei nec discendo subderes nec saltem simul quaerendo misceres, sed censendo praeponeres. aufer tibi ista, fili; non sic in uia, quam Christus humilis se ipsum esse docuit, ambulatur; nullus cum hoc tumore per angustam portam eius ingreditur.

XIII. 19. Noli credere nec dicere nec docere 'aliquos eorum, qui sine baptismo Christi ex hac uita migrauerint, interim non ire in regnum caelorum, sed in paradisum, postea uero in resurrectione mortuorum etiam ad regni caelorum beatitudinem peruenire', si uis esse catholicus. hoc enim eis dare nec Pelagiana heresis ausa est, quae opinatur paruulos non trahere originale peccatum. quos tu quamuis sicut catholicus cum peccato nasci fatearis, nescio qua tamen peruersioris nouitate opinionis sine baptismate salutari et ab hoc peccato cum quo nascuntur absolui et in regnum caelorum asseris introduci neque consideras, in hac causa quam deterius sapias quam Pelagius. ille quippe dominicam sententiam pertimescens, qua non baptizati in regnum caelorum non permittuntur intrare, licet eos quos ab omni peccato liberos credit non illo audet paruulos

2 cf. Ioh. 3, 5 4. 10 Vinc. Victor; cf. pag. 310, 29. 313. 314. 349. 350
6 II Mach. 12, 39 14 cf. Ioh. 14, 6 15 cf. Matth. 7, 13. Luc. 13, 24

3 pmittis *A* 5 his *ACIT* iis *Bbd* offerendum *m1 ex* conferendum *A* 7 iudeorum *BC* 8 exierint *BCITb* ablatum *H* (o s. a) 9 eccla *A* 10 insolentissime *C* ē *E* 11 sanctorum *om.T* 12 subderis *A* subdures *C* saltim *AEH* 13 cessendo *A* 14 nonstin *A* si in ua quā *C* esse *om.H* 15 cō *A* eius portam *E* 17 xpi baptismo *B* uite *A* emigrauerint *Hbd* ire in] irē *C* i*re *H* 18 resurrectionem *H* 21 qui opinantur *E* 23 peruersionis *AIm1* opions *A* 24 regno *E* 25 quam] quanto *Dd* quod *H* 27 qui (a *s.* i) *H* 28 illos *E*

mittere; tu uero sic contemnis quod dictum est: s i q u i s n o n r e n a t u s f u e r i t e x a q u a e t s p i r i t u, n o n p o t e s t i n t r o i r e i n r e g n u m d e i, ut excepto errore, quo audes a regno dei paradisum separare, quibusdam quos reos nasci sicut catholicus credis sine baptismate mortuis et illius reatus absolutionem et regnum caelorum non dubites insuper polliceri; quasi contra Pelagium in originali peccato astruendo tunc esse possis catholicus uerus, si contra dominum fueris in destruenda eius de baptismo sententia hereticus nouus. nos te, dilectissime, non sic uolumus hereticorum esse uictorem, ut error uincat errorem et, quod est peius, maior minorem. dicis enim: *aut si forte quisquam reluctetur latronis animae uel Dinocratis interim temporarie conlatum esse paradisum — nam superesse illis adhuc in resurrectione praemium regni caelorum quamquam sententia illa principalis obsistat, quia q u i n o n r e n a t u s f u e r i t e x a q u a e t s p i r i t u s a n c t o, n o n i n t r a b i t i n r e g n u m —, tamen teneat etiam meum in hac parte non inuidentis assensum, modo misericordiae praescientiaeque diuinae et effectum amplificet et affectum.* haec uerba tua sunt, ubi te confiteris consentire dicenti quibusdam non baptizatis sic temporarie conlatum esse paradisum, ut supersit illis in resurrectione praemium regni caelorum, contra sententiam principalem, qua constitutum est non intraturum in illud regnum, qui non renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. quam sententiam principalem timens uiolare Pelagius nec illos sine baptismo in regnum caelorum credidit intraturos, quos non credidit reos; tu autem et originalis peccati reos paruulos confiteris et tamen eos sine lauacro regenerationis absoluis et in paradisum mittis et postea etiam in regnum caelorum intrare permittis.

XIV. 20. Haec atque huiusmodi, si et alia forsitan in tuis libris adtentior et otiosior inuenire potueris, sine ulla dilatione iam cor-

1 Ioh. 3, 5 11 Vinc. Victor; cf. pag. 350, 23 14 Ioh. 31. 5 21 cf. Ioh. 3, 5

1 sic] si *B* 3 quod *H* 4 separari *A* reo *A* 6 pol licerit *A* 7 origenali *H* 9 delectissime *A* 11 aut] ut *E* 15 sancto *om. B* 16 regnum] *add.* celorum *DHbd* huius *E* 17 asc̣ensum *D* (s *s.* c̣) sensum *E* praesentięque *CD* 18 *alt.* et *om. H* effectum *H* 19 sic *om. D* 20 cognatum *A* esse *om. A* in] cū *A* 21 constitum *A* 23 uolare *C* 24 illo *C* 27 in *om. BCDEITbd, sed cf. p. 374, 27* 28 atque] et *BCITb* itaque *E* si] sed *H* si *post* alia *pon. E* 29 oratiosior *A* sine illa dilectione *H*

rige, si animum catholicum geris, id est si ueraciter praelocutus es dicens, ‘quod tibi ipse credulus non sis ea probari posse quae dixeris et quod semper studeas etiam propriam sententiam non tueri, si inprobabilis detegatur, et sit tibi cordi proprio damnato iudicio meliora magis et quae sunt ueriora sectari‘. modo proba, carissime, non te fallaciter ista dixisse, ut de tua indole non solum ingeniosa, uerum etiam cauta, pia, modesta gaudeat catholica ecclesia, non de contentiosa pertinacia heretica exardescat insania. nunc est, ut ostendas quanta post haec bona uerba quae tua commemorauí sinceritate pectoris dixeris, quod continuo subiecisti: *nam ut est*, inquis, *optimi propositi laudandique consilii facile ad ueriora transduci, ita inprobi obstinatique iudicii est nolle citius ad tramitem rationis inflecti.* esto igitur optimi propositi laudandique consilii et facile ad ueriora transducere; nec sis inprobi obstinatique iudicii, ut nolis citius ad tramitem rationis inflecti. si enim haec liberaliter elocutus es, si non in labiis ista sonuisti, sed intus et germanitus in corde sensisti, in tuae correctionis tanto bono etiam moras odisti. parum quippe tibi fuit dicere inprobi obstinatique esse iudicii nolle ad tramitem rationis inflecti, nisi adderes ‘citius‘, ut hinc ostenderes quam sit exsecrandus qui bonum hoc numquam facit, quando quidem qui tardius facit tanta tibi uideatur seueritate culpandus, ut merito inprobi iudicii obstinatique dicatur. audi ergo te ipsum tuque potissimum et maxime eloquii tui fructibus utere, ut citius te ad rationis tramitem grauitate mentis inflectas, quam te inde minus erudite parumque consulte lubrico aetatis auerteras.

21. Nimis longum est omnia, quae in libris tuis uel potius in te ipso uolo emendari, pertractare atque discutere et saltem breuem

2 Vinc. Victor; cf. pag. 367, 5—9 10 Vinc. Victor; cf. pag. 357, 9—11

1 perloquutus *A* 2 ipsi *BEITbd* ea] et *B* aprobare *B* probare *CDIb* 3 propria sententia *A* 4 si *EH* cordis *H* (s *s. l.*) iudicio damnato *bd* 5 agis *H* 6 ut de] unde *E* 9 uerba bona *E* 10 peccatoris *A* 11 transducere *BCI* transcendere *T* 12 ita ut *BC* inproprio *A* iudici *A* 13 esto—inflecti *in mg. E* 15 tramite *C* 16 ista solum modo *T* 17 correptionis *T* 18 noli *D* 20 execrandus *BH* qui—facit] qui bonum quam facit *BC* bonum *om. DEH* hoc *om. IT, b in textu* 21 qui] quā *BC* uidetur *BCIT* seueritati *A* tanta seueritate *B* 23 eloquii tui] quę loquutus *A* elocutus *BCI* eloqui tui *D* elocutis *T* fructibus *om. A* 25 aetatis lubrice *E, in mg.* al. ł lubrica etate *b* ętis *A* auertas *DIT* 26 libris in tuis *E* tuis libris *BCITd* 27 emendare *D* pertractari *EH* saltī *EHT* breue *D*

tibi de singulis corrigendis reddere rationem. nec ideo tamen te contemnas et arbitreris ingenium et eloquium tuum parui esse pendendum. nec sanctarum scripturarum memoriam in te paruam esse cognoui; sed eruditio minor est, quam tantae indoli laborique congruebat. itaque te nec amplius quam oportet tibi tribuendo uanescere uolo nec rursus te abiciendo ac desperando frigescere. utinam tua scripta tecum legere possem et conloquendo potius quam scribendo quae sint emendanda monstrarem! facilius hoc negotium perageretur nostra inter nos sermocinatione quam litteris; quae si scribenda esset, multis uoluminibus indigeret. uerum ista capitalia, quae certo etiam numero conprehendere uolui, instanter ammoneo, ne corrigere differas et ea prorsus a fide et praedicatione tua facias aliena, ut quanta tibi facultas est disputandi munere dei utaris utiliter ad aedificationem, non ad destructionem sanae salubrisque doctrinae.

XV. 22. Sunt autem ista, de quibus, ut potui, iam disserui; sed breuiter ea repetendo percurram. unum est, quod ‘animam non ex nihilo, sed de se ipso deum fecisse‘ dixisti; alterum ‘per infinitum tempus atque ita semper deum animas dare, sicut semper est ipse qui dat‘; tertium ‘animam meritum aliquod perdidisse per carnem, quod habuerit ante carnem‘; quartum ‘animam per carnem reparare habitudinem priscam et per eandem carnem renasci, per quam meruerat inquinari‘; quintum, ‘quod anima meruerit esse peccatrix ante omne peccatum‘; sextum ‘infantes antequam baptizentur morte praeuentos peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum‘; septimum ‘quos dominus praedestinauit ad baptismum praedestinationi eius eripi posse et ante defungi, quam in eis fuerit quod omnipotens praedestinauit

17—378, 11 Vinc. Victor

1 corrigendus *A* idio *C* tamen te] totamente *B* te *om. A* 2 *init.* et] ut *Hd* 5 te *om. C* 6 disperando *C* frigiscere *Hm1* 7 tecum] cũ *BC* posset *A* 8 monstrare *H* 10 si *om. A* essent *H* indigerent *H* uerum] *add.* tamen *Abd* 11 capitula *CEH*, *b in mg.* 13 disputanti *C* 14 putaris *A* ędificatione *A* adestrustionem *H* (*s.* e *adsc. m1* d *et s.* s *add.* c) 16 iam ut potui *E* 17 eas rependendo *A* *H in mg. num. I. II etc. add.* anima *BC* 19 deum semper *E* est *om. E* 21 quae *H* 23 renascit *C* 24 meruit *DEH* 25 antequam infantes *E* mortē *C* 26 originarium *C* 27 praedistinauit *C* *passim* praedestinatione *H* praedistinationi *C* 28 defugi *C*

impletum'; octauum 'de infantibus, qui priusquam renascantur in Christo praeueniuntur occiduo, scriptum esse: *raptus est, ne malitia mutaret illius intellectum*, et cetera quae in eam sententiam in Sapientiae libro leguntur'; nonum 'aliquas mansiones esse extra regnum dei earum quas esse dominus dixit in domo patris sui'; decimum est 'sacrificium Christianorum pro eis qui non baptizati de corpore exierint offerendum'; undecimum 'aliquos eorum qui sine baptismo Christi ex hac uita emigrauerint interim non ire in regnum, sed in paradisum, postea uero in resurrectione mortuorum etiam ad regni caelorum beatitudinem peruenire'.

23. Haec interim undecim multum aperteque peruersa et fidei catholicae aduersa nunc iam nihil cuncteris extirpare atque abicere ab animo, a uerbo, ab stilo tuo, si uis, ut te non solum ad altaria transisse catholica, sed uere catholicum esse gaudeamus. nam haec si pertinaciter singula defendantur, tot hereses facere possunt, quot opiniones esse numerantur. quocirca considera, quam sit horrendum ut omnes sint in uno homine, quae damnabiles essent in singulis singulae. sed si tu pro eis nulla contentione pugnaueris, immo uero eas fidelibus uerbis et litteris expugnaueris, laudabilior eris censor in te ipsum, quam si quemlibet alium recta ratione reprehenderes, et mirabilior eorum emendator, quam si numquam illa sensisses. adsit dominus tuae menti et tantam spiritui tuo spiritu suo facilitatem humilitatis, lucem ueritatis, dulcedinem caritatis, pacem pietatis infundat, ut uictor tui animi esse malis in ueris quam cuiuslibet contradicentis in falsis. absit autem ut te arbitreris haec opinando

2 Sap. 4, 11

1 renascuntur *H* 2 $\overline{\text{xpo}}$] *add.* p̄sentis uitę *T* raptum *C* 3 malitia eius *E* intellectum illius *Id* illius *om. Eb* 4 ea sententia *D* (*ex* eā sententiā *corr. m1*), *H* nouum *E* 5 dominus esse *BCITbd* 6 est *om. T* 7 undecimum est *T* 8 uitę migrauerint *A* 9 ire *om. AI* 12 undecimū *E* 13 peruersa *BC* nunc iam] nondam *H* conteris *T* et stirpare *E* exstirpare *HId* 14 a *om. C* a stilo *T* 15 uere (*in mg.* al ł aperte) *b* audeamus *E* 16 defendentur *AT* defenduntur *C* hęreses *A* quod *ACDE* 17 hoc horrendum *b* 18 dānobiles *C* 19 si *om. H* imno *C* 20 et *om. H* litterisque *H* censeor *C* 21 quā s *C* cōprehenderes *E* reprehenderis *b* 23 assit *ADE* *pr.* spirituo *B* suo] sancto *A*, *T* (*in mg.* suo) felicitatem *E* 24 lucem ueritatis] et mirabilior ueritatis *A* 25 in *om. T* cuilibet *BCI* 26 opinanda fide *B*

a fide catholica recessisse, quamuis ea fidei sint aduersa catholicae, si coram deo, cuius in nullius corde oculus fallitur, ueraciter te dixisse resipiscis ‘non te tibi ipsi esse credulum probari ea quae dixeris posse ac studere te semper etiam propriam sententiam non tueri, si inprobabilis detegatur, eo quod sit tibi cordi proprio damnato iudicio meliora magis et quae sint ueriora sectari‘. iste quippe animus etiam in dictis per ignorantiam non catholicis ipsa est correctionis praemeditatione ac praeparatione catholicus. sed iste sit modus huius uoluminis, ubi requiescat paululum lector, ut ad ea quae sequuntur eius intentio ab alio renouetur exordio.

LIBER QVARTVS. AD VINCENTIVM VICTOREM.

I. 1. Accipe nunc iam etiam de me ipso quae tibi dicere cupio, si possim, hoc est, si ille donauerit, in cuius manu sunt et nos et sermones nostri. reprehendisti enim me bis numero exprimens etiam meum nomen et cum te in principio libri tui inperitiae tuae ammodum conscium et doctrinae amminiculo destitutum, me uero ubi nominasti doctissimum ac peritissimum dixeris, tamen quibus in rebus tibi uisus es nosse quod ego uel nescire me fateor uel, quamuis nesciam, scire praesumo, libertate qua oportebat non tantum senem iuuenis et episcopum laicus, uerum etiam hominem tuo iudicio doctissimum et peritissimum non dubitasti reprehendere. ego autem et me doctissimum ac peritissimum nescio, immo uero me non esse certissime scio et fieri posse non ambigo, ut aliquid

3 cf. pag. 357, 5—9. 376, 2—5

1 sunt *C* 3 respicis *ITd* ipsi *om.D* ea] ë *D* 4 aestudere (*om.* ac) *C* 5 corde *E* cordis *H* 6 magis] agi *H* et] at *C* animas *C* 7 correptionis *T* 9 secuntur *BCE* 10 Expł lib̄ prim’ de natura et origine animae ad uincentium uictorē. Inc̄ lib̄ sc̄d *ABCIT; a cod. D abest subscr.* Expł lib̄ prim’ de natura et origine animę ad uinc̣un̄centiū uictorē sci agus epi. Incipit liber secundus eiusdem sc̄i agus ad supra memoratum uincentium uictorem de eadem re *H* Explicit liber primus sc̄i augustini de natura et origine animę ad uincentium uictorem. Incip eiusdem sc̄ds lib̄ ad eundem de eadem re *E* 12 cupio dicere *H* 14 explimens *A* exprimis *E* (s *s.l.*) 15 admodum *B* 16 doctrina et amminiculo *ABCIb* adminiculo *H* (d *s.l.*),*T* 18 nesciat *A* 19 libertatē *D* quā *A* non oportebat *T* non] nā *C* 20 doctissimum] dissertissimum *E* di*sertissimum *H* 21 perit.] perfectissimum *H* 22 et me doctissimum *om.A* doctissimum] deuotissimum *C* 23 et] *add.* si *C* ambiguo *C*

inperito et indocto cuipiam scire contingat, quod aliquis doctus et peritus ignorat, et in hoc te plane laudo, quod ueritatem, etsi non quam percepisti, certe quam putasti, homini praetulisti; ideo quidem temere, quia existimasti te scire quod nescis, sed ideo libere, quia personam non reueritus elegisti aperire quod sentis. unde te intellegere oportet, quanto esse nobis debeat cura maior dominicas oues reuocare ab erroribus, si et ouibus turpe est uitia pastorum, si qua cognouerint, eisdem occultare pastoribus. o si illa reprehenderes mea, quae iusta reprehensione sunt digna! neque enim negare debeo sicut in ipsis moribus ita multa esse in tam multis opusculis meis, quae possint recto iudicio et nulla temeritate culpari. ex quibus si aliqua ipse reprehenderes, illic tibi fortassis ostenderem, qualem te esse in quibus non perperam reprehenderis uellem meque tibi iuniori maior et praepositus subdito correctionis exemplum quanto humilius tanto salubrius exhiberem. sed ea in me reprehendisti, quae non corrigere humilitas, et partim fateri, partim defendere ueritas cogit.

II. 2. Haec autem sunt: unum, quod de origine animarum, quae post primum hominem datae sunt uel dantur hominibus, non sum ausus aliquid definire, quia fateor me nescire; alterum, quod animam scire me dixi spiritum esse, non corpus. sed in hoc altero duo reprehendisti: unum, quod non eam crederem corpus esse, aliud, quod eam spiritum crederem. tibi enim uidetur et corpus esse anima et non esse spiritus. audi igitur purgationem meam contra reprehensionem tuam et ex hac occasione, qua me tibi purgo, in te ipso disce quae purges. recole uerba libri tui, ubi me primitus nominasti: *scio*, inquis, *plerosque et facile peritissimos uiros super*

27 Vinc. Victor

1 cupiam *CH* quipiam *D* aliquid *H* aliquis] *add.* laicus *BCIb* 2 in *om.B* 3 non quam] numquam *CHb* percipisti *Hm1* 4 scire te *BCId* 5 ueritus *b* 7 reuocarę *H* (i *s.* ę) erribus *B* torpe *A* 8 cognouerunt *ABCIT* 9 iuxta *C* sunt reprehensione *E* 10 enim *om.E* 11 recto] iusto *BCITb* 12 ipsi *A* ipsa *C*, *om.b* illic] *add.* et *ABCITbd* 13 reprehenderes *b* 14 uellet *A* me ||| (*in mg.* eque) *E* neque *d* propositus *BC* prepositiṣ subditụṣ (u *s.* i, o *s.* ụṣ) *H* correptionis *DT* 15 in—et *in mg. add. D* 16 et] sed *codd. praet. A* 20 diffinire *E* 21 dix̄ *A* dixisti *C* esse spiritum *E* 22 aliud] alterum *bd* 24 animę *BC* animam *AEITbd* et *om. ABC* spiritum *codd. praet. D* 25 occansionē *C* 26 disci *A* recola *T* 27 peritismos *A* super eo] super et *A* insuper et *BÇEITbd*

eo consultos tenuisse silentium aut nihil expressius elocutos, cum definitionem disputationibus suis inchoata expositione subtraherent — sicuti nuper apud te Augustini doctissimi uiri praedicatique episcopi conprehensum litteris lectitaui — modestius quidem, ut reor, ac uerecundius huiusce rei arcana rimantes intra se ipsos tractatus sui deuorasse iudicium neque se posse exhinc aliquid determinare professos. sed mihi, crede, satis superque uidetur absurdum atque incongruum rationi, ut homo ipse expers sui sit aut is, qui rerum omnium creditur adeptus esse notitiam, sibi ipsi habeatur ignotus. quid autem differt homo pecore, si nescit de sua qualitate naturaque disquirere atque disserere, ut merito in illum conueniat quod scriptum est: h o m o *c u m e s s e t i n h o n o r e, n o n i n t e l l e x i t; a s s i m i l a t u s e s t i u m e n t i s e t c o n p a r a t u s e s t e i s? nam cum deus bonus nihil non ratione condiderit ipsumque hominem animal rationale, intellectus capacem, rationis compotem sensuque uiuacem, qui omnia rationis expertia prudenti ordinatione distribuat, procreauerit, quid tam inconuenienter dici potest quam ut eum sola sui notione fraudarit? et cum sapientia mundi, quae sese usque ad ueri cognitionem superuacua quidem inuestigatione protendit, quia scire nequit per quem licet quae sunt uera cognosci, aliqua tamen uicina, immo affinia ueritati temptauerit super animae natura dispicere, quam indecens atque pudendum est religiosum quemquam de hoc ipso aut nihil sapere aut penitus sibi interdixisse ne sapiat!*

3. Ista tua nostrae ignorantiae disertissima et luculentissima castigatio omnia, quae ad naturam hominis pertinent, sic te scire

11 Ps. 48, 13

1 eloqutos *I* 2 definitione *A* difinitionem *E* incohata *I* incoata *T* 3 sicuti] sicut in uno *D* nunc nuper *BCEHT*, (nuper *in mg.*) *I* ·aput te] aperte *H* agustini *AC* 4 co*phensum *H* modesticis *C* uericundius *H* 5 archana *BCEIT* remantes *A* tractatos *H* 6 ex hanc *A* 7 credere *C* 8 his *ABC* 10 a pecore *Ebd* 11 dissere *I* 13 *alt.* est *om.H* dns *E* 14 bonis *E* rationi *I* animal hominem *C* hominem *om.E* 15 sensuumque *H* omi *Bb* 16 expertia (*s. l. add.* gen) *E* experientia *b* prudentiae *ABCDH* prudentique *b* distributa *E* qui *A* 17 notitiae *C* noticione *E* fraudauerit *b* 18 mundi sapientia *E* mundique *A* quesisse *E* quaerere se *H* (*alt.* re *s.l.*) 19 uestigatione *A* nequeit *D* (e *mut. in* i) 20 afinia *C* 21 despicere *BCDEIb* quam—ne *om.C* inde censat qu*e *H* 24 Ista tua] Instatua *C* Statuit *H* dissertissima *ABCE* loculentissima *BC*

compellit, ut, si eorum aliquid ignoraueris, non meo, sed tuo iudicio pecoribus compareris. quamuis enim nos insignitius uidearis adtingere eo quod dixisti: *homo cum esset in honore, non intellexit*, quia in quo tu non es honore sumus ecclesiae, tamen etiam tu in eo es honore naturae, ut pecoribus praeferaris, quibus secundum tuum iudicium comparandus es, si aliquid eorum quae ad naturam tuam constat pertinere nesciueris. neque enim eos aspersisti hac reprehensione tantummodo, qui hoc nesciunt quod ego nescio, hoc est humanae animae originem — quam quidem non penitus nescio; scio enim deum flauisse in faciem primi hominis factumque esse hominem in animam uiuam; quod tamen nisi legissem, per me ipse scire non possem — sed dixisti: *quid autem differt homo pecore, si nescit de sua qualitate naturaque disquirere atque disserere?* quod sensisse ita uideris, tamquam de uniuersa sua qualitate atque natura sic homo disquirere atque disserere debeat, ut nihil eum sui lateat. quod si ita est, iam te pecoribus comparabo, si mihi non responderis tuorum numerum capillorum. si autem quantumcumque proficiamus in hac uita, aliqua nos ad naturam nostram pertinentia nescire concedis, quaero id quantum quatenusque concedas, ne forte et hoc ibi sit, quod animae nostrae non omni modo scimus originem; quamuis, quod ad salutem pertinet fidei, diuinitus animam datam eamque non eius cuius deus est esse naturae remotis ambagibus nouerimus. an forte hactenus putas naturam suam cuique nesciendam, quatenus eam tu nescis, hactenusque sciendam, quatenus eam tu scire potueris, ut, si paulo amplius te quisque nescierit, eum pecoribus compares, quod scientior illo esse potuisti, atque ita si quis eam paulo plus te scierit, eadem iustitia te ille pecoribus comparabit? dic ergo quatenus nobis

3. 12 Vinc. Victor Ps. 48, 13 10 cf. Gen. 2, 7

2 compararis *A* insignius *Eb* designantius *T* 3 eo quod dix. *in mg. I* 6 iudicium tuum *BC* 7 nescieris *E* enim *om. T* 10 nescio (*s. del.* ignoro) *I* 12 legisse *A* ipsum *Tb* 13 homo differt *BCT* a pecore *EHbd* natura quae *A* 14 quod—disserere *in mg. T* 15 sua *om. B* *alt.* ac *D* dissere *H* 19 pertinentiã *A* concedas *b* 20 quatenus usque *CI* quatinusque *E* *ibi *H* 21 origine *A* 23 remotus *C* actenus *AEHm1* 24 nescientem *A* quatinus *BE* eam *om. Tb* nec tu scis *E* nescis—eam tu *om. A* 25 actenusque *ECE* hactenus *b* quatinus *BE* tu scire—*383, 1* sit nostra *in mg. H* 26 quis *bd* 27 te *om. E*

naturam nostram nescire concedas, ut a pecoribus salua sit nostra distantia, et considera tamen, ne plus a pecoribus distet qui eius aliquid nescire se scit, quam qui se putat scire quod nescit. natura certe tota hominis est spiritus, anima et corpus; quisquis ergo a natura humana corpus alienare uult, desipit. medici tamen, qui appellantur anatomici, per membra, per uenas, per neruos, per ossa, per medullas, per interiora uitalia etiam uiuos homines quamdiu inter manus rimantium uiuere potuerunt dissiciendo scrutati sunt, ut naturam corporis nossent, nec tamen nos, quia ista nescimus, pecoribus compararunt. nisi forte dicturus es eos pecoribus comparandos, qui animae naturam, non qui corporis nesciunt. non ergo ita praeloqui debuisti. neque enim aisti: 'quid differt homo pecore, si nescit de animae suae qualitate atque natura', sed aisti: *si nescit de sua qualitate naturaque disquirere atque disserere*. qualitas utique nostra et natura nostra cum corpore computatur, quamuis de his quibus constamus singillatim singulis disseratur. uerum ego quam multa possim de hominis natura scientissime disputare, si explicare uelim, plura uolumina inplebo; multa me tamen ignorare confiteor.

III. 4. Tu autem quo uis pertinere, quod in superiore libro de flatu hominis disputauimus, utrum ad animae naturam, quia ipsa id agit in homine, an ad corporis, quod ab ea mouetur ut id agat, an ad huius aeris, cuius reciprocatu id agere declaratur, an potius ad omnia tria, ad animam scilicet, quae corpus mouet et ad corpus quod motu flatum recipit atque reddit et ad auram istam undique circumfusam quae intrando alit, releuat exeundo? et tamen hoc litteratus homo atque facundus utique nesciebas, quando credebas

13 Vinc. Victor; cf. pag. 381, 10 19 cf. pag. 362—365

3 *pr.* se *om.C* 4 certe *om.A* hominis est tota *B* anima et] animae *C* quisquis—corpus *om.A* 5 desepit *C* 6 anathomici *CH* uṛnas *H* (e *s.* ṛ) 7 etiauiuos *A* 8 manas *A* scrutati] seruati *C* 9 corpus *BC* 10 eos *om.E* 12 proloqui *E* qui *A* a pecore *bd* 13 atque—qualitate *om.H* sed—disserere *om.A* 14 natura*quạe *H* atque] aut *C* 15 nostrę naturae nostro *H* 16 quibus *om.BC* singillatim *bis pos. semel eras. I* singulatim *CT* ergo *BC* eṛgo *I* 18 uelim] uḥm *C* uolumine *A* impleo *E* tamen me *E* 19 quāuis *ABC* superiori *E* 20 disputauimur *A* utrum] uerū *C* amae *A* id ipsa *B* ipse *AC* 21 id agit] ait *E* ab ea] habeat *A* moueatur *E* 22 ęris *A* reciprocatu*H* 24 motū flatu *E* istam] mundi *H* 25 releuate *C* 26 atque *om.A* fecundus *B*

et dicebas et scribebas et in conuentu multitudinis conrogatae legebas, ex natura nostra nos utrem inflare et in natura nostra nos minus nihil habere, cum hoc unde faciamus facillime posses non diuinas et humanas paginas perscrutando, sed in te aduertendo nosse cum uelles. quomodo igitur tibi committam, ut me doceas de origine animarum, quod me nescire confiteor, qui quod tuis naribus atque ore sine intermissione facis unde facias ignorabas? et praestet dominus, ut a me commonitus cedas potius quam resistas tam in promptu positae atque apertissimae ueritati nec de utre inflando sic interroges pulmones tuos, ut eos aduersus me habere malis inflatos quam eis adquiescere te docentibus et responsum tibi uerum non loquendo et altercando, sed spirando et respirando reddentibus. proinde ignorantiam meam de origine animarum te corripientem atque obiurgantem non moleste ferrem, immo insuper et gratias magnas agerem, si eam mihi non solum duris percuteres conuiciis, sed ueris etiam excuteres dictis. si enim me posses docere quod nescio, non solum te uerbis, sed et pugnis caedentem deberem patientissime sustinere.

IV. 5. Nam fateor dilectioni tuae, quantum adtinet ad istam quaestionem, unum de duobus ualde cupio nosse, si possim, uel de animarum origine quod ignoro uel utrum pertineat ad nos hoc nosse cum hic uiuimus. quid si enim ex illis rebus est, de quibus nobis dicitur: altiora te ne quaesieris et fortiora te ne scrutatus fueris; sed quae praecepit tibi dominus, illa cogita semper? uerum hoc nosse cupio aut ab ipso deo sciente quod creat aut etiam ab aliquo docto sciente quod dicat, non ab homine nesciente quod anhelat. infantiam suam

23 Eccli. 1, 22

1 *pr.* et *om.BCITb* conuentitudinis *C* conrogat ęlegebas me (*om.* ex) *A* conrogate *BCH* corrogatae *I* congregate *E* congregatę (*ex* conrogatę) *D*, *bd* 2 ex] et *C* et de *b* nos *om.BCITb* in] ex *T*, *om.CIb* naturam nostrum *b* in nos *b* 4 et] sed *H* pręscrutando *D* 6 me *om.C* 8 cōmonitur *A* inpromptu (*ex* inprumptu) *H* 9 promtu *CDE* 10 sicut *C* aduersum *T* malis habere *B* 11 te *om.CH* 12 spiritando *A* 14 obuirgantem *A* 16 sed ueris etiam] scrutatus *A* me *om.C* dicere *C* 17 cedentem *I* debere *C* 20 ualde unum de duobus *C* uel de] ualde *Hm1* 21 hoc nosse *s. l. I* 22 enim *om. I* ex] de *I* 23 neq. si eris *A* nec *D* 24 dominus *om. A* 26 alico *C* dicto *C* doctore *I* 27 anhelatus *AC* anhelatur *B* anhelatur *I*

quisque non recolit et putas hominem nisi deo docente posse cognoscere, unde in matris utero uiuere coeperit. praesertim si usque adeo illum adhuc lateat humana natura, ut non solum quid intus habeat uerum etiam quid ad eam forinsecus accedat ignoret? itane, dilectissime, tu me docebis aut quemquam, unde homines nascentes animentur, qui nesciebas adhuc usque unde uiuentes sic alantur, ut illo alimento paululum subtracto continuo moriantur? tu me docebis aut quemquam, unde homines animentur, qui nesciebas adhuc usque unde utres, quando inflantur, inpleantur? utinam quemadmodum nescis unde origo sit animarum, sic ego saltem scirem utrum mihi in hac uita sciendum esset! si enim ex illis est altioribus, quae inquirere scrutarique prohibemur, timendum est, ne hoc non ignorando, sed quaerendo peccemus. neque enim propterea non esse de illis altioribus putare debemus, quia non ad dei naturam pertinet, sed ad nostram.

V. 6. Quid quod nonnulla in operibus dei quam deus ipse, in quantum cognosci potest, difficilius cognoscuntur? nam didicimus deum esse trinitatem; quot autem animalium genera creauerit, saltem terrestrium, quae in arcam Noe intrare potuerunt, adhuc usque nescimus, nisi hoc tu iam forte didicisti. in libro etiam Sapientiae scriptum est: s i e n i m t a n t u m p o t u e r u n t u a l e r e u t p o s s e n t a e s t i m a r e s a e c u l u m, q u o m o d o e i u s d o m i n u m n o n f a c i l i u s i n u e n e r u n t? an quia hoc intra nos est, ideo non altius nobis est? interior enim est animae nostrae natura quam corpus. quasi uero corpus ipsum non facilius nosse potuit anima extrinsecus per oculos ipsius corporis quam intrinsecus per se ipsam. quid enim est in intestinis corporis, ubi non est ipsa? et tamen etiam quaeque interna atque uitalia oculis

12 cf. Eccli. 3, 22 21 Sap. 13, 9

1 nisi *om.C* docenteṃ *H* cognoscerit *A* 2 uiuere *om.H* coeperit *m2 in* c̄ceperit *H* ad illiū. illū eo adhuc *C* 3 illuc *H* quod *b* 4 nc itane *C* ita ne*H* 5 animenter *A* 7 morientur *C* 10 que admodum *C* saltī *EHT* 11 . ē . aut altioribus *A* 12 scrutari qu*e *H* 13 ne*H* ignoramus *A* 16 Quid *om.H* nulla *B* n̄nullā *C* in *om.C* ipse deus *Bb* 18 quod *ADEH* animarū *A* 19 salam *C* saltim *EHT* arca *AH* archam *E* 20 forte hoc tu iam *BCEITb* tu iam *om.H* etiam] autem *C* 22 ut *om.A* estimare *Hm1* 24 hoc *om.H* 25 naturā *C* 26 uero ṇo ṇ *I* animo *H* 28 ipsum *H*

corporis inquisiuit et quicquid ex eis discere potuit per oculos corporis didicit. et certe ibi erat, etiam quando illa nesciebat. et cum uiscera intrinsecus nostra non possint sine anima uiuere, facilius ea potuit anima uiuificare quam nosse. an forte ad eius cognitionem altius illa est corpus eius quam ipsa et ideo si uelit inquirere atque disserere, quando semen hominis conuertatur in sanguinem quando in solidam carnem, quando ossa durari quando incipiant medullari, quot sint genera uenarum atque neruorum, quibus discursibus et anfractibus uniuersum corpus illae inrigent illi alligent, utrum in neruis deputanda sit cutis utrum in ossibus dentes — distant enim, quod medulla carent — et quid ab utrisque differant ungues, quoniam his duritia similes sunt, praecidi autem et crescere commune illis est cum capillis, quisnam sit usus uenarum non sanguinis, sed aeris, quas arterias uocant: haec atque huiusmodi de natura corporis sui si anima nosse desideret, tuncine dicendum est homini: altiora te ne quaesieris et fortiora te ne scrutatus fueris, si autem de sua origine quod nescit inquirat, non est altius neque fortius quam ut id possit adprehendere? et absurdum existimas atque incongruum rationi, ut nesciat anima utrum noua diuinitus insufflata sit an de parentibus tracta, cum hoc iam praeteritum non meminerit et inter illa deputet, quae inrenocabiliter sicut infantiam et cetera recentis ab utero aetatis oblita est, si tamen cum sensu eius aliquo factum est quando factum est, nec putas absurdum atque incongruum, ut corpus sibi subditum nesciat et quod non est de praeteritis eius, sed de praesentibus prorsus ignoret, utrum uenas moueat ut uiuat in corpore, neruos autem

16 Eccli. 3, 22

1 quidquid *E* discerpere *C* 2 erat—cum *om.A* 3 possent *H* 5 illa *om.d* 6 sanguine *BC* 7 incipiat *ABCI* 8 quod *ACD* uenerum *C* 9 et uniuersum *H* *pr.* illę (a *s.* ę) *H* *alt.* illa *H* 11 meidulla *Cm2* quo non (*inter* o *et* non *ras.*) *H* 12 duritias *C* praedici *A* crescere (cere *del. assignatur*) *A* 13 est illis *E* illis—usus *om.H* sede|ris *A* 14 aeris] aries *H* artirias (e *s.* i) *H* haec autem *E* uiusmodi *A* 15 tunc me *A* tunc ine *DI* tc̄cine *T* tunc*ne *E* tunc certe *b* tunc inedicendum *BC* tunc inędicendum *H* 16 quaeseeris *C* et *om.H* ne te *E* 18 est *om.H* altus *C* ne *C* ut *om.B* 19 exestimas *A* utrumnauadi uinitus *A* utrumnam adiuinitus *B* atrūnā adiuinus *C* utrum diuinitus noua *D* utrum nam diuinitus *ITbd* 20 praeteritum iam *E* 21 quē reuocabiliter *C* 23 alico *A* ne *AC* 24 absordum C

ut membris corporis operetur, et si ita est, cur neruos non moueat, nisi uelit, pulsus autem uenarum, etiam si nolit, sine intermissione agat, de qua parte corporis ceteris dominetur quod *ἡγεμονικόν* uocant, utrum de corde an de cerebro an dispertite de corde motibus, de cerebro sensibus an de cerebro et sensibus et uoluntariis motibus, de corde autem non uoluntariis uenarum pulsibus, et si de cerebro illa duo facit, cur sentiat etsi nolit, membra uero non moueat nisi uelit? cum igitur haec in corpore nisi ipsa non faciat, cur nescit quod facit uel unde facit? nec ei turpe est ista quod nescit et turpe esse existimas, si nesciat unde uel quomodo facta sit, cum se ipsa non fecerit? an quia nonnulli sciunt, quomodo haec et unde agat in corpore, ideo ad illa altiora atque fortiora id pertinere non putas?

VI. 7. At ego hinc tibi maiorem moueo quaestionem, cur paucissimi nouerint unde agant, quod omnes agunt. fortasse dicturus es, quia illi didicerunt artem anatomicam uel empiricam, quas medicinalis continet disciplina, quam pauci assequuntur, ceteri uero ista discere noluerunt, cum potuissent, si utique uoluissent. ubi omitto dicere, cur multi conentur discere ista nec possint, quia tardo, quod multum mirum est, inpediuntur ingenio ea discere ab aliis, quae aguntur ab eis ipsis et in eis ipsis. sed haec ipsa est maxima quaestio, cur arte non mihi opus sit, ut esse in caelo sciam solem et lunam et alia sidera, et arte mihi opus sit, ut sciam quando digitum moueo, unde incipiam, a corde an a cerebro an ab utroque an neutro, et doctore non egeam, ut sciam quid sit tam longe altius super me, ab alio autem homine discere exspectem, unde agatur a me quod agitur in me. nam cum in corde cogitare dicamur et quod cogitamus nullo alio homine sciente sciamus, ipsum tamen cor ubi cogitamus

1 quur *BIT* 2 nollit *C* 3 egemonicon *codd.b* 4 corde] corpore *B* dispertit *AB* disperdit *C* dispertitis *ITbd* cordis *E* 6 cordibus *H* 7 quur *BCHm1 passim* 8 facit *I* 9 quod ista *T* 10 exestimas *A* 11 an—sciunt] anima uero nulli sciunt *ABCIbd* An uero quia non nulli sciunt *T* 12 ideo] ł eo *T* illas *A* adque *A* ac *bd* 13 ad *C* hintibi *A* maiorem tibi *I* quur *T* 14 nouerim *A* 15 ille *A* illa *C* anatomica *C* empuricam *ABI* empurica *C* empericam *E* 16 continent *A* assecuntur *CDE* 17 compotuissent *H* (u *s.* o) 18 culmulti *T* ista discere *I* dicere *A* 19 multo *A* 20 maxima est *EI* quaesti *A* 21 curare *H* (t *s. fin.* r) mihi non *E* solem sciam *BCITb* 22 sciant *A* mouea *B* 23 unde id incipiam *EH* a *alt. om. H* an aeutro *C* an a neutro *Hbd* 24 doctorem *DH* 25 a *s. exp.* in *I* in *T* 27 scimus *H*

nescimus in qua parte corporis habeamus, nisi ab alio discamus qui nescit quod cogitamus. nec ignoro, cum audimus, ut ex toto corde diligamus deum, non hoc dici de illa particula carnis nostrae, quae sub costis latet, sed de illa ui, qua cogitationes fiunt; quae merito appellatur hoc nomine, quia sicut motus non cessat in corde, unde se pulsus diffundit usquequaque uenarum, ita non quiescimus aliquid cogitando uersare. uerum tamen cum omnis sensus ab anima insit et corpori, cur etiam in tenebris et oculis clausis sensu corporis, qui uocatur tactus, membra forinsecus nostra numeremus, ipsius autem animae interiore praesentia, qua cunctis quae uiuificat atque animat praesto est, nulla intrinsecus nostra uiscera nouerimus, non medicos empiricos nec anatomicos nec dogmaticos nec methodicos, sed hominem scire arbitror neminem.

8. Et quisquis fuerit conatus haec discere, non frustra ei dicitur: altiora te ne quaesieris et fortiora te ne scrutatus fueris. neque enim altiora sunt quam potest nostra statura contingere, sed quam potest nostra coniectura comprehendere et fortiora quam potest uis humani ingenii penetrare; et tamen non est caelum caeli, non dimensio siderum, non modus maris atque terrarum, non infernus inferior, nos sumus, qui nos conprehendere non ualemus, nos modulum scientiae nostrae altiores fortioresque superamus, nos non possumus capere nos et certe non sumus extra nos. nec ideo comparandi pecoribus, quia id quod sumus non penitus inuenimus; et comparandos nos pecoribus putas, si quod fuimus obliti sumus, si tamen id aliquando noueramus? neque enim nunc anima mea trahitur ex parentibus aut insufflatur a deo: utrumlibet horum fecerit, tunc fecit quando me creauit, non etiam nunc de me uel in me facit; actum illud atque transactum est nec praesens mihi

2 cf. Marc. 12, 30 15 Eccli. 3, 22

1 alio] illo *E* 2 ut *om.E* 4 costis nostris *H* ui] in *b* quae *C* fiunt] sunt *C* 5 appellatu *A* ho *C* 6 sepulsus *B* repulsos *H* (u *s.* o) 8 insinuet *E* et *pr. om. b* sensus *H* 9 menbra *I passim* 10 autem] enim *C* interiorem *C* 12 impericos *C* empericos *E* docmaticos *C* metodicos *ABCIT* 14 conatus fuerit *E* 17 quē *A* continere *E* 19 penitrare *T* 20 motus *H* 21 qui nostra cōphendere *H* 23 sumus] possumus *codd. praet. T* 25 comparandus *C* oblitá *C* 26 neque] nāque *H* nunc *om.H* 28 nuc *A* 29 actum] atque tum *E* illuc *BI* atque *om.E*

est nec recens. ne id quidem scio, utrum id scierim oblitusque sim, an uero nec tunc quando factum est id sentire ac nosse potuerim.

VII. 9. Ecce modo, modo dum sumus, dum uiuimus, dum nos uiuere scimus, dum meminisse nos et intellegere et uelle certissimi sumus, qui nos naturae nostrae magnos cognitores esse iactamus quid ualeat memoria nostra uel intellegentia uel uoluntas omnino nescimus. amicus quidam meus iam inde ab adulescentia, Simplicius nomine, homo excellentis mirabilisque memoriae, cum interrogatus esset a nobis, quos uersus Vergilius in omnibus libris supra ultimos dixerit, continuo celeriter memoriterque respondit. quaesiuimus etiam superiores ut diceret: dixit. et credidimus eum posse retrorsus recitare Vergilium; de quocumque loco uoluimus, petiuimus ut faceret: fecit. prosa etiam de quacumque oratione Ciceronis, quam memoriae commendauerat, id eum facere uoluimus: quantum uoluimus sursum uersus secutus est. cum ammiraremur, testatus est deum nescisse se hoc posse ante illud experimentum. ita, quantum ad memoriam pertinet, tunc se eius animus didicit et, quandocumque disceret, nisi temptando et experiendo non posset; et utique antequam temptaret, idem ipse erat: cur se igitur nesciebat?

10. Saepe nos praesumimus aliquid memoria retenturos et cum id putamus, non scribimus nec nobis postea cum uolumus uenit in mentem nosque paenitet credidisse uenturum nec litteris inligasse, ne fugeret; et subito rursus, cum id non quaeramus, occurrit: numquid nos non eramus, quando id cogitabamus? nec tamen hoc sumus quod fuimus, quando id cogitare non possumus. quid est ergo, quod nescio quomodo subtrahimur negamurque nobis itemque nescio

1 ne] nec *H* utru *A* scirem *E* sum *H* 2 nosse] non posse *H* 3 *alt.* modo *om. BDEHTb* nos] non *A* 4 intellere *A* 5 nostrae *om. A* cogitures *C* 7 escimus *A* ab oliscentia *C* simplius *E* 9 uirgilius *BETbd* supra *H* (ra *s. l.*) 11 credimus *ABITb* 12 retrorsum *EHIbd* uirgilium *BCEITbd* uolumus *A* 13 feci *A* prosam *ITb* de prosa *Hd* ratione *E* ciceroni *A* 14 mariae *C* uoluumus *B* 15 sequitus *A* sequutus *E* ammiremur *E* admiraremur *H* (d *s. l.*) 16 deum *om. A* dominum *E* hoc nescisse se *E* nescississe *A* 17 pertinent *A* attinet *Cbd* animus eius *E* ei *B* 18 discere *Ibd* temtando *A* et *om. T* possent *A* 19 temtaret *A* nestibat *A* 20 non *C* recenturos *A* 21 uobis *B* 22 nosque] neque *A* penitent *A* nec] uel *BCEITbd* non ligasse *T* non illigasse *bd* inliganssse *A* 23 fugetret *A* *ante* numquid *exp.* nos *C* 24 noueramus *E* quando *s. exp.* cum *I* id *om. EH* adcogitamus (*om.* id) *A* 26 nescimus *BCEIb* non sumus *T* subtraimur *I* itaque *b*

quomodo proferimur ad nos reddimurque nobis, quasi alii simus et alibi simus, quando quaerimus nec inuenimus quod in memoria nostra posuimus, neque nos ipsi ad nos ipsos ueluti alibi positos peruenire possimus et tunc perueniamus quando inuenimus? ubi enim quaerimus nisi apud nos? et quid quaerimus nisi nos, quasi non simus in nobis et aliquo recesserimus a nobis? nonne adtendis et exhorresceis tantam profunditatem? et quid est hoc aliud quam nostra natura nec qualis fuit, sed qualis nunc est? et ecce magis quaeritur quam comprehenditur. saepe mihi propositam quaestionem putaui me intellecturum, si inde cogitarem; cogitaui nec potui. saepe non putaui et tamen potui. uires itaque intellegentiae meae non sunt mihi utique cognitae et credo quia nec tibi.

11. Sed me contemnis forsitan confitentem et propter hoc quoque pecoribus comparabis. ego autem monere uel, si non dignaris, certe ammonere non desino, ut agnoscas potius communem infirmitatem, in qua uirtus perficitur, ne pro cognitis incognita praesumendo ad ueritatem peruenire non possis. puto enim esse aliquid, quod et tu intellegere quaeris nec potes nec tamen quaereres, nisi te posse sperares. ac per hoc et tu uires intellegentiae tuae nescis, qui naturae tuae scientiam profiteris nec mecum ignorantiam confiteris. quid dicam de uoluntate, ubi certe liberum a nobis praedicatur arbitrium? nempe beatissimus apostolus Petrus uolebat pro domino animam ponere, plane uolebat; neque enim deum id pollicendo fallebat, sed quantas uires haberet uoluntas ipsa nesciebat: proinde uir tantus, qui Iesum filium dei esse cognouerat, se latebat. scimus nos itaque aliquid uelle seu nolle; sed uoluntas nostra, etiam cum bona est, quantum ualeat, quantas uires habeat, quibus temptationibus cedat quibusue non cedat, si nos non fallimus, fili dilecte, nescimus.

15 cf. II Cor. 12, 9 22 cf. Ioh. 13, 37 25 cf. Matth. 16, 16

6 sumus *DH a. c.* aliquo modo *b* 10 inde cogitaram *B* nec] n hoc *T* 12 cognita *AC* nec *ex* nunc *E* 13 contemnes *T* confidentem *A* 14 monere] ammonere *E* 15 amonere *E* admonere *ex* ammore *Hm1* desinam *b* cognoscas *E* 16 presunendo *A* 17 quo det *A* 18 quaeres *Hm1* queris *I* *pr.* nọn (ec *s.* ọn) *H* posse] potest *A* 19 sperare *ABC* sperares *H* (es *s.* i *m1*) 20 ignorantię *A* 21 a *om. BT* 23 id deum *B* 24 quantes *A* 25 uir tantus] uirtus *A* qui filium hominis filium dei *T* Iesum] in *ABC*, *om. Ibd* se*H* simus *C* 26 itaque nos *E* nos]stras *A* 27 temtationibus *A* 28 quibus *BCITb;* quibus—cedat *rep. C*

VIII. 12. Vide igitur quam multa non praeterita, sed praesentia de natura nostra nec tantum quod ad corpus, uerum etiam quod ad interiorem hominem pertinet ignoremus nec tamen pecoribus comparemur; et tu, quia praeteritam originem animae meae non omnino nescio, sed non plene scio — nam scio mihi esse datam a deo nec tamen esse de deo —, tanto me conuicio dignum putasti! et quando possum de natura spiritus et animae nostrae commemorare omnia quae nescimus? ubi potius exclamare debemus ad deum, quod ille exclamauit in psalmo: m i r i f i c a t a e s t s c i e n t i a t u a e x m e; i n u a l u i t, n o n p o t e r o a d i l l a m. cur enim adiecit 'ex me' nisi quia ex se ipso quam inconprehensibilis esset dei scientia coniciebat, quando quidem se ipsum conprehendere non ualebat? rapiebatur apostolus in tertium caelum et audiebat ineffabilia uerba, quae non licet homini loqui, et utrum in corpore hoc illi accidisset an extra corpus nescire se dicit nec a te comparari pecoribus pertimescit. sciebat se spiritus eius esse in tertio caelo, esse in paradiso et utrum esset in corpore nesciebat. et utique tertium caelum et paradisus non erat ipse apostolus Paulus; corpus uero eius et anima atque spiritus eius ipse erat. ecce sciebat magna, alta atque diuina, quae ipse non erat; et hoc nesciebat, quod ad naturam ipsius pertinebat. quis in tanta occultarum rerum scientia tantam sui ipsius ignorantiam non miretur? quis postremo crederet, nisi qui non fallit hoc diceret: q u i d o r e m u s, s i c u t o p o r t e t, n e s c i m u s? ubi esse nostra maxime debet intentio, ut nos in ea quae ante sunt extendamus; et me, si in eis quae retro sunt aliquid de mea origine oblitus sum, pecoribus comparas, cum audias eundem apostolum dicentem: q u a e r e t r o o b l i t u s, i n e a q u a e a n t e s u n t e x t e n t u s s e c u n d u m i n-

9 Ps. 138, 6 13 cf. II Cor. 12, 2—4 23 Rom. 8, 26 28 Phil. 3, 13. 14

2 uerunt *A* 3 pretinet *A* 4 comparamur *E* praeterita in *A* 5 datam esse *Ebd* 6 metunitio dignum *A* 7 nostrae *om. E* 8 ad deum *in mg. I* 9 scientua ex me *A* 10 ad eam *E* 11 nisi *om. D* se *om. H* inp̄hensibilis *A* esset]s set *A* scientia dei *E* 12 coniciebat *in textu ras. in mg. add. I* cōcineb.t *E* quando quidem—ualebat *om. H* 14 quie *A* 15 nescisse *E* 16 pertimiscit *Hm1* in—esse *om. B* 18 ipsa *A* Paulus *om. EH* 19 ecce] Eae *A* 20 ipsa *B* nouerat *C* 21 hoc cultarū *A* 22 Tantū *H* minetur *A* 25 maxima *H* maximae *I* intentiū *A* sunt *om. E* 27 cōmparas *H*

tentionem sequor ad palmam supernae uocationis dei in Christo Iesu!

IX. 13. An forte etiam hoc quia dixi: quid oremus, sicut oportet, nescimus, inridendum me arbitraris et inrationalibus similem animantibus iudicas? et forte tolerabilius. cum enim recto sanoque iudicio futura nostra praeteritis praeferamus et oratio nobis non propter quod fuimus, sed propter quod erimus sit necessaria, multo est utique molestius nescire quid oremus quam quemadmodum exorti fuerimus. sed ueniat tibi in mentem, ubi hoc legeris, uel relegendo recole et noli in me huius conuicii lapidem iacere, ne ad quem non uis perueniat. ille ipse quippe doctor gentium apostolus dixit: quid enim oremus, sicut oportet, nescimus, quod non tantum uerbo docuit, sed suo quoque demonstrauit exemplo. nam contra utilitatem et salutis suae perfectionem nesciens orabat, ut discederet ab eo stimulus carnis, quem sibi datum dixit, ne magnitudine reuelationum suarum extolleretur. et quia eum dominus diligebat, non fecit quod ignoranter petebat, sed tamen ubi ait: quid enim oremus, sicut oportet, nescimus, mox adiunxit: sed ipse spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus. qui autem scrutatur corda, scit quid spiritus sapiat, quia secundum deum interpellat pro sanctis, id est 'interpellare sanctos facit', ille utique spiritus, quem deus misit in corda nostra clamantem: abba, pater, et in quo clamamus: abba, pater; utrumque enim dictum est et ac-

3. 12 Rom. 8, 26 11 cf. I Tim. 2, 7 15 cf. II Cor. 12, 7—9 18 Rom. 8, 26. 27 23 Gal. 4, 6 24 Rom. 8, 15

3 hoc] *add.* ipso *T* horemus *A* 4 inderidendum *C* (inde *in ras.*) inrationabilibus *CEI* 5 animantibus similem *H* sano rectoque *E* 6 iuditia *B* praeferamus praeteritis *E* et oratio] eo natio *C* 8 utique *om. A* quod *C* horemus *A* quem *C* quāadmodum *C* 9 ueniet *A* mente *C* 10 legendo *C* noli in] nolum *C* conuicu quidem (*om.* lapidem) *A* 11 pereniat *C* 12 apostolus *om. I* dixi *A* horemus *A* 13 coque *A* 16 dixi *A* extollerent *C*, *om. B* 17 qui alium *A* eum] illum *BCITbd* 18 oramus *E* 19 adium sit *A* interpellat] *add.* pro nobis *H*, *E in mg.*, *bd* 20 quia *C* 21 *post* quid *exp.* desideret *I* sapiat spiritus *E* sapientia *B* 22 pro sanctis interpellat *B* interpellet *s. exp.* postulat *I* 24 et—pater *om. CDT* 25 clamanus *A* utrumque enim dictum et misisse deum spiritum suum in corda nostra clamantem abba pater et accepisse nos spiritum in quo clamamus abba pater *T* est *om. ABCITbd*

cepisse nos spiritum clamantem: abba, pater et accepisse nos spiritum, in quo clamamus: abba, pater, ut exponeretur quomodo dixit 'clamantem', hoc est 'clamare facientem', ut ipso faciente clamemus. doceat ergo et hoc me quando uoluerit, si hoc mihi expedire nouit, ut sciam unde secundum animam originem ducam. sed ille hoc me doceat spiritus, qui altitudines dei scrutatur, non homo, qui spiritum nescit, unde uter inflatur. absit tamen, ut ego hinc te pecoribus comparem; non enim hoc quia non poteras, sed quia non aduerteras nesciebas.

X. 14. Verum tu fortasse, quamuis altiora sint, quae de animarum origine requiruntur quam est unde ducimus et reddimus flatum, tamen eadem altiora de scripturis sanctis te didicisse confidis, de quibus per fidem didicimus, quae nulla possent humana ingenia uestigare. nam longe utique praestantius est nosse resurrecturam carnem ac sine fine uicturam quam quicquid in ea medici scrutando discere potuerunt, quod nullo sensu anima percipit, cum praesentia sua uegetet cuncta quae nescit; et longe est melius nosse animam, quae in Christo renata et renouata fuerit, in aeternum beatam futuram quam quicquid de illius memoria, intellegentia, uoluntate nescimus. haec autem quae dixi praestantiora atque meliora nullo modo nosse ualeremus, nisi diuinis crederemus eloquiis. his ergo eloquiis fidere te fortassis existimas, ne de origine animarum sententiam definitam proferre cuncteris. primum si ita esset, non ipsi humanae naturae tribuere debuisti, quod scit homo de sua qualitate atque natura disquirere atque disserere, sed dei muneri; dixisti enim: *quid differt homo pecore, si hoc nescit?* quid igitur opus est aliquid legere, ut hoc sciamus, si eo ipso quo a pecore

6 cf. I Cor. 2, 10 26 Vinc. Victor; cf. pag. 381, 9

1 clamantem—spiritum *om.E* et—pater *om.ABCIb* 3 dixerit *E* 4 clamamus *C* 5 me] ne *B* 7 altitudine *BC* altitudinem *ITbd* 8 tamen *s. exp.* enim *I* te pecoribus] temporibus *C* cūparē *A* 12 sanctis rediscis se *A* 13 possint *H* 14 inuestigare *Eb* *ante* resurr. *exp.* resurrecturam *I* 15 carnem—uicturam *om.B* hac *C* quidquid *AET*, *item lin. 19* 16 nullo] in illo *b* percipit anima *E* 18 qua *E* fuerit renata et renouata *I* renati *C* 19 beata *E* 20 haecce *A* 21 eloquiis crederemus *E* 22 te *om.H* te posse *E* fortasse *E* exestimas *C* 23 difinitam *E* cuncteris *E* (ris *in mg. add.*) primus *ABC* 24 ipsa *H* humana *H* umanae *B* 25 qualitate (*in mg.* ł uolūtate) *b* atque disserere *om.B* 26 difret *B* difert *E* a pecore *Hbd*

distamus iam hoc scire debemus? sicut enim nihil mihi legis, ut me uiuere sciam — habet enim natura mea, ut hoc nescire non possim — ita, si et illud scire naturae est, cur mihi de hac re profers quibus credam testimonia scripturarum? numquid soli distant pecore qui eas legunt? nonne ita creati sumus, ut distemus pecoribus et antequam ad aliquas litteras peruenire possimus? quid est, quaeso, quod tantum naturae nostrae arrogas, ut eo ipso quo distat a pecore iam norit de origine animarum disquirere atque disserere, et rursus eam sic facis huius cognitionis expertem, ut hoc scire humanitus nequeat, nisi diuinis testibus credat?

XI. 15. Deinde et in hoc falleris. nam diuina testimonia, quae ad istam quaestionem soluendam referre uoluisti, non id aperiunt. aliud est quod illa demonstrant, sine quo uere non possumus pie uiuere, quod scilicet animarum nostrarum deum habeamus datorem, creatorem, formatorem. sed quomodo id faciat, utrum nouas eas flando an de parentibus trahendo, non exprimunt nisi de una illa quam primo homini dedit. lege diligenter quod scripsi ad fratrem nostrum dei seruum Renatum; ibi enim quia id ostendi, non fuit necesse et hic scribere. uelles autem me definire quod ipse definisti, ut in tales angustias contruderer, in quales ipse contrusus aduersus catholicam fidem tot et tanta locutus es, ut ea si fideliter et humiliter recolas atque consideres, uideas profecto quantum tibi profuisset, si scisses nescire quod nescis, et quantum tibi prosit, si uel nunc scias. nam si intellegentia tibi placet in natura hominis, quoniam reuera si eam non haberet, nihil, quantum ad animas pertinet, pecoribus distaremus, intellege quid non intellegas, ne totum non intellegas, et noli despicere hominem, qui ut ueraciter intellegat

18 cf. pag. 317 sqq.

1 nihil *om.E* legis] legisse opus est *H* 2 me *om.E* hoc scire possim *sqq. T* non *om.I* 3 possim] sim *A* etsi *Cb* natura *BCHIb* 4 scripturū *A* 5 a pecore *bd* *alt.* a pecoribus *Hbd* 7 ipso] isto *C* quod *ABCITb* 8 dissere *B* et—sic *om.H* 9 uius *A* cogitationis *BCI,b in mg.* 12 ad ista in *C* 13 ille *C* possimus *A* 14 habemus *C* 15 id quod facit *C* 16 an de] unde *B* illa una *BCITbd* huna *A* 17 legi *C* scripsit *C* 18 seruus *A* ostendi] optinet *H* 19 difinire *E* ipsi *BC* difinisti *E* 20 contruerer *C* 21 tote (*om.* et) *C* et—quantum tibi *om.A* loquutus *BI* eas *Hb* et] atque *bd* 23 si cisses *E* scire *C* si *om.H* 25 si reuera *A* pertinent *A* 26 a pecoribus *bd* intellege**A* ne] nec *CE* ne—intellegas *om.D* 27 dispicere *CH* ut] it *C*

quod non intellegit hoc se non intellegere intellegit. unde autem dictum sit in sacro psalmo: h o m o i n h o n o r e c u m e s s e t, n o n i n t e l l e x i t; c o m p a r a t u s e s t p e c o r i b u s i n s e n s a t i s e t s i m i l i s f a c t u s e s t e i s, lege et intellege, ut hoc obprobrium humiliter potius ipse caueas quam superbe alteri obicias. de his enim dictum est, qui istam uitam solam deputant uitam secundum carnem uiuentes et post mortem nihil sperantes ueluti pecora, non de his, qui neque negant se scire quod sciunt et confitentur se nescire quod nesciunt et tutius intellegunt infirmitatem suam quam de sua uirtute confidunt.

16. Non itaque displiceat praesumptioni tuae iuuenali meus senilis timor, fili. ego enim, si hoc quod de animarum origine quaerimus nec deo nec aliquo spiritali homine docente scire potuero, paratior sum defendere quam recte etiam hoc deus sicut alia multa nos scire noluerit quam temere dicere, quod aut ita sit obscurum, ut hoc non solum ad aliorum intellegentiam perducere nequeam, sed nec ipse intellegam, aut certe etiam hereticos adiuuet, qui propterea persuadere conantur ab omni noxa puras esse animas paruulorum, ne scilicet eadem noxa in auctorem deum recurrat et redeat, quod insontes animas, quibus nec lauacrum regenerationis subuenturum esse praesciuit, dando carni peccatrici esse compulerit peccatrices nulla baptismatis gratia subuentura, qua liberentur a damnatione perpetua, quando quidem innumerabiles animae infantum, antequam baptizentur, de corporibus exeunt. absit enim, ut hoc uolens diluere dicam quae ipse dixisti, ‘quod anima per carnem meruerit inquinari et esse peccatrix nullum habens ante peccatum, quo recte id meruisse dicatur‘, et ‘quod etiam sine baptismo originalia peccata soluantur‘ et ‘quod regnum quoque caelorum non baptizatis in fine tribuatur‘. haec atque huiusmodi

2 Ps. 48, 13 7 cf. Rom. 8, 13 18 cf. pag. 356, 11 20 cf. Tit. 3, 5
25 Vinc. Victor

1 intelligat *E* 2 palmo *C* 3 iumentis (*s. l.* ł pecoribus) *I* insentatis *A* 4 eis] illis *BCITd* 6 de his] deis *B* quia *C* solam uitam *EH* 9 tutius] tocius *A* totius *C* potius *BHITbd* hanc infirmitatem suam *b* 10 confidant *E* 11 itaque] enim *I* praesentioni *A* iuuenili *BITbd* 12 de hoc *B* 15 noluerunt *C* 19 nec *C* 20 insonantes *H* (*exp. m1*) lauachrum *C* 21 praestiuit *A* carnis *A* 22 peccatores *B* libenter *C* 23 infantium *EI* 25 deluere *B* 27 quod *BCb* dicamur *A* 28 soluentur *A* 29 finem *BCI*

uenena fidei nisi dicere timerem, fortasse de hac re definire aliquid non timerem. quanto melius igitur non separatim de anima disputo et affirmo quod nescio, sed quod apertissime apostolum uideo docuisse simpliciter teneo ex uno homine omnes homines ire in condemnationem qui nascuntur ex Adam, nisi ita renascantur in Christo, sicut instituit ut renascantur, antequam corpore moriantur, quos praedestinauit ad aeternam uitam misericordissimus gratiae largitor, qui est et illis quos praedestinauit ad aeternam mortem iustissimus supplicii retributor non solum propter illa quae uolentes adiciunt, uerum etiam, si infantes nihil adiciant, propter originale peccatum. haec est in hac quaestione definitio mea, ut occulta opera dei habeant suum secretum salua fide mea.

XII. 17. Nunc iam, quantum dominus donare dignatur, etiam ad illud debeo respondere, ubi de anima loquens meum nomen iterasti atque dixisti: *non enim, sicut Augustinus peritissimus episcopus profitetur, incorpoream et eandem spiritum esse permittimus.* prius itaque utrum anima incorporea, sicut ego dixi, an corporea, sicut tu, existimanda sit disputemus; deinde utrum etiam ipsa secundum scripturas nostras dicatur spiritus, quamuis etiam proprie spiritus nuncupetur non uniuersa, sed aliquid eius. ac primum scire uellem corpus quid esse definias. si enim non est corpus nisi quod membris carnalibus constat, nec terra erit corpus nec caelum nec lapis nec aqua nec sidera nec si quid huiusmodi est; si autem corpus est quicquid maioribus et minoribus suis partibus maiora et minora spatia locorum obtinentibus constat, corpora sunt etiam ista quae commemoraui: corpus est aer, corpus est lux ista uisibilis et omnia, sicut dicit apostolus, c o r p o r a c a e l e s t i a e t c o r p o r a t e r r e s t r i a.

4 cf. Rom. 5, 18 5 cf. Ioh. 3, 3 15 Vinc. Victor 27 I Cor. 15, 40

1 timerem dicere *b* diffinire *E* 4 dixisse *E* 5 condem*nationem *H* 6 sicuti *ABCTbd* institui *BCI* in corpore *b* 8 praedistinauit *CH* mortem] uitam *B* 9 nolentes *BCI* 10 *alt.* adicent *A* (e *in* i *mut. et* a *s.* n *add.*) propter] pręter *b* 11 hac] illa *d* diffinitio *Eb* 13 dignabitur *I* 14 nomen meum *b* 15 iterasci *A* agustinus *AC* 17 an corporea] incorporea *C* 18 sicut tu *om. B* exestimanda *AC* disputamus *A* etiam utrum *T* u*rum *H* (t *s.* *) 19 quamuis—spiritus *om. C* 20 uniuersas *C* 21 uelim *E* diffinias *b* 23 aque *A* si *om. A* huiuscemodi *E* 24 quidquid *ET* et minoribus *om. Dm1* 25 ma et minora *A* (mi *s. l. m1*) optimtibus *A* 26 istam *A* auer *A* est *alt. om. ABCHIT* 27 inuisibilis *C* dixit *I*

18. Sed utrum aliquid tale sit anima, scrupulosissime ac subtilissime quaeritur. uerum tamen tu, unde tibi maxime gratulor, deum corpus non esse confirmas; sed me rursus sollicitum facis, ubi dicis: *si anima caret corpore, ut sit, sicut quibusdam placet, cassae inanitatis aeria futilisque substantia.* his enim tuis uerbis uideris credere omne quod caret corpore inanis esse substantiae. quod si ita est, quomodo deum audes dicere carere corpore nec times, ne sequatur inanis eum esse substantiae? porro si et corpore caret deus, quod iam confessus es, et eum inanis esse substantiae absit ut dicas, non ergo inanis substantiae est quicquid corpore caret. et ideo qui incorpoream dicit esse animam, non est consequens, ut eam uelit uideri inanis futilisque substantiae, quia et deum, qui non est inane aliquid, simul incorporeum confitetur. uide autem quantum intersit inter id quod dico et quod tu me existimas dicere. ego enim nec aeriae substantiae animam dico; alioquin corpus esse confiteor. aer quippe corpus est secundum omnes, qui de corporibus cum loquuntur quid loquantur sciunt. tu autem propter id quod incorpoream dixi animam, non solum cassae inanitatis, sed ob hoc aeriam me putasti eam dixisse substantiam, cum et corpus eam non esse dixerim, quod est aer, et quod aere inpletur inane esse non possit. quod nec utres tui te ammonere potuerunt. quid enim aliud in eos nisi aer, quando inflantur, artatur? qui usque adeo inanes non sunt, ut eadem plenitudine etiam pondera sufferant. quodsi forte aliud tibi uidetur esse flatus, aliud aer, cum aer motus ipse sit flatus, quod et flabello agitato doceri potest, certe uasa quaelibet concaua, quae putas in-

4 Vinc. Victor

1 tale aliquid *BCEITb* scrupolosissime *B* 2 tu *om.B* 3 rursum *T* sollititum *E* 4 ut sit *om.E* 5 aerias *BC* aeriae *Id* futtilisque *AH* utilisque *BC* inutilisque *D* fictilisque *E* substantiae *Dd; cf. l. 19* 6 inanis—corpore *om.Im1* 7 quod—substantiae *om.A* 9 et] sed *E* et *ex* es *Dm2* 10 absi *A* absit—substantiae *lin. 15 om.C* substantiae Substantiae est *B* quidquid *DETbd* 11 caret corpore *T* 12 uiderinanis *A* futtilisque *AH* inutilisque *D* fictilisque *E* 14 uidetur *EI* 15 exestimas *A* aereae *b* aeri ut substantiae *AB* 16 quippe] enim *b* 17 corporeę colloquuntur *E* qui *E* 20 non eam *H* eā *in mg. add. E* 21 substantiam *exp. ante* quod *E* aere] est aere *A* ut | r**A* te *om.H* 22 in eos aliud *E* illud *C* 23 inflatur *E* Cuiusque *ABC* 24 tibi *om.B* 25 aliud aer commotus ipse sit flatus *in mg. H* 26 a*gitato *H* certa *A* concaua *post* inania *pos. signo transp. add. E*

ania, ut plena esse cognoscas, ab ea parte, qua inplentur, deprime in aquam et uide, quod nihil humoris in ea possit intrare repellente aere, quo plena sunt. cum autem ore sursum uersus conlocantur siue ex latere, tunc recipiunt liquorem, si quis infunditur uel ingreditur, exeunte atque euadente aere qua exitus patet. hoc praesenti facilius posset demonstrari facto quam scripto. sed non est hic diutius immorandum, cum siue intellegas aeris naturam esse corpoream siue non intellegas, me tamen putare non debes uel aeriam dixisse animam, sed omnino incorpoream; quod et tu esse confiteris deum, quem dicere non audes inane esse aliquid, sed negare non potes omnipotentis et immutabilis esse substantiae. cur ergo metuimus, ne sit cassae inanitatis anima, si sit incorporea, cum deum incorporeum esse fateamur nec eum cassae inanitatis esse dicamus? sic itaque potuit incorporeus incorpoream creare animam, quemadmodum uiuens uiuentem quamuis immutabilis mutabilem et omnipotens longe inparem.

XIII. 19. Cur autem animam nolis esse spiritum, sed corpus eam uelis esse non uideo. si enim propterea spiritus non est, quia distincte apostolus nominauit spiritum dicens: e t i n t e g e r s p i r i t u s u e s t e r e t a n i m a e t c o r p u s, eadem causa est, cur ea non sit corpus, quia distincte nominauit et corpus; si autem affirmas, quod et anima corpus sit quamuis distincte corpore nominato, permitte, ut etiam spiritus sit quamuis distincte spiritu nominato. multo magis enim tibi debet uideri anima spiritus esse quam corpus, quia spiritum et animam unius fateris esse substantiae, unius autem substantiae animam corpusque esse non dicis. quo igitur pacto corpus est anima, cum eius et corporis sit diuersa natura, et spiritus non est anima, cum eius et spiritus sit

19 I Thess. 5, 23

2 umoris *AH* in ea *om. BCITbd* repleta *E* 3 quod *B* uerso *H* 5 aerequexitus *A* qua*H* et hoc *E* 6 possit *EIT* demonstrare *C* 7 siue] sine *A* intelligis *E* corporea *C* 8 debebis *H* aeream *BHI* 9 et *om. C* 10 que *C* audies *A* est *C* 11 potest *BC* imputabilis *A* substantiā *B* substantia *C* 12 inanitatis *s. exp.* iniquitatis *H* incorporeā *A* cum—incorporeum *om. A* 13 deus *Hm1* fateamur esse *b* 14 incorporeus deus *b* 15 queadmodum *C* 18 uellis *A* 19 distinctae *H* 21 quiad *C* 23 etiam ut *B* 24 multa *A* enim magis *bd* animas *AC* 25 fateris unius *I* substantiae *om. E* 26 autem] enim *E* corpus qu*e *H* 27 Quod *B* pac*to *E* 28 spū *BC*

una eademque natura? quid quod ista tua ratione etiam spiritum corpus esse cogeris dicere? alioquin si spiritus corpus non est et anima corpus est, non sunt spiritus et anima unius eiusdemque substantiae; tu autem utrumque, quamuis duo quaedam sentias, unam fateris habere substantiam: ergo et spiritus corpus est, si anima corpus est; neque enim aliter possunt unius eiusdemque esse naturae. proinde secundum te illud quod ait apostolus: s p i r i t u s u e s t e r e t a n i m a e t c o r p u s, tria sunt corpora; sed ex his duo, anima et spiritus, unius naturae sunt corpora, corpus autem illud, quod etiam caro dicitur, diuersa natura est. et ex his tribus, ut opinaris, corporibus, quorum unum diuersae, duo uero sunt unius eiusdemque substantiae, constat totus homo, una quaedam res atque una substantia. ista cum asseras, non uis tamen, ut duae res unius eiusdemque substantiae, id est anima et spiritus, habeant unum spiritus nomen, cum duae res non unius eiusdemque, sed inparis diuersaeque substantiae, id est anima et corpus, habeant unum, sicut putas, corporis nomen.

XIV. 20. Sed hoc omitto, ne de nominibus inter nos sit potius controuersia quam de rebus. quisnam sit homo interior uideamus, utrum anima an spiritus an utrumque. sed, sicut te scripsisse uideo, interiorem hominem animam dicis. de hac enim loquebaris, cum diceres: *et gelante substantia, quae comprehendi non poterat, efficeret corpus aliud intra corpus naturae suae ui et spiramine conglobatum exindeque inciperet homo interior apparere, quem uelut in formam uaginae corporalis inclusum ad similitudinem sui delinauit exterioris hominis habitudo.* deinde infers: *flatus ergo dei animam fecit, immo flatus ex deo anima factus est, effigiata substantialis et*

7 I Thess. 5, 23 22. 26 Vinc. Victor

1 quid est quod *H* 2 et anima *om.A* 3 eadem *BC* 4 autem *om.H* duę quę dā sententias nā *A* dō quaedam sententias unam *C* 6 enim *om. B* possunt aliter *E* 8 uester] uero *T* 9 *pr.* corpore *E* 10 diuersa nature *T* diuersae naturae *d* 14 anima et] animae *C* 15 duares; uniuseiusdemque substantię id est anima et sps; sed impare diuersae que substantię *A* 16 imparis et diuersę *T* habeat *H* 17 corporibus *A* 18 mitto *C* potius sit *E* 19 uideanus *A* 21 hominem *om. B* 22 substantiaę *H* quae] qua *AH* quā *BCEIT* quod *b* cophendere *T* poterant *A* 23 et efficeret *E* ui *om. BCTb* et *om. T* 24 inperet *V* ueluti *d* 25 forma *BCEITbd* declinauit *E* delaniauit *T* delineauit *d* 26 iners *A* animum *Ad* 27 effigiat asubstantialis *C* et—corporea *om. Im1*

secundum naturam suam corporea et sui corporis similis imaginique conformis. post haec incipiens loqui de spiritu: *haec*, inquis, *anima, quae ex flatu dei haberet originem, sine sensu proprio atque intellectu intimo esse non potuit, quod est spiritus.* sicut ergo uideo, interiorem hominem uis esse animam, intimum spiritum, tamquam et ipse interior sit animae sicut illa corpori. ita fit, ut quemadmodum corpus per interiora caua sua recipit aliud corpus, quod est anima, sicut putas, sic et anima credenda sit habere interiora inania, qua corpus tertium receperit spiritum, atque ita totus homo constet ex tribus: exteriore, interiore, intimo. itane nondum respicis, quanta te absurdissima consequantur, cum animam conaris asseuerare corpoream? deinde dic mihi: quis eorum renouabitur in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit eum? interior an intimus? apostolus quidem praeter interiorem et exteriorem non uideo quod sciat alium interioris interiorem, id est totius hominis intimum. sed elige quem uolueris, qui renouetur secundum imaginem dei, quomodo hanc recipiet, qui iam sumsit exterioris imaginem? si enim per membra exterioris cucurrit interior et gelauit — hoc enim etiam uerbo usus es, tamquam figmentum fusile fieret ex forma lutea, quae de puluere facta est —, quomodo eadem manente forma, quae inpressa illi est uel expressa de corpore, potest reformari ad imaginem dei? an duas habebit imagines, a summo quidem dei, ab imo autem corporis, sicut in nummo dicitur 'caput et nauia'? an forte dicis, quod anima ceperit imaginem corporis et spiritus capiat imaginem dei, tamquam illa contigua corpori et ille sit deo, ac sic ad imaginem dei homo ille intimus, non iste interior reformetur? sed frustra hoc dicis. nam si et ille

2 Vinc. Victor 12 cf. Col. 3, 10 14 cf. Rom. 7, 22. Eph. 3, 16 24 cf. Macrobii Saturnal. I 7, 22

1 corpoream *HT* corpori simili *H* 2 anime *AB* animae *C* 3 habere *CEH* intellectum *A* 5 hominem *om.C* 6 ut *om.D* 7 intera *A* concaua *b* caua sua] casa sua *B* cauare *H* recepit *Ab* cepit *s. l. m1H* 8 inania] inanima *Cb* quia *A* quę *E* quo *T* 9 ceperit *D* reciperet *E* (ere *s. l.*) constet—intimo *om.H* 10 respices *H* (i *s. alt.* e) 11 quan**tate *H* cànàris *C* 13 agnitionem *ETbd* eum] illum *bd* exterior an interior *sqq. T* 14 an intimus] animus *ABCI* praeter] prius *B* praeterit *C* et *om.C* 15 quē *E* hoc est *H* 16 elie *A* uis *H* 17 recipiat *H* 18 interiore (*om.* et) *A* interiụs *I* (or *s.* ụs *m1*) 19 gerauit *Dm1* ụsus ‖ es *H* 21 quạe *H* 22 absummo *C* 24 nabia *H* naiua *b* coeperit *ABCHm1b* 25 et] *add.* si *H* capiet *T* tam *H* 26 a deo *E* 27 interiore | formetur *A* et si homo ille intimus *b*

intimus ita est per animae omnia membra diffusus ut illa per corporis, iam etiam ipse per animam cepit imaginem corporis, sicut illa eum forma formauit. ac per hoc non habet ubi capiat imaginem dei manente in se ista imagine corporis, nisi quemadmodum nummus, ut dixi, aliter ex inferiore, aliter ex parte superiore formetur. ad ista te absurda quando de anima cogitas carnalis cogitatio corporum uelis nolisue compellit. sed deus, ut etiam ipse rectissime confiteris, non est corpus; quomodo igitur capiat eius imaginem corpus? obsecro te, frater, ut non conformeris huic saeculo, sed reformeris in nouitate mentis tuae nec sapias secundum carnem, quoniam mors est.

XV. 21. *Sed*, inquis, *si anima caret corpore, quid est quod apud inferos diues ille cognoscit? certe*, inquis, *noueral iam Lazarum, non noueral Abraham. unde illi tanto ante tempore defuncti Abrahae prouenit agnitio?* haec dicens si agnitionem hominis prouenire non putas sine corporis forma, ut noueris te ipsum, credo quod assidue speculum adtendis, ne, si fueris oblitus faciem tuam, non te possis agnoscere. rogo te, quem magis hominem nouit homo quam se ipsum et cuius minus potest faciem uidere quam suam? quis autem potest cognoscere deum, quem tu quoque incorporeum esse non dubitas, si praeter corporis formam, sicut putas, non potest cognitio prouenire, id est si corpora possunt sola cognosci? quis autem Christianus de tam magnis difficillimisque rebus disputans animum in uerba diuina tam neglegenter intendat, ut dicat: 'si incorporea est anima, necesse est careat forma'? oblitus es te formam legisse

9 cf. Rom. 12, 2 10 cf. Rom. 8, 6 12 Vinc. Victor 13 cf. Luc. 16, 19—31 25 cf. Rom. 6, 17

2 animaē *C* coepit *B* cœpit *H* 3 eius *E* cum *H* 4 dei] det *A* imaginem *C* numū *T* 5 *alt.* alter *C* 7 noli | suae *C* nolis *E* compellis *B* 8 capit *AH* 9 corpus *om.C* ut *τ* non (*sic*) *C* conformaris *T* huic—reformeris *in mg. m2H* 10 sapies *C* carnem (*in mg.* al. l hominem) *b* 12 aput *C* 13 inquit *C* iam *om.ABCHITb* eleazarum *ADm1* non *om.E* 14 habraham *I* habraā *T* ille *C* ante *om.E* habrahe *I* 15 peruenit *B* nominis *H* non putas prouenire *CITb* peruenire *B* 16 putes *B* 17 attendas *E* oblitus *bis pon. A* possi *A* possit *B* poscis *H* (s *s.* ç) 18 quā *C* hominum *BITd* 19 cuius faciem potest uidere minus *b* potest minus *EH* faciem potest *BCIT* potes *A* uire *C* 21 corpus *C* 22 perueuire *C* sola possint *E* quis] quāuis *C* 23 magis *Hm1* difficilimisqui *A* 24 neglegent *C* 25 es] est *H* te *om.H* legis se *H*

doctrinae? ergo corporea est forma doctrinae. oblitus es scriptum esse de Christo Iesu, antequam hominem fuisset indutus, quod in forma dei erat? quomodo ergo dicis: *si incorporea est anima, necesse est careat forma*, cum audias formam dei, quem non esse corporeum confiteris et ita loqueris, tamquam forma nisi in corporibus esse non possit?

22. Dicis etiam ‘cessare illic nomina, ubi non distinguitur forma, et nihil illic agere appellationem nominum, ubi nulla est designatio personarum‘, hinc uolens probare Abrahae animam fuisse corpoream, quia dici potuit: p a t e r A b r a h a m. iam diximus etiam ubi corpus nullum est esse formam. si autem appellationem nominum nihil putas agere, ubi non sunt corpora, numera ista nomina, quaeso te: f r u c t u s a u t e m s p i r i t u s e s t c a r i t a s, g a u d i u m, p a x, l o n g a n i m i t a s, b e n i g n i t a s, b o n i t a s, f i d e s, m a n s u e t u d o, c o n t i n e n t i a et dic mihi utrum res ipsas non agnoscas, quarum ista sunt nomina, uel sic agnoscas, ut aliqua liniamenta corporum uideas. ecce, ut alia taceam, dic mihi quam figuram, quae membra, quem colorem caritas habeat, quae certe, si ipse inanis non es, inane aliquid tibi uideri non potest. *cuius auxilium imploratum est*, inquis, *corporeus utique uisus est atque formatus*. audiant te homines et dei nemo imploret auxilium, quia nemo eum potest uidere corporeum.

XVI. 23. *Denique*, inquis, *membra illic animae describuntur, ut uere sit corpus*, et uis ‘per oculum totum caput intellegi‘, quia dictus est leuasse oculos suos, ‘per linguam fauces, per digitum

2 cf. Phil. 2, 6 3 Vinc. Victor 7 Vinc. Victor 10 Luc. 16, 24 13 Gal. 5, 22. 23 20 Vinc. Victor 20—25 cf. Luc. 16, 24. 23 23 Vinc. Victor

1 ergo—doctrinae *om.H* es] est *H* 2 Iesu *om.AH* homine *CEH* 3 dici *C* incorpore *A* 4 quā *B* est *C* 5 ita] ista cum *H* forma *om.A* 7 caesare *C* distinguntur *C* 8 illic *om. H* appellationum *C* est *om. A* 9 uoles *C* habrahe *C* *inter* animam *et* fuisse *eras. uerba:* fuisse anima *A* 10 habraham *C* habraā *T* 14 caritas bonitas (*om. post.* bon.) *E* pax patientia longanimitas *I* loganimitas *A* bonitas bonignitas *I* 16 quarum—agnoscas *om.H* 17 uel] ut *C* 18 quam] con *A* mēbraque (*om.* quem) *C* 19 colerē *AH* innanis *A* est *E* 20 imploratus *H* corporeius *A* 21 usus *C* Audiante (*om.* te) *A* 22 eum *om.A* 23 inquis] dicis *b* discribuntur *C* 25 es *C* lauas se *CEm1* linguas *H* faucēs *C* per *om.A*

manum', quia dictum est: mitte Lazarum, ut intinguat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam. tamen, ne per membrorum nomina de deo tibi corporeo praescribatur, dicis 'per haec incorporeas intellegendas esse uirtutes', quia deum rectissime defendis non esse corporeum. quid igitur causae est, cur nomina ista membrorum in deo tibi corpus non faciant, in anima faciant? an uero quando de creatura haec dicuntur, proprie accipienda sunt, quando autem de creatore, tropice atque translate? pinnas itaque corporeas daturus es nobis, quoniam non creator, sed creatura, id est homo dicit: si assumsero pinnas meas sicut columba? porro autem, si propterea linguam habebat diues ille corpoream, quoniam dixit: refrigeret linguam meam, in nobis quoque adhuc in carne uiuentibus manus habet ipsa lingua corporeas, quia scriptum est: mors et uita in manibus linguae. puto etiam non tibi uideri uel esse in creaturam uel corpus esse peccatum: cur ergo habet faciem? an non audis in psalmo: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum?

24. Quod uero 'illum Abrahae sinum' existimas 'esse corporeum et per ipsum' asseris 'totum corpus eius agnosci', uereor, ne in re tanta ioculariter atque inridenter, non serio grauiterque agere crederis. neque enim usque adeo desiperes, ut arbitrareris corporeum unius hominis sinum ferre tot animas, immo, ut secundum te loquar, 'ferre tot corpora bene meritorum, quos illuc angeli sicut Lazarum perferunt'. nisi opinaris fortasse illam unam animam solam ad

1. 13 cf. Luc. 16, 24 10 locus ex Ps. 54, 7 et Ps. 138, 9 contractus uidetur; cf. infra lect. cod. Trecensis 15 Prou. 18, 21 17 Ps. 37, 4 19 Vinc. Victor 24 cf. Luc. 16, 22

1 dictum] digitum *C* mitta *C* ut *om. T* 2 aqua *AEHITb* ut] et *Hd* refrigiret *A* 3 mea *A* 4 corporeas intellegendas *b* 6 menbrorum *A* 7 cretura *I* 9 tropiceque (*om.* atque) *B* pennas *BDm2EHITbd* dat. es nob. corporeas *E* datur *B* est *ABCHI* 10 quoniam] *add.* est *A* 11 assumpsero *BCHITbd* sumpsero *E* pennas meas diluculo et rurs quis dabit mihi pennas sicut columbe *T* 12 autem *om.b* habeat *BCT* 13 refrige***ret *H* hoc adhuc *C* 14 quia scriptum est *om.E* 16 esse *om.A* in creaturam *Engelbrecht* (*cf. Ps. 30, 3* esto mihi in deum protectorem) in creatura *D* creatore *B* in creatore *ACEHIT* creatura *b* creaturam *d* 17 faciam *E* 19 illam *A* sinum *om.E* 20 per *om.E* asserit *C* 21 serigio *C* 22 desiparas *C* desperes *E* arbitre***ris *A* arbitreris *ET* 23 sinum unius hominis *Tb* sinum *om. B* fere *E* animus *A* 24 fere *E* quot *d* angelis *B* 25 opineris *T*

eundem sinum peruenire meruisse. si non iocaris et errare pueriliter non uis, sinum Abrahae intellege remotam sedem quietis atque secretam, ubi est Abraham. et ideo Abrahae dictum, non quod ipsius tantum sit, sed quod ipse pater multarum gentium sit positus, quibus est ad imitandum fidei principatu propositus, sicut deum Abraham et deum Isaac et deum Iacob se deus uocari uoluit, cum sit innumerabilium deus.

XVII. 25. Neque haec ita me disserere existimes, tamquam negem fieri posse, ut anima mortui sicut dormientis in similitudine corporis sui sentiat seu bona seu mala. nam et in somnis quando aliqua dura et molesta perpetimur, nos utique sumus et, nisi euigilantibus nobis illa praetereant, poenas grauissimas pendimus; sed corpora esse credere, quibus hac atque illac quasi ferimur et uolitamus in somnis, hominis est, qui parum uigilanter de rebus talibus cogitauit. de his quippe uisorum imaginibus maxime anima probatur non esse corporea, nisi uelis et illa corpora dicere, quae praeter nos ipsos tam multa uidemus in somnis: caelum, terram, mare, solem, lunam, stellas, fluuios, montes, arbores, animalia. haec qui corpora esse credit, incredibiliter desipit; sunt tamen corporibus omnino simillima. ex hoc genere sunt etiam, quae aliqua significantia diuinitus demonstrantur siue in somno siue in extasi. quae unde fiant, id est quaenam sit uelut materies eorum, quis indagare possit aut dicere? procul dubio tamen spiritalis est, non corporalis. namque huiusmodi species uelut corporum, non tamen corpora et uigilantium cogitatione formantur et profunditate memoriae continentur et ex eius abditissimis sinibus nescio quo mirabili et ineffabili modo cum recordamur prodeunt et quasi ante

2 cf. Luc. 16, 22 4 cf. Gen. 17, 4. 5 6 cf. Ex. 3, 6 10 cf. II Cor. 5, 10

2 sinon *A* habrahe *C* intellegere motam *BH* 3 habrahae *C* 5 est *om.T* mitandum *A* imitandam *H* principatū *b* p̄positus *T* 6 et *om.E* ysaac *E* et *om.E* se] sed *C*, *om.H* uoluit uocari *I* 8 neque enim *T* me haec ita *d* hoc *T* exestimas *A* 9 animam *H* dormientes *H* dorm.] *add.* uelut *AEH* similitudinem *EH* 11 *pr.* et] uel *E* 12 euigilantibus *I* illam *B* poenis *C* 13 corporea *T* hūc atque illuc *C* ferimus *D* 14 uolutamus *C* 18 stellā *E* et stellas *IT* 19 esse *om.E* 20 omni | nosu millima *A* genera *B* aliqua] alia *BIbd* 21 demonstratur *B* somnio *EHI* somniis *bd* ectasi *d* 22 fiunt *C* 23 ind*gare *H* (a *s.* *) potest *BCITbd* spiritualis *Id* 24 neque *AE* uiusmodi *A* 25 *pr.* et *om.H* 26 nescio quod quo *B* 27 ineffabilis *C* recordantur *T*

oculos prolata uersantur. tam multas igitur et tam magnas corporum imagines, si anima corpus esset, capere cogitando uel memoria continendo non posset. secundum tuam quippe definitionem *corporea substantia sua corpus hoc exterius non excedit.* qua igitur magnitudine, quae nulla illi est, imagines tam magnorum corporum et spatiorum atque regionum capit? quid ergo mirum, si et ipsa sibi in sui corporis similitudine apparet et quando sine corpore apparet? neque enim cum suo corpore sibi apparet in somnis et tamen in ea ipsa similitudine corporis sui quasi per loca ignota et nota discurrit et laeta sentit multa uel tristia. sed puto, quod nec tu audeas dicere figuram illam corporis atque membrorum, quam sibi habere uidetur in somnis, uerum corpus esse. nam isto modo erit uerus mons, quem sibi uidetur ascendere, et corporea domus, quam sibi uidetur intrare, et arbor uera lignumque uerum corpus habens, sub qua sibi uidetur iacere, et aqua uera, quam sibi uidetur haurire, et omnia in quibus quasi corporibus uersatur corpora erunt, si et ipsa corpus est, quae simili imagine inter cuncta illa uersatur.

XVIII. 26. De conscriptis uisionibus martyrum dicendum tibi est aliquid, quoniam tu etiam inde testimonium adhibendum putasti. nempe sancta Perpetua uisa sibi est in somnis cum quodam Aegyptio in uirum conuersa luctari. quis autem dubitet in illa similitudine corporis animam eius fuisse, non corpus, quod utique in suo femineo sexu manens sopitis sensibus iacebat in stratis, quando anima eius in illa uirilis corporis similitudine luctabatur? quid hic dicis? uerumne erat corpus illa uiri similitudo an non erat corpus, quamuis haberet similitudinem corporis? elige quid uelis. si corpus erat, cur non seruabat uaginae suae formam? neque enim in illius

3 Vinc. Victor 18 cf. Acta martyrum ed. Th. Ruinart I 10 p. 212. 213

1 corpora *C* 2 *ante* anima *exp.* autem *H* esse *I* memorie *C* recon | t̤i̤n̤endo *H* (d *s.* t̤i̤n̤) retinendo *b* 3 quippe tuam *D* diffinitionem *CHI* difinitionem *E* 4 est exterius *H* magnitudini *A* 5 pene nulla *T* illa *C* corporum *om.H* 6 regnorum *B* regionē *T* mirum] mistim *C* 7 in *om.BCITb* et—apparet *om.Hm1* 8 enim cum] enī in *H* 9 ignota loca *b* 10 tristicia *A* tu nec *b* aaudeas *C* 11 si *C* uidetur habere *I* 14 ligneumque *H* lignumque *T* (*s.l.* ł ligni) habens corpus *b* quā *H* 15 et *om.H* aurire *D* 20 neppe *C* nemp̣he *H* sibi uisa *D* uisa *ex* uera *Hm1* in somnis est *E* codā *B* egypcio *A* ab aegyptio *BCH* egiptio *E* 21 luctarū *A* 22 f*emineo *H* 23 sensus *A* 24 ic *A* 25 uiri] ueri *E* quauis *E* 26 elie *A* elig*e *C* (i *er.*) quod *T*

feminae carne uirilia reperat genitalia, unde ita posset sese coartando et, ut tu loqueris, 'gelando' formari. deinde, obsecro te, cum corpus dormientis adhuc uiueret, quando eius anima luctabatur, in sua uagina erat utique omnibus membris uiuentis inclusa et in eius corpore suam formam, de quo fuerat formata, seruabat — nondum quippe artus illos, sicut fit in morte, reliquerat; nondum membra ex membris formata ex formantibus cogente ui mortis extraxerat —: unde igitur erat uirile animae corpus, in quo sibi luctari cum aduersario uidebatur? si autem non erat corpus et tamen erat aliquid simile corporis, in quo sane uerus labor aut uera laetitia sentiretur, iamne tandem uides quemadmodum fieri possit, ut sit in anima similitudo quaedam corporis nec ipsa sit corpus?

27. Quid si tale aliquid apud inferos geritur et in eis se non corporibus, sed corporum similitudinibus animae agnoscunt? cum enim tristia patimur quamuis in somnis, etsi membrorum corporeorum sit illa similitudo, non membra corporea, non est tamen poenae similitudo, sed poena; sic etiam ubi laeta sentiuntur. sed quoniam sancta Perpetua nondum erat mortua, non uis hinc tibi fortasse praescribi, cum ualde ad rem pertineat, cuius esse naturae existimes illas similitudines corporum quas habemus in somnis. et tota ista causa finita sit, si eas et similes corporibus et non esse corpora confiteris. uerum tamen Dinocrates frater eius mortuus erat; hunc uidit cum illo uulnere quod uiuus habuit et unde est perductus ad mortem. ubi est quod tantis conatibus laborasti, cum ageres de praecisione membrorum, ne simul concidi anima putaretur? ecce uulnus erat in anima Dinocratis, quod eam ui sua, quando erat in eius corpore, exclusit e corpore. quomodo ergo secundum tuam opinionem, 'quando membra corporis praeciduntur,

1 reppererat *BIT* repererẹrat *C* reppererant *E* ista *E* sese] esse *BCI* se *E* 2 tu *om.A* 4 uiuentibus *E* 5 de qua *ET* 6 illos sicut *bis pon. BC* 8 uirilae *Im1* 9 et] ea *BC* 10 labora ut *A* 11 posset *E* 12 quaedam similitudo *E* ne *A* ipse *C* 13 non corporibus sed corporibus sed corporum similitudinibus *A* 14 agnoscant *C* 15 tristitia (*alt.* t *ex* a *m1*) *C*, *B* tristitiam *Hb* corporeū *B* 17 sed *om.C* etia *A* 19 perscribi *C* ē *B* 20 exestimes *AC* existimas *H* 21 causa ista *BCITb* 22 dnocrates *C* 23 *ante* quod *er. uid.* quod uiuus *H* uiuus] uulnus *C* perductus est *T* esset *E* 24 conatibus *om.C* 25 praecisionē *A* precisione *B* (*pr.* i *ex* e) pretione *C* praeci*sione *H* anima concidi *E* 26 donocratis *C* quod—sua] quando ea uisu. aut *C* 27 e *om.A* a *T*

ab ictu se subtrahit et in alias partes densendo se colligit, ne aliqua pars eius uulnere corporis amputetur', etiamsi dormienti atque nescienti membrorum aliquid praecidatur? tantam quippe illi tribuis uigilantiam, ut etiam uisis occupata somniorum, si plaga inruerit ignoranti, qua caro feriatur, se illa prouidenter perniciterque subducat, ne possit feriri atque uexari siue concidi, nec adtendis, homo prudens, quod, si se anima inde subduceret, nec illa percussio sentiretur. sed inueni quod potueris quid inde respondeas, quomodo anima partes suas abripiat et recondat introrsus, ne, ubi praecciditur seu percutitur corporis membrum, amputetur et ipsa atque uexetur, Dinocratem aspice et dic, cur eius anima non se subtraxerit ab eo corporis loco, qui mortifero uulnere uastabatur, ne in illa fieret quod in eius facie etiam post mortem ipsius corporis appareret. an forte iam tibi placet, ut istas potius similitudines corporum quam corpora esse credamus, ut quomodo apparet quasi uulnus, quod non est uulnus, ita quod non est corpus quasi corpus appareat? nam si anima uulnerari potest ab eis qui uulnerant corpus, nihilne metuendum est, ne possit occidi ab eis qui corpus occidunt? quod dominus apertissime fieri non posse testatur. et tamen anima Dinocratis mori non potuit, unde corpus eius est mortuum, et quasi uulnerata uisa est, sicut corpus fuerat uulneratum, quoniam corpus non erat, sed habebat in similitudine corporis etiam similitudinem uulneris. porro autem in non uero corpore uera miseria fuit animae, quae significabatur adumbrato corporis uulnere, de qua sororis sanctae orationibus meruit liberari.

28. Iam illud quale est dicere, quod 'anima formam de corpore accipiat et cum incremento corporis protendatur et crescat', et non

17 cf. Matth. 10, 28 26 Vinc. Victor

1 ab ictu] obictus *C* abiectis eis *E* densando *ABIITbd* desecando *E* collegit *C* neque *E* 2 atque se nescienti *H* 3 praecidatur *m1 ex* praedicatur *B* tamquam *A* tantum *C* 4 tribuisti *BCITbd* tribuens *E* somnioniorum *A* 8 set *A* 9 praecidatur *E* 11 denocraten *C* dinocraten *ABCHT* quareius *C* se non *H* 12 uulnero *B* uestabatur *BC* 13 in *om. A* faci*e *H* appereret *C* 14 iam] etiam *BCITbd* corpore ē credamus *C* 16 uulnus ita] uuln' sit a *C* 17 nihil *B* n̄nihil *H* (n̄ *s. l. m1*) 18 occidunt corpus *BCITbd* 19 ne *B* donocratis *C* 20 eius corpus *E* uulnera *E* 21 est] sunt *E* 22 in similitudinē *E* 23 in non] innū *T* corporis *B* 24 uulnere corporis *T* 26 diceres *C* (s *s. l.*) anima**C* 27 *alt.* et] ut *C*

adtendere quam monstrosa euadat anima iuuenis siue senis, si eius brachium praecidatur infanti.. *contrahit enim se*, ut dicis, *animae manus, ne ipsa etiam cum manu corporis amputetur, et in alias se partes corporis densendo concludit.* ac per hoc illud animae brachium quam breue corporis fuit, unde acceperat formam, tam breue serua- bitur ubicumque seruetur, quia perdidit formam, cuius incremento posset pariter crescere. exit ergo anima iuuenis aut senis, qui manum cum esset paruus amisit, habens quidem duas manus, quia una refugiens non est amputata cum corpore, sed alteram iuuenalem uel senilem, alteram uero sicut primum fuerat infantilem. tales animas, crede mihi, non forma corporis facit, sed erroris deformitas fingit. non mihi uideris ab isto errore posse erui, nisi deo adiuuante diligenter consideraueris uisa somniantium et inde cognoueris esse quasdam quae non sint corpora, sed similitudines corporum. quamuis enim et ea quae similia corporibus cogitamus ex eo genere sint, tamen, quod ad mortuos adtinet, aptior coniectura de dormientibus ducitur. neque enim frustra eos qui mortui sunt appellat sancta scriptura dormientes, nisi quia est quodammodo consanguineus leti sopor.

XIX. 29. Proinde si anima corpus esset et corporea esset figura, in qua se uidet in somnis, eo quod de corpore eius fuisset expressa, nullus hominum membro corporis amputato sicut eo caret, ita sine illo se uideret in somnis, sed potius semper integrum, eo quod animae ipsius nihil fuerit amputatum. cum uero aliquando se integros uideant, aliquando autem, sicut sunt, ex quacumque parte truncatos, quid aliud ista res docet nisi animam sicut aliarum rerum quas sentit in somnis ita et corporis modo sic, modo sic non

2 Vinc. Victor 18 cf. I Thess. 4, 12 cf. Verg. Aen. 6, 278

1 attendat *BCI* attenditur *T* attendis *b* quāmors tro sęuadat *A* monstruose *E* monstroseauadat *H* siue] aut *H* 2 brahium *A* 4 corporis partes *H* densando *Tbd* distendendo *E* concluditur *B* brahium *A* 5 breuis *E* ceperat *ABCTbd* coeperat *I* formam *om. T* 6 eius cuius *E* 7 possit *E* potest *H* exiit *ABCIT* qui manum] cumanima *A* cū manum (manu *C*) *BCI* 8 abens *A* tuas *A* 9 amputatū *B* iuuenilem *codd. praeter D* 10 uero *om. T* 12 fingi *A* 13 omniantium *A* 14 quędam *T* sed *om. AH* 15 ea quae] etaq; *A* eaq; *C* 18 consanguineus *B* (*in mg.* ł consimilis) 20 corpora *C* 21 esset *E*, *om. I* 23 se *om. I* uidere *A* uidet *E* 24 *a uoce* cum *inc. c. XIX b* 26 troncatus *C* 27 sensit *AEbd* corparis *H* (ris *s. l. m1*)

ueritatem, sed similitudinem gerere? gaudium uero eius siue tristitia, delectatio uel offensio, siue sit in corporibus siue in corporum similitudinibus, uera est. tu ipse nonne dixisti uereque dixisti ‘alimenta et uestimenta non esse animae, sed corpori necessaria‘? cur ergo aquae stillam desiderauit apud inferos diues? cur ‘Samuhel sanctus post mortem‘, ut ipse quoque commemorasti, ‘solito indumento uestitus apparuit‘? numquid ille ruinas animae sicut carnis per umoris alimentum reficere cupiebat? numquid iste de corpore uestitus exierat? sed in illo uera erat molestia, qua cruciabatur anima, non tamen uerum corpus, cui quaereret alimenta, et iste sic potuit apparere uestitus, ut non corpus esset, sed similitudinem corporis haberet et anima et habitus. neque enim se anima sicut in membra corporis ita et in uestimenta porrigit et coartat, ut etiam inde formetur.

30. Post mortem uero quam uim cognitionis corruptibilibus exoneratae corporibus animae accipiant etiam non bonae, ut uel pariter malas uel etiam bonas ualeant interioribus sensibus intueri et agnoscere siue in ipsis non corporibus, sed similitudinibus corporum siue in bonis aut malis affectionibus mentis, in quibus nulla sunt quasi liniamenta membrorum, quis ualeat indagare? unde est et illud, quod patrem Abraham diues ille, cum in tormentis esset, agnouit, cui figura corporis eius non erat nota, cuius corporis similitudinem quamuis incorpoream potuit anima retinere. quis autem recte dicat se aliquem hominem cognouisse, nisi in quantum potuit eius uitam uoluntatemque cognoscere, quae utique moles non habet uel colores? sic enim et nos ipsos certius quam ceteros nouimus, quia nobis conscientia nostra nota est et uoluntas. quam

4 Vinc. Victor; cf. pag. 341, 25 5 cf. Luc. 16, 24 Vinc. Victor cf. I Regn. 28, 14 21 cf. Luc. 16, 23. 24

1 siue] sicut *H* 2 dilectatio *C* in *fin. om. H* 3 duxisti *B* uereque dixisti *om. E* 4 corpore necassaria *C* 5 aqua | ē illā *A* sā uel *A* samuel *CEHT* 6 ipso *A* indumento] uestimento *b* 7 uestus *C* aparuit *AB* nunquid *A* si animae *C* 8 humoris *BCEHIT* deficere *BI* 9 cruciebatur *CE* 10 in anima *b* sicut potuit apparuit *b* 13 et *om. A* porriit *A* 14 formetur (*in mg.* al. i informetur) *b* 16 exonore *C* exhoneratae *BDIT* accipiam *B* 17 bonas] malas *A* interiopus *A* 18 cognoscere *b* 19 siue *bis pon. C* in malis *Ib* 21 et *om. BD* habraham *C* diuies *B* 22 non erit *bis pon. C* 23 incorporea *BCITbd* corpoream *H* 25 uoluntatem *A* molets *A* 26 uel] nec *C* coleres *Dm1* et] ut *A* certius quam *om. Im1* 27 nolimus *A* scientia *A* contientia *C*

plane uidemus et in ea tamen aliquam corporis similitudinem non uidemus, hanc in alio quamuis praesente non cernimus, etiam cuius absentis faciem nouimus, recolimus, cogitamus. nostram uero faciem eo modo nosse, recolere, cogitare non possumus et tamen nos ipsos nobis magis quam illum cognitum uerissime dicimus. ita clarum est, ubi sit potior hominis ueriorque notitia.

XX. 31. Cum ergo aliud sit in anima, quo corpora uera sentimus — quod facimus quinque sensibus corporis —, aliud, quo praeter ipsos similia corporibus non corpora cernimus — ubi et nos ipsos non aliter quam similes corporibus contuemur —, aliud, quo nec corpora nec similitudines corporum, sicut fidem, spem, caritatem, sine ullis coloribus et tumoribus eorumque similibus certius sane firmiusque conspicimus, ubi magis esse et quodammodo familiarius habitare debemus, ubi renouari in agnitione dei secundum imaginem eius qui creauit nos? nonne in hoc quod tertio loco posui? ibi enim certe neque ullum sexum neque ullam sexus similitudinem gerimus.

32. Nam illa masculinae uel femininae animae forma membris uirilibus muliebribusque distincta, si non corporis similitudo, sed corpus est, uelis nolis est masculus, uelis nolis est femina, quaecumque aut masculus apparet aut femina. sed tamen si secundum tuam opinionem et corpus est anima et uiuum corpus est et habet mammas protumidas et propendulas et non habet barbam et habet uuluam et genitalia, quae habent feminae corporis membra, et non est femina, egone non dicam uera constantius: ‘et habet oculum et habet linguam et habet digitum et habet cetera similia corporis membra et haec tota est corporis similitudo, non corpus‘, cum hoc

14 cf. Col. 3, 10

1 plene *A* plena *C* similitudinem corporis *H* 3 nouimus—uero *in mg. m2I* cogimus *A* 4 faciet *A*, *deest in I fol. reciso* 5 illud *b* 7 in *om. A* qua corpora *H* 8 sentibus *A* quod *EH* quę *T* 10 non aliter] manaliter *A* 11 similitudinem *II* 12 similitudinibus *bd* 14 renouamur *H* ac|nitione *A* agnitionem *ETd* 15 tertio ibi loco *H* loqo *A* 16 enin *A* nim *Hm1* ulla *A* similitunē *A* 18 ille *Dm1* uel *s. eras.* et *Hm2* femineę *T* (eę *in ras.*) 19 uiribus *B* mulieribusquę *ABCIIm1* disti*cta *A* 21 si *om. BCITb* 22 suam *ABCI* animę *H* uiuum *H* 23 *ante* mammas *eras.* mam̄ *A* propenduras *A* *fin.* et] sed *E* habet *C* (et *s. exp.* is) 24 feminae *om. D* 25 ergone *BCb* non *om. E* et *post* habet *pon. E* 26 et *fin. om. E* similia *om. E* membra corporis *C* 27 *ante* similitudo *exp.* in membra *H* similitudinē (*om.* non) *A*

quod ego dico probet apud se quisque, cum corpora imaginatur absentium — probet certe, cum figuras et suam et alias suorum recolit somniorum —, a te autem huius monstri, ubi et uerum est et uiuum est et femineum est corpus et femineus non est sexus, nullum in natura rerum proferatur exemplum?

33. Quod enim de phoenice loqueris, ad rem de qua agitur omnino non pertinet. resurrectionem quippe illa significat corporum, non sexum destruit animarum, si tamen, ut creditur, de sua morte renascitur. sed arbitror, quod tuum sermonem parum putaueris fore plausibilem, si non multa de phoenice more adulescentium declamares. numquid enim sunt in eius corpore genitalia masculina, et non est masculus, uel feminina, et non est femina? tu autem adtende, quid dicas, quid adstruere, quid persuadere coneris. 'animam' dicis 'per cuncta membra diffusam gelando riguisse et a uertice usque ad ima uestigia, a medullis intimis usque ad superficiem cutis totam totius accepisse corporis formam; ac per hoc accepit in feminae corpore quicquid habent femineorum uiscerum feminae et uerum est hoc corpus et haec uera sunt membra et tamen non est femina'. cur, obsecro te, in uero et uiuo corpore omnia sunt membra feminea, et non est femina, in uero et uiuo corpore membra sunt omnia masculina, et non est masculus? quis ista credere, dicere, docere praesumat? an quia non generant animae? ergo nec muli et mulae sunt masculi et feminae. an quia nec concumbere poterunt sine carneis corporibus animae? sed hoc aufertur et his, qui castrantur et tamen, cum eis adimatur et motus et opus, non adimitur sexus figura quantulacumque masculinorum manente membrorum.

14 Vinc. Victor

1 quod] enim *T* prebet *B* 2 prebet *B* figuram et suas *H* alia *A* 3 ubi] ut *H* 4 uium *C* *alt.* est *om.E* corpus est *b* femineũ *ABC* 5 exemplo *C* 6 phoenicę *B* foenice *CH* fenice *DE* qua de agitur *A* de *om.C* 7 non pertinet omnino *E* resurrectione *ABC* ille *E* 8 ditur *A* 9 putares *in mg.m2 I* 10 forte *BCEHI* (*in mg. m2*), *om. T* si *C* (i *s.* e) phoenicẽ *A* phoenicę *BI* foeniche *C* (f *ex* p) fęnice *D* foenice *EH* ore *A* adolescentium *HI* 11 enim] ergo *E* masculinę (*om.* et) *A* 12 femiṇa *B* (ne *s.* ṇ) feminina—est *om.E* et—femina *in mg. m1 H*, *om. b* 14 riguisset (*om.* et) *A* 15 uertigia *A* meldullis *I* superficiem *A* 17 faemine *A* femineo *Ebd* feminaeo *C* quidquid *AE* 19 et *cx* ut *C* in uiuo *E* omnia—corpore *in mg. T* 20 in uero *om.T* in uiuo *E* 21 omnia *om. BCITb* 23 qui *A* comcubere *C* poterant *BC* 25 et opus et motus *bd* adimatur *BCI*

nemo umquam masculum negauit eunuchum: quid quod apud te animae etiam eunuchorum testes integros habent et, si cuiquam genitalia prorsus tota tollantur, tota in eius anima secundum opinionem tuam et omnino integra permanebunt? *nouit enim se subtrahere*, sicut dicis, *cum ea pars carnis coeperit exsecari, ut ea forma, quae inde sumpta est, quando illud unde sumpta est amputatur, non pereat, sed quamuis infusa gelauerit, motu tamen celerrimo rapiatur et interius recondatur, ut salua seruetur, et tamen non sit masculus apud inferos masculinorum genitalium secum afferens totum, qui cum illa in corpore non haberet, masculus fuit propter eorum solum locum.* falsa sunt haec, fili; si non uis ut sit in anima sexus, non sit et corpus.

XXI. 34. Non omnis similitudo corporis corpus est. dormi, et uidebis; sed cum euigilaueris, uigilanter discerne quod uideris. in somnis enim tibi uelut corporeus apparebis; neque id corpus tuum, sed anima tua, nec uerum corpus sed similitudo corporis erit. iacebit enim corpus tuum, ambulabit ipsa; silebit lingua corporis tui, loquetur illa; clausi erunt oculi tui, uidebit illa; et utique uiuentia iacebunt tui corporis membra, non mortua. ac per hoc nondum extracta est uelut de uagina sua gelata illa forma, sicut putas, animae tuae et in ea tamen tota atque integra cernitur similitudo carnis tuae. ex hoc genere similitudinum corporalium, quae non corpora sicut corpora apparent, sunt omnia quae sanctos libros legens in propheticis etiam uisionibus non intellegis, quibus significantur ea quae geruntur in temporibus, uel praesenti uel praeterito uel futuro. falleris autem in eis, non quia sunt ipsa fallacia, sed quia non ea sicut accipienda sunt accipis. ubi enim uisae sunt animae

4 Vinc. Victor 27 cf. Apoc. 6, 9

1 negaui *BC* nega | uite unichũ *A* quicquod *E* quid est quod *H* 2 animae**E* enucorum *C* 4 tuam opinionem *E* opionẽ *A* 5 carnis pars *B* execari *T* 6 unde *I* quando—sumpta est *om.T* 8 inter eius *A* ut *ex* in *C* salua seruetur] saluetur *A* salua reseruetur *I* salua saluetur *E* 9 masculus non sit *E* 10 afferrens *C* auferens *b* quę *E* ille *E* 12 in *om.E* animas *C* 15 enim *om.A* 16 cor | corpus *A* 17 **ipsa ambulabit (et *eras.*) *I* sil*uit *E* *ante* lingua *exp.* ipsa *C* 19 iacebant *H* corporis tui *E* 21 tota tamen *E* 22 similitudinẽ *C* 23 corpora sunt sed | sicut *H* 24 prophetis *C* 25 eaque *A* tempobus *A* prasenti *A*

martyrum, in eadem reuelatione uisus est et agnus quasi occisus habens cornua septem; ibi equi aliaque animalia, sicut oportuit, figurata; ibi postremo et stellae ceciderunt et caelum plicitum est ut liber; nec tamen tunc concidit mundus. ista itaque omnia si sapienter accipimus, quamuis dicamus uisa ueracia, non tamen uera dicimus corpora.

35. Prolixioris autem sermonis est de isto genere similitudinum corporalium diligentissima disputatio, utrum et angeli, seu boni seu mali, sic appareant, quando specie hominum uel quorumlibet corporum apparent, an habeant aliqua uera corpora et in ipsorum potius ueritate uideantur, an uero in somnis uel in extasi in istis cernantur non corporibus, sed similitudinibus corporum, uigilantibus autem uera cernenda et, si opus est, etiam tangenda ingerant corpora. sed ista in hoc libro requirenda et pertractanda esse non arbitror. nunc de anima incorporea satis dictum sit. quam si corpoream mauis credere, prius tibi definiendum est quid sit corpus, ne forte, cum de re ipsa inter nos constet, incassum de nomine laboremus. quanta te tamen absurda secuta sint tale corpus in anima cogitantem, qualia sunt quae ab omnibus eruditis corpora nuncupantur, id est quae per distantiam longitudinis, latitudinis, altitudinis locorum occupant spatia, minora minoribus suis partibus et maiora maioribus, puto quod iam prudenter aduertas.

XXII. 36. Restat ostendere quemadmodum, quamuis et proprie dicatur spiritus non uniuersa anima, sed aliquid ipsius — sicut apostolus dicit: e t i n t e g e r s p i r i t u s u e s t e r e t a n i m a e t c o r p u s, uel illud multo expressius in libro Iob: a b s o l u i s t i a n i m a m m e a m a b s p i r i t u m e o —, tamen et uniuersa anima appelletur hoc nomine, quamuis multo magis haec quaestio nominum uideatur esse, non rerum. cum enim

1 cf. Apoc. 5, 6 2 cf. Apoc. c. 6. 9 23 cf. Eug. Exc. 185 (CSEL IX 625, 7—629, 19) 25 I Thess. 5, 23 27 Iob 7, 15

1 ut *C* 2 habes *C* 3 plicatum *BITC* (*m2 ex* placitū), *b* plectū *E* 4 cecidit *T* 6 dimus *A* 7 est *s. l. ante* autem *H* 8 ut *C* 10 in *om. E* 11 extasi *A* 12 cernatur *E* 13 cernanda *C* 14 quęrenda *E* 15 sit] est *E* ę̄ sit *C* 16 magis uis *II* diffiniendū *E* 17 conste et *I* 18 sequuta *A* 19 nuncupatur *A* noncupantur *C* 20 quae *om. Im1* 21 sapienciā inora *A* minoris *E* 24 non *om. Cm1* 25 dicit *s. exp.* ait *T* 27 soluisti *Eugippii MV* a spiritu *b* 28 appellatur *Eug.* quā e̅e uis *BCI* 29 hoc *BI* uidetur *H*

constet esse aliquid in anima, quod proprie spiritus nominetur, quo excepto proprie nominatur et anima, iam de rebus ipsis nulla contentio est, praesertim quia illud etiam ego dico proprie uocari spiritum quod et tu dicis, id est quo ratiocinamur et intellegimus, quando ita distincte ista dicuntur, quemadmodum apostolus ait: et integer spiritus uester et anima et corpus. hunc autem spiritum etiam mentem uidetur appellare, cum dicit: mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. nam ipsa sententia est: et caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, ut quod ibi dixit mentem, hoc intellegatur hic spiritum dicere, non, sicut tu existimas, 'uniuersam mentem uocari, quae constat ex anima et spiritu', quod ubi legeris nescio. mentem quippe nostram nisi rationale et intellectuale nostrum dicere non solemus. ac per hoc quod ait idem apostolus: renouamini spiritu mentis uestrae, quid aliud dixit quam 'renouamini mente uestra'? sic enim spiritus mentis nihil est aliud quam mens, quomodo corpus carnis nihil aliud potest esse quam caro. nam et hoc scriptum est: in expoliatione corporis carnis, ubi carnem corpus carnis appellat. dicit sane et alio modo spiritum hominis, quem prorsus a mente discernit: si enim orauero lingua, inquit, spiritus meus orat, mens autem mea infructuosa est. uerum nunc non de isto spiritu loquimur, qui est a mente distinctus — habet iste suam eandemque difficilem quaestionem; multis enim modis atque in diuersis significationibus scripturae diuinae spiritum nominant —, sed de quo nunc agimus, quo ratiocinamur, intellegimus, sapimus, constat inter nos sic eum etiam proprie spiritum nuncupari, ut non sit uniuersa

6 I Thess. 5, 23 8 Rom. 7, 25 9 Gal. 5, 17 12 Vinc Victor 15 Eph. 4, 23 19 Col. 2, 11 21 I Cor. 14, 14

1 aliquid esse *D* in anima aliquid *E* spiritus *om. Eug. MV* spiritus—excepto *om.Im1* n̄ nominetur *E* nominatur *Eug. MV* 2 scepto *A* nominetur *T* 4 quo] qui *C* 5 distigte *A* distinctae *B* ait] dicit *E* 8 carne autem lege *BCm2DH* 10 spiritus autem] et spiritus *BCITd* 11 dicit *ATbd* mente *Eug.* 12 tu *om.BCITb* exestimas *A* exaestimas *C* 15 idem] quidem *Eug.* renouamini autem *BCITbd* spm̄ *D* 16 dicit *bd* quam] nisi *BCIbd* 20 carnis *om. Eug.* 23 est] erit *E* non *om.CIb* 27 constanter *C* 28 nuncupari *s. exp.* nominari *Im1*

anima, sed aliquid eius. tamen animam etiam spiritum esse si propterea negas, quia eius intellegentia distincte dicitur spiritus, poteris negare uniuersum semen Iacob appellari Israhel, quoniam excepto Iuda etiam distincte appellatus est Israhel in tribubus decem, quae in Samaria tunc fuerunt. sed quid opus est hic diutius immorari?

XXIII. 37. Iam nunc unde facilius ostendamus adtende eam quae anima est etiam spiritum dici. cum audis uel legis domino moriente quod scriptum est: et inclinato capite tradidit spiritum, ita uis intellegi, tamquam a parte significauerit totum, non quod ea quae anima est possit et spiritus nuncupari. at ego ut possim expeditius probare quod dico, te ipsum testem citius et commodius adhibebo. sic enim spiritum definisti, ut pecora appareant non spiritum habere, sed animam; irrationalia quippe ideo dicuntur, quod uim non habeant intellegentiae atque rationis. unde cum hominem ipsum ammoneres suam nosse naturam, ita locutus es: *nam cum deus bonus nihil non ratione condiderit ipsumque hominem animal rationale, intellectus capacem, rationis compotem sensuque uiuacem, qui omnia rationis experlia prudenti ordinatione distribuat, procreauerit.* his tuis uerbis satis asseruisti, quod omnino uerissimum est, hominem esse compotem rationis atque intellegentiae capacem, quod utique non sunt animalia rationis expertia. unde et testimonio diuino eos, qui non intellegunt, pecoribus comparasti non utique habentibus intellectum. quod et alio loco scriptum est: nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. quae cum ita sint, adtende

4 cf. III Regn. 12, 20 9 Ioh. 19, 30 17 Vinc. Victor; cf. pag. 381, 13 23 cf. Ps. 48, 13 25 Ps. 31, 9

1 esse] dici *D* 4 tribus *Hm1* 5 samariā *A* *s.* tn̄c *add. m2* tum *C* *om. Eug.* hic *om.C* 7 iam nunc adtendere (*om. post.* adtende) *T* inde *A* ostendam *E* 8 cum] quam *Eug.* 9 quid *E Eug. AV* 11 ea q; *Cm1* noncupari *T* 12 prob. exped. *Eug.* testes *A* 13 adhibeo *Eug. AMV* 14 spiritum non habere *E* sed animam habere *BCI Tb* irrationabilia *Cm2 EH* inrationa**lia *I* 15 habent *E* 16 admonere uoluisses *Eug.* ista *E* 17 loquutus *A* nam *om.D* cū *in ras. D* bonum *Eug.* rationale *BC* 18 homine *A*, *om. T* rationalem *B* 19 sensūque *H* (*s.* ū *add.* u) que *A* prudentior dinatio *A* ordonatione *Cm1* 20 distrubuat *C* distributa *E* 21 compotem esse *E* 23 et *om. Eug.* diuino *om.Cm1* 24 et *om.B* 25 aequus *C* 26 sunt *Cm1*

etiam quibus uerbis spiritum definieris atque descripseris, cum illum ab anima distinguere niteris. *haec anima*, inquis, *quae ex flatu dei habet originem, sine sensu proprio atque intellectu intimo esse non potuit, quod est spiritus.* et paulo post: *et quamuis anima*, inquis, *animet corpus, tamen quod sentit, quod sapit, quod uiget, spiritus sit necesse est.* item paulo post: *aliud erit*, inquis, *anima et aliud spiritus, sapientia et sensus animae.* his uerbis satis indicas quid esse spiritum hominis sentias, id est rationale nostrum, quo sentit atque intellegit anima, non sicut sentitur corporis sensibus, sed sicut est ille intimus sensus, ex quo est appellata sententia. hinc autem pecoribus sine dubitatione praeponimur, eo quod sunt illa rationis expertia. non habent itaque spiritum pecora, id est intellectum et rationis ac sapientiae sensum, sed animam tantum. nam et de illis dictum est: producant aquae repentia animarum uiuentium, et: producat terra animam uiuentem. ut ergo plenissime ac planissime noueris eam quae anima est more diuinorum eloquiorum etiam spiritum dici, appellatur pecoris spiritus. et utique non habent pecora illum spiritum, quem tua dilectio discernens ab anima definiuit. unde manifestum est, quod generali uocabulo anima pecoris recte potuit sic uocari, sicut legitur in libro Ecclesiaste: quis scit, spiritus filiorum hominis si ascendat ipse sursum et spiritus pecoris si descendat ipse deorsum in terram? itemque in diluuii uastitate scriptum est: et mortua est omnis caro, quae mouebatur super terram, uolatilium, pecorum et iumentorum et ferarum; et omnis serpens qui mouetur super terram et omnis homo et omnia quae-

2 Vinc. Victor 14 Gen. 1, 20. 24 21 Eccle. 3, 21 24 Gen. 7, 21. 22

1 difinieris *EHm1* discribseris *A* 2 distringere *Cm1* renitereris *B* nitereris *ACEITbd* ex] in *B* 5 anime-(ae-ę) et *ABC* animę *E* 6 aliut *bis A* et *om.E Eug.AV* 7 sapientiae *HIT* et *om.H* est *Eug.* sensu *A* 8 idē *A* senti *A* 9 intellegit *A* (t *fin. ex* s) 10 essentia *E* 11 sint *C* 12 utique *Cm1* aq; *H* (a *s.* q *m1*) 16 *alt.* plenissime *B* ueris *A* 17 more] ī ore *b* 18 spiritum illum *E* 19 diffiniuit *E* 21 ecclesiasten *BCTH* (n *s.l. add. uid.*) ecclesiastes *Eb* ecclesiasteṇ (s *s.* ṇ) *I* qui *D* cit *A* si spiritus (*om. post.* si) *E Eug.* 22 hominum *E* 23 pecorum *T* 24 in terra *ABCHIb Eug.* ita scriptum est *BCITbd* 25 q̄ (*iuxta uirg. add.* uę) *H* 26 pocorum *A* et *om.E* 27 mouebatur *BH*

cumque habent spiritum uitae, ubi remotis omnibus dubitationis ambagibus generale animae nomen esse intellegimus spiritum. cuius quidem nominis significatio tam late patet, ut etiam deus uocetur spiritus; et iste flatus aerius, quamuis sit corporeus, appellatur in psalmo spiritus tempestatis. quapropter eam quae anima est etiam spiritum nuncupari puto ⟨secundum illud: auferes spiritum eorum, et deficient, et iterum: exiet spiritus eorum, et reuertetur in terram suam, hoc est corpus in puluerem suum. ergo nomen animae spiritus est ab eo, quod spiritalis est; animae nomen est ab eo, quod corpus animet, hoc est uiuificet. aestimo⟩ quod ammonitus his, quae commemoraui, diuinarum testimoniis paginarum, ubi et anima pecoris, cui non est intellectus, appellata legitur spiritus, non negabis ulterius. quocirca si et illa quae de anima incorporea disputata sunt capis et sapis, non est unde tibi displiceam, quod eam me scire dixi non corpus esse, sed spiritum, quia et corpus non esse monstratur et generali nomine spiritus nuncupatur.

XXIV. 38. Quamobrem si hos ad te libros inpensa dilectione conscriptos repensa dilectione sumis et legis, si in principio primi tui libri audis et te ipsum et studes, sicut dixisti, 'tuam sententiam non tueri, si inprobabilis detegatur', illa praecipue undecim caue, de quibus te in libro superiore commonui: ne 'animam sic dicas ex deo, ut eam non de nulla nec de alia, sed de sua natura creauerit'; aut 'quod per infinitum tempus atque ita semper animas det, sicut semper est ipse qui dat'; aut 'animam meritum aliquod perdidisse per carnem, quod habuerit ante carnem'; aut 'animam per carnem reparare habitudinem priscam perque ipsam carnem renasci, per

4 cf. Ioh. 4, 24 5 cf. Ps. 10, 7. 106, 25. 148, 8 7 Ps. 103, 29 8 Ps. 145, 4 13 cf. Ps. 31, 9 20 cf. 357, 7 22—418, 14 cf. 377, 17—378, 11

1 remotus *A* 2 dubitationibus *ACa.c.* ambagimus *Cm1* nomen animae *bd* 4 erius *A* aereus *BCDEId* quãuisit *A* 5 qua|proter qūq; anima ē *A* 6 eam] et in *BCIm1* etiam *Im2bd* secundum—*l. 11* aestimo *add. Eug., om. codd.bd* 7 auferens *Eug. V* 12 his] eis *E* 13 legatur *Eug.* 14 nominega|bis *A* 15 sunt] ē *D* displiceat *Eug.* 16 corpus non *E* set *A* 18 hos] nos *ABCI* impensandi lectione *E* 19 conscriptos—dilectione *om. D* dilectioni *II* legisse (*om.* si) *H* tui libri primi *B* 20 audissetet *H* *alt.* et *om. E* 21 undecin *A* 22 superiori *IT* ammonui *B* 23 sed d sunatura *A* 25 ē. o ipse *A* perdisse *Cm1* 27 et per ipsam *H* carnem—quam *om. Hm1*

quam meruerat inquinari'; aut 'quod anima ante omne peccatum meruerit esse peccatrix'; aut 'infantes sine regenerationis baptismate mortuos ad indulgentiam peruenire originalium peccatorum'; aut 'eos, quos dominus praedestinauit ad baptismum, posse ante defungi nec in eis quod omnipotens praedestinauit inpleri'; aut 'de his, qui priusquam baptizentur exspirant, dictum esse quod scriptum est: raptus est, ne malitia mutaret illius intellectum' atque ad hunc sensum cetera pertinentia; aut 'earum aliquas mansiones extra regnum dei esse, quas multas in domo patris sui dominus dixit esse'; aut 'sacrificium corporis et sanguinis Christi pro his qui non baptizati de corpore exierint offerendum'; aut 'aliquos eorum qui sine Christi baptismate moriuntur in paradisum interim recipi ac postmodum et regni caelorum beatitudinem consequi'. haec praecipue caue, fili, nec cognominari Vincentius delecteris, si uis esse uictor erroris, nec te, quando aliquid nescis, existimes scire, sed, ut scias, disce nescire. neque enim aliquid in occultis dei operibus ignorando, sed temere incognita pro cognitis astruendo et falsa pro ueris proferendo ac defendendo peccatur. ignorantiam uero meam, utrum animae hominum nouae fiant an de parentibus — quas tamen a creatore deo non de ipsius substantia fieri dubitare fas non est — aut non debere reprehendi aut ab eo debere, a quo potest docente et auferri, et habere in se animas corporum similitudines incorporeas, ipsas autem non esse corpora et salua distinctione animae et spiritus etiam uniuersaliter animam spiritum nuncupari puto quod persuaserim caritati tuae; si autem

7 Sap. 4, 11 9 cf. Ioh. 14, 2

1 omne *om.E* 2 meruit *EH* regeneratione baptismatis *BCEITbd* 3 uenire *E* originalium—praedestinauit *om.B* peccatū *Cm1* 4 eos *om. HITbd* ad baptismum praedestinationi eius eripi posse et ante defungi quam (*pro* quam *praeb.* nec *IT*) *sqq. ITbd* 5 quod *om. A* 6 baptizantur *Cm1* baptizarentur *E* expirant *BCH* est *om.H* 7 raptus est *om.A* est *om. H* malitiā mutare *C* 10 dixit *post* multas *pon. b* 12 baptismate $\overline{\text{xpi}}$ *BCITb* 13 ạ ac (*exp. m2*) *C* postmo dū *A* beatitudine *D* 14 ne *C* cognominạṛi (e *s.* ạṛi) uincentiụṃ *H* 16 exestimes *A* existimas *H* 18 ad *Cm1* 20 de parentibus] *add.* trahuntur *T* quae *H* deo] do *A* 22 debeạ (o *s.* ạ) *D* *pr.* et *om.ITb* 23 corporeas *E* ipsa *H* 25 quod] quietos (*s. l.* ł qui) *I* persaserim *A* suaserim *H*

persuadere non potui, utrum tamen ea dixerim quae persuadere debuerim qui legent potius iudicabunt.

39. Si qua sane alia, quae plurima in tuis libris emendanda mihi uidentur, scire fortasse desideras, uenire tibi non sit onerosum, non tamquam discipulo ad magistrum, sed primaeuo ad grandaeuum, forti ad infirmum. etsi enim eos non edere debuisti, maiore tamen et ueriore gloria quisque correctus sua confessione reprehenditur quam cuiuslibet errantis ore laudatur. quamuis in eorundem recitatione librorum auditores et laudatores tuos non omnes ista quae sana doctrina inprobat uel ante sensisse uel ad ea tibi consensisse crediderim, sed acie mentis ipso tuae recitationis impetu cursuque perstricta haec parum aduertere potuisse aut certe etiam illos qui aduertere potuerunt non in te rerum liquidissimam ueritatem, sed uerborum afluentiam et ingenii facultatem indolemque laudasse. plerumque enim praedicatur et amatur eloquium in spe iuuenis, etsi nondum habeat maturitatem fidemque doctoris. quapropter ut et tu recte sapias et alios non tantummodo delectare possit, uerum etiam aedificare quod loqueris, curam te oportet gerere de sermonibus tuis remotis plausibus alienis.

1 tamen *eras.E* que per suā dere *A* 2 debuerint *Td* 3 alia quae] aliqua *B* aliq: *C* (*s.* ua *m2*) aliaque *E* aliaqȩ *H* (*alt.* a *s.l.m1*) emendenda *A* 4 scit fortas sedesideras *A* desideras fortasse *H* onerosius *A* honerosum *BC* onorosum *D* 6 non eos *ABCHITbd* 7 reprenditur *A* 8 *a uoce* quamuis *inc. c. XXVb* erundē *A* recitationem *C* 9 librorum] correctus *B* librorum correctus *C* (correctus *s.l.m2*) laudatures *A* 10 uolantè *A* consenisse *A* 11 crederim *Cm1* crediderint *HT* 12 praestricta *C* 13 in te rerum] iterum *HT* 14 affluentiam *BCH* 15 *post* enim *ins.* laudatur *bd* eloqui*um *C* (b *eras.*) 16 quaproter *A* 17 recta *I* tantumodo *E* possis *HTb* 18 quae *HT,om.A* curante *A* 19 EXPLICIT LIBER AD VICTOREM DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE INCIPIT SERMO ARIANORVM *A* EXPLICIT LIBER SECVNDVS AD VICTOREM DE NATVRE (NATVRA *C*) ET ORIGINE ANIMAE *BC* EXPLIC LIBER 'II' AD VICTOREM DE NATVRA ET ORIGINE ANIME SCI AG EPI ECCLESIE CATHOLICE, INCIP PROLOG EORV QVE OBICIVNT ARRIANI *H* EXPL AD VINCENTIV VICTORE DE NATVRA ET ORIGINE ANIME AVRELII AVGVSTINI LIB SECVND *I* FINIT AD VICTORE LIB SCDS AVG DE NATVRA ET ORIGINE ANIMAE *D* Explicit lib sci aug ad uincentiū uictorē de natura et origine animę; incip epła ei'dē ad petrū prbm de eadem re *E*; *in codice T subscriptione omissa Retractatio sequitur*

AVGVSTINI RETRACTATIONVM LIB. II CAP. LXXXII (LVI)
(PAG. 195, 5 ED. KNOELL.)
DE ANIMA ET EIVS ORIGINE LIBRI IIII.

1. Eodem tempore quidam Vincentius Victor in Mauritania Caesariensi inuenit apud Hispanum quendam presbyterum Petrum nonnullum opusculum meum, ubi quodam loco de origine animae hominum singulorum, utrum ex illa primi hominis ac deinde ex parentibus propagentur an sicut illi uni sine ulla propagatione singulae singulis dentur, me nescire confessus sum, uerum tamen scire animam non corpus esse, sed spiritum, et contra ista mea ad eundem Petrum scripsit ille duos libros, quos mihi de Caesarea Renatus monachus misit. quibus ego lectis responsione mea quattuor reddidi, unum ad Renatum monachum, alterum ad presbyterum Petrum et duos ad eundem Victorem. sed ad Petrum quamuis habeat libri prolixitatem, tamen epistula est, quam nolui a tribus ceteris separare. in his autem omnibus, in quibus multa necessaria disseruntur, deferdi de origine animarum, quae singulis hominibus dantur, cunctationem meam et multos errores atque prauitates praesumptionis eius ostendi. quem tamen iuuenem non praepropere detestandum, sed adhuc docendum quanta potui lenitate tractaui et ab eo scripta correctionis eius accepi.

2. Huius operis liber ad Renatum sic incipit: *Sinceritatem tuam nos*, ad Petrum autem sic: *Domino dilectissimo fratri et conpresbytero Petro;* duorum uero nouissimorum ad Vincentium Victorem primus sic incipit: *Quod mihi ad te scribendum putaui.*

6 Retract. I 1, 8. II 71, 1 23 patri *Knoell cum CD*[1], *sed cf. p. 336,2 et ceterorum codicum Retractationum lectionem*

V.

CONTRA DVAS EPISTVLAS PELAGIANORVM LIBRI QVATTVOR.

CODICES:

I. Codices libros quattuor continentes:

O = *codex Oxoniensis (Laud. Misc.) 134 saec. X in.*
B = *codex Abrincensis 88 saec. XII.*
C = *codex Mediolanensis Ambr. H 99 sup. saec. XI—XII.*
D = *codex Gratianopolitanus 197 saec. XII.*
E = *codex Vaticanus Latinus 500 saec. XV.*
F = *codex Vaticanus Latinus 501 saec. XV.*
V = *codex Vindobonensis 873 (Thecl. 733) saec. IX.*

II. Codices librum I continentes:

G = *codex Coloniensis LXXX (Darmst. 2081) saec. IX.*
L = *codex Oxoniensis (Laud. Misc.) 133 saec. IX.*
H = *fragmentum codicis Aurelianensis 192 (169) saec. VIII.*

b = *editio Amerbachiana.*
d = *editio Benedictinorum a S. Mauro 1690.*

LIBER PRIMVS.

I. 1. Noueram te quidem fama celeberrima praedicante et frequentissimis atque ueracissimis nuntiis quanta esses dei gratia plenus acceperam, beatissime atque uenerande papa Bonifaci. sed posteaquam te etiam praesentia corporali frater meus uidit Alypius acceptusque a te benignissime ac sincerissime mutua miscuit dictante dilectione conloquia tecumque conuiuens et paruo licet tempore magno tibi iunctus affectu se simul et me refudit animo tuo teque mihi reportauit in suo, tanto maior in me tuae sanctitatis est facta notitia quanto certior amicitia. neque enim dedignaris, qui non alta sapis, quamuis altius praesideas, esse amicus humilium et amorem rependere inpensum. quid est enim aliud amicitia, quae non aliunde quam ex amore nomen accepit et nusquam nisi in Christo fidelis est, in quo solo esse etiam sempiterna ac felix potest? unde accepta per eum fratrem, per quem te familiarius didici, maiore fiducia ausus sum aliquid ad tuam beatitudinem scribere de his rebus, quae hoc tempore episcopalem curam, si qua in nobis est, ad uigilantiam pro grege dominico stimulo recentiore sollicitant.

11 cf. Rom. 12, 16

1 Incipit sci augustini ad bonifacium papam *O* aurelii aug ad papā urbis rome bonefaciū lib. I contra epłas iuliani epi pelagianorum incipit *B* Incipiunt beati aug contra epłm pelagianorum libri quattuor ad bonifatium epsm urbis rome (*litt. mai.*) *C* Explicit retractatio. Incipit liber primus beati augustini epi contra duas epłas Pelagianorum ad bonefacium papam *D* Incipit epł sci aureli augus aduersus epistł iuliani pelagiani ad bonifacium papa urbis *G* Incipit eiusdem. epi. aug aduersus epistulam. iuliani pelagiani. ad bonifacium papā urbis (*litt. mai.*) *L* Incipit lib aureli agustini ad papā bonifacium (*litt. mai.*) *V*; *de codd. EF cf. Praef.* 2 celeberrimum *F* 4 atque] ac bene *GL* bonefati *O a. c.* bonefaci *BDGL* bonifati *C* 5 et iam (*saepius*) *EF* corporali*G* corporaliter *L* corporari *V* alipius *OCGLV* 6 mutua] tua *GL* 7 conuiuans *Gp.c.* 8 magno] *add.* tamen *D* est iunctus *GL* effectu *C* affectus est mule *Om1* 9 sanct. tuae *L* 10 est] et *G a. c. L* quanto *L* (a *in ras.*) 11 esse *O in ras. m2* humilius *G a. c. L* 12 amare *C* amore *L* est *O s.l.m2* 13 more *Om1* 14 solo] solet *B* ac *Os.l.m2* 15 *post* unde *add.* et *EFbd* te] et *GL* 16 maiore *Ga c.* 18 ad uigilantiam] uigilantia *B* rege *Lm1* recentiori *GL* sollicitunt *Om1*

2. Noui quippe heretici, inimici gratiae dei, quae datur pusillis et magnis per Iesum Christum dominum nostrum, etsi iam cauendi euidentius apertiore inprobatione monstrantur, non tamen quiescunt scriptis suis minus cautorum uel minus eruditorum corda temptare. quibus utique respondendum esset, ne se uel suos in illo nefando errore firmarent, etiam si non metueremus, ne quemquam catholicorum uerisimili sermone deciperent. cum uero non desinant fremere ad dominici gregis caulas atque ad diripiendas tanto pretio redemptas oues aditus undecumque rimari communisque sit omnibus nobis qui fungimur episcopatus officio — quamuis ipse in ea praemineas celsiore fastigio — specula pastoralis, facio quod possum pro mei particula muneris, quantum mihi dominus adiuuantibus orationibus tuis donare dignatur, ut pestilentibus et insidiantibus eorum scriptis medentia et munientia scripta praetendam, quibus rabies qua furiunt aut etiam ipsa sanetur aut a laedendis aliis repellatur.

3. Haec autem quae duabus epistulis eorum respondeo, uni scilicet, quam dicitur Romam misisse Iulianus — credo, ut per illam quos posset suos aut inueniret aut faceret —, alteri autem, quam decem et octo uelut episcopi participes eius erroris non ad quoslibet, sed ad loci ipsius episcopum sua calliditate temptandum et ad suas partes, si posset fieri, traducendum ausi sunt Thessalonicam scribere, haec ergo, quae istis, ut dixi, duabus epistulis illorum ista disputatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem non tam discenda quam examinanda et, ubi forsitan aliquid displicuerit,

2 cf. Rom. 7, 25 8 cf. Verg. Aen. IX 60. Ambrosii Exp. euang. Lucae VII 49 (CSEL XXXII p. IV 301, 26)

1 quippe] *add.* quod *E* 2 etsi iam *ex* et suam *O* 3 eidentius *Om1* inprobitate *B* 4 erud.—temptare *C in ras. m2* 5 esset resp. *DEFbd* in *om. EF* 6 nequaquam *GL* quiquam *Om1* 7 ueris simile *GL* 8 adominici *Om1C* grecis *C* atque] neque *GL* aq: diripiendas *Om1* adiripiendas *C* 9 *ante* oues *eras.* o *B* communis sit causa *F* nobis omnibus *GL* 10 eo *GL* praeemineas *bd* 11 celsiore *Ga.c.* fastio *Om1* spec. past. facio *C s.l.m2* pastorali *OEFGL* 13 operationibus *Va. c.* 14 muniet iactantia *L* (iact *in ras. m2*), *Va. c.* prętendant *GL* 15 feriunt *Om1EF* a *s. l. B*, *om. F* a laed.] alendis *GL* 16 repellantur *B* propellatur *GL* 19 alte∗ri *O* decim *L* 20 parteceps *Om1* 21 ad *om. GL* ipsius] illius *D* 22 tessalonicam *O* thesalonicam *V* thessalonicae *DGL* 23 quae istis *om. GL* isti *C* illorum] eorum *B* i∗sta *O* 24 tua *L* potentissimum *D* diligere *C* 25 dicenda *Lm1*

emendanda constitui. indicauit enim mihi frater meus, quod eas illi dare ipse dignatus es, quae in tuas manus nisi uigilantissima diligentia fratrum nostrorum filiorum tuorum uenire non possent. ago autem gratias sincerissimae in nos beniuolentiae tuae, quod eas me latere noluisti litteras inimicorum gratiae dei, in quibus repperisti meum nomen calumniose atque euidenter expressum. sed spero de domino deo nostro, quod non sine mercede, quae in caelis est, illi me lacerant dente maledico, quibus me pro paruulis, ne fallaci laudatori Pelagio perditi relinquantur, sed ueraci saluatori Christo liberandi offerantur, oppono.

II. 4. Iam itaque Iuliani respondeamus epistulae. *dicunt*, inquit, *illi Manichei, quibus modo non communicamus, id est toti isti, cum quibus dissentimus, quia primi hominis peccato, id est Adae, liberum arbitrium perierit et nemo iam potestatem habeat bene uiuendi, sed omnes in peccatum carnis suae necessitate cogantur.* Manicheos appellat catholicos more illius Iouiniani, qui paucos ante annos hereticus nouus uirginitatem sanctae Mariae destruebat et uirginitati sacrae nuptias fidelium coaequabat. nec ob aliud hoc obiciebat catholicis, nisi quia eos uideri uolebat accusatores uel damnatores esse nuptiarum.

5. Liberum autem arbitrium defendendo praecipitant, ut de illo potius ad faciendam iustitiam quam de domini adiutorio confidatur atque ut in se quisque, non in domino glorietur. quis autem nostrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de genere humano? libertas quidem periit per peccatum, sed illa, quae in paradiso fuit, habendi plenam cum

7 cf. Matth. 5, 12 11 Iulianus 16 cf. Aug. De haeres. c. 82 (XLII 46 M) 23 cf. I Cor. 1,31 24—426, 28 quis—dei fieri] cf. Aug. Op. imp. I 94 (XLV 1110 M)

1 constituit *L* 2 ipse *om.D* 3 possint *CEFbd* 4 beneuolentiae *EF* 5 uoluisti *L* (u *init. s. l.*), *G a. c.* 6 nomen meum *DEFbd* 7 de *s. l. m2O* 8 lacerent *L* ne *om.GL* 9 fallacia *L* facili *C* pelaio *O* pelagione *GL* 10 xpi *Om1* 11 ita *GL* illi inquit *V* 12 manichaei *O* communicamus *O* 13 de*sentimus *O* adae *O* (ae *s.l.m2*) 14 arbitrium *s.l.m1G*, *om.L* periit *GL in ras.* habet *Om1* 15 necessitate*O* 16 iouiani *Vm1* ante paucos annos *EFbd* 17 haereticus *O* distruebat *L* uirginitati*O* uirginitate *Va.c.* 18 nuptiae *L* hoc ob aliud *B* hoc *om.O* 19 qui *La.c.* eos *om.D* nolebat *Oa.c.* 20 esse *om.D* 22 *alt.* de *om.Om1GL* 25 humano genere *DEFbd* generi *Om1* periit *s. l. m2 post* pecc. *O* 26 plenam *O* (e *s. ras. m2*)

immortalitate iustitiam. propter quod natura humana diuina indiget gratia dicente domino: s i u o s f i l i u s l i b e r a u e r i t, t u n c u e r e l i b e r i e r i t i s, utique liberi ad bene iusteque uiuendum. nam liberum arbitrium usque adeo in peccatore non periit, ut per ipsum peccent maxime omnes, qui cum delectatione peccant et amore peccati et hoc eis placet quod eos libet. unde et apostolus: c u m e s s e t i s, inquit, s e r u i p e c c a t i, l i b e r i f u i s t i s i u s t i t i a e. ecce ostenduntur etiam peccato minime potuisse nisi alia libertate seruire. liberi ergo a iustitia non sunt nisi arbitrio uoluntatis; liberi autem a peccato non fiunt nisi gratia saluatoris. propter quod ammirabilis doctor etiam uerba ipsa discreuit: c u m e n i m s e r u i e s s e t i s, inquit, p e c c a t i, l i b e r i f u i s t i s i u s t i t i a e. q u e m e r g o t u n c f r u c t u m h a b u i s t i s i n h i s, i n q u i b u s n u n c e r u b e s c i t i s? n a m f i n i s i l l o r u m m o r s e s t. n u n c a u t e m l i b e r a t i a p e c c a t o, s e r u i a u t e m f a c t i d e o h a b e t i s f r u c t u m u e s t r u m i n s a n c t i f i c a t i o n e m, f i n e m u e r o u i t a m a e t e r n a m. liberos dixit iustitiae, non 'liberatos', a peccato autem non liberos, ne sibi hoc tribuerent, sed uigilantissime maluit dicere 'liberatos' referens hoc ad illam domini sententiam: s i u o s f i l i u s l i b e r a u e r i t, t u n c u e r e l i b e r i e r i t i s. cum itaque non uiuant bene filii hominum nisi effecti filii dei, quid est quod iste libero arbitrio uult bene uiuendi tribuere potestatem, cum haec potestas non detur nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum dicente euangelio: q u o t q u o t a u t e m r e c e p e r u n t e u m, d e d i t e i s p o t e s t a t e m f i l i o s d e i f i e r i?

2 Ioh. 8, 36 7. 12 Rom. 6, 20—22 21 Ioh. 8, 36 25 cf. Rom. 7, 25 26 Ioh. 1, 12

1 natura*L* diuinã *V* 2 domino in euangelio *GL* 3 tunc *om.EF* 4 usque *O* (us *s.l.m2*) 5 ipsum] illud *CDbd* 6 amare *C* et *om. DEFGL* eos] eis *B* 9 aliqua *C* aliena *Gm2* ergo *om.OB* 10 liberati *D* 11 amirabilis *CDa.c.* et admirabilis *GL* 12 ista *GL* disseruit (*in mg. m1* ł discreuit) *O* 12 inquit *om.Om1* 13 fuisti *Cm1* iustitiaē *L* 14 fruct. hab. tunc *DEFbd* tunc *om.V* 17 dei *V* sanctificatione *BDVGp.c.L* 18 nam liberos *OB* 21 refer*ens *O* filios *C* 22 liberauit *B* tunc *om.D* estis *V* 23 filii hom.] homines *b* affecti *B* (e *s.* a) 24 uiuendo *GL* potestatatem *O* 26 quodquod *V* 27 eis *om. B*

III. 6. Sed ne forte dicant ad hoc esse adiutos, ut haberent potestatem fieri filii dei — ut autem hanc accipere mererentur, prius eum libero arbitrio nulla adiuti gratia receperunt; haec est quippe intentio, qua gratiam destruere moliuntur, ut eam dari secundum merita nostra contendant —. ne forte ergo hanc euangelicam sententiam sic diuidant, ut meritum ponant in eo quod dictum est: q u o t q u o t a u t e m r e c e p e r u n t e u m ac deinde non gratis datam, sed huic merito redditam gratiam in eo quod sequitur: d e d i t e i s p o t e s t a t e m f i l i o s d e i f i e r i, numquid, si quaeratur ab eis quid sit 'receperunt eum', dicturi sunt aliud nisi 'crediderunt in eum'? ut igitur et hoc sciant ad gratiam pertinere, legant quod ait apostolus: i n n u l l o e x p a u e s c a t i s a b a d u e r s a r i i s, q u a e q u i d e m e s t i l l i s c a u s a p e r d i t i o n i s, u e s t r a e a u t e m s a l u t i s, e t h o c a d e o, q u i a u o b i s d o n a t u m e s t p r o C h r i s t o n o n t a n t u m u t c r e d a t i s i n e u m, s e d u t e t i a m p a t i a m i n i p r o e o — nempe utrumque dixit esse donatum —, item quod ait: p a x f r a t r i b u s e t c a r i t a s c u m f i d e a d e o p a t r e e t d o m i n o I e s u C h r i s t o. legant etiam illud, quod ipse dominus ait: n e m o p o t e s t u e n i r e a d m e, n i s i p a t e r, q u i m i s i t m e, t r a x e r i t e u m. ubi ne quisquam putet aliud dictum esse 'uenire ad me' quam 'credere in me', paulo post, cum de suo corpore et sanguine loqueretur et scandalizati essent plurimi in sermone eius, ait: u e r b a, q u a e e g o l o c u t u s s u m u o b i s, s p i r i t u s e t u i t a s u n t. s e d s u n t q u i d a m e x u o b i s, q u i n o n c r e d u n t. deinde subiunxit euangelista: s c i e b a t e n i m a b i n i t i o I e s u s, q u i e s s e n t c r e d e n t e s e t q u i s t r a d i-

7. 9 Ioh. 1, 12 12 Phil. 1, 28. 29 18 Eph. 6, 23 21 Ioh. 6, 44 25. 28 Ioh. 6, 64—66

1 adhuc *Om1* 2 filii dei fieri *B* hanc autem *C* recipere *V* 3 eum *om.Cm1* 4 mo*liuntur (l *eras.*) *V* 5 euangelica *C* 6 quo *Om1* 7 quod quod *V* 8 datum *V* 10 nunquid *Om1D* 11 et *ex* ei *B*, *om.O* 13 expauiscatis *V* 15 adeo *EF* 16 donatum] datum *GL* 18 aut *Va.c.* 19 patre nostro *O* 20 domino nostro *GL* legat *GL* illud] aliud *GL*, *om.Dbd* dom. ait ipse *D* 24 cum] quam *V* 27 ex] in *GL* non *s.l.m2V* 28 Iesus ab initio *DEFbd* 29 esset tradit. *GL* trad.] crediturus *C*

turus esset eum. et dicebat: propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. sententiam scilicet iterauit qua dixerat: nemo potest uenire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. et hoc propter credentes et non credentes se dixisse manifestauit exponens quod dixerat: nisi pater, qui misit me, traxerit eum, id ipsum aliis uerbis repetendo in eo, quod ait: nisi fuerit ei datum a patre meo. ille quippe trahitur ad Christum, cui datur ut credat in Christum. datur ergo potestas, ut filii dei fiant qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur, ut credant in eum. quae potestas nisi detur a deo, nulla esse potest ex libero arbitrio, quia nec liberum in bono erit, quod liberator non liberauerit, sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitiae uel occultus uel manifestus deceptor inseuit uel sibi ipse persuasit.

7. Non itaque, sicut dicunt nos quidam dicere et iste audet insuper scribere, ‘omnes in peccatum‘ uelut inuiti ‘carnis suae necessitate coguntur‘, sed si iam in ea aetate sunt, ut propriae mentis utantur arbitrio, et in peccato sua uoluntate retinentur et a peccato in peccatum sua uoluntate praecipitantur. neque enim agit in eis etiam qui suadet et decipit, nisi ut peccatum uoluntate committant uel ignorantia ueritatis uel delectatione iniquitatis uel utroque malo et caecitatis et infirmitatis. sed haec uoluntas, quae libera est in malis, quia delectatur malis, ideo

4 Ioh. 6, 44 11 cf. Ioh. 1, 12 datur ergo—praecipitantur] cf. Aug. Op. imp. I 94 (XLV 1110 M) 18 Iulianus, cf. p. 425, 15 24 sed haec uoluntas—non potest uelle] cf. Aug. Op. imp. I 94 (XLV 1110 M). ibid. III 118 p. 1297

1 eum esset *V* 3 sententiam—dixerat *in mg. Dm1* 4 intrauit *L* quia *GL* quã *D* nomo *Om1* 5 me misit *V* 6 et non cred. *om.GL* 8 traxit *C* 9 fueri *Om1* ei *ex* et *Vm2* 10 ille] ipse *GL* in xpo *GL* 11 in *om. Op. imp.* cum *s.l.m2O* 12 datur *fin. O* 14 quod] si *C* liberu *Om1* liberauit *B* liberum *V* (u *ex corr. m2*) 16 inseruit uit *B* (r *s.l.*) inseruit *DGLb*, (r *s.l.*) *C* inseuit *in ras.V* 18 insuper] et super *C* et omnes *B* uel *GL* iniuti *Ba.c.* carni sue *B* 19 ea***B* propria *Ga.c.L* 20 suo *D* retenentur *V*(te *in ras.*) 21 a *om.C* precipitentur *GL* 22 ait *Om1C* etiam in eis *C* suadit *V* sua det *O* nisi *om.GL* 23 dilectione *GL* 24 iniquitatis *om.D* 25 quia—malis *om.GL*

libera in bonis non est, quia liberata non est. nec potest homo boni aliquid uelle, nisi adiuuetur ab eo, qui malum non potest uelle, hoc est gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum; omne enim quod non est ex fide, peccatum est. ac per hoc bona uoluntas, quae se abstrahit a peccato, fidelis est, quia iustus ex fide uiuit, ad fidem autem pertinet credere in Christum et nemo potest credere in eum, hoc est uenire ad eum, nisi fuerit illi datum. nemo igitur potest habere uoluntatem iustam, nisi nullis praecedentibus meritis acceperit ueram, hoc est gratuitam desuper gratiam.

IV. 8. Hoc isti nolunt elati et superbi nec purgando defensores, sed extollendo praecipitatores liberi arbitrii, qui non ob aliud nobis haec dicentibus indignantur, nisi quia gloriari in domino dedignantur. timuit tamen Pelagius episcopale iudicium Palaestinum et, cum ei fuisset obiectum, quod diceret 'gratiam dei secundum merita nostra dari', negauit se dicere et eos, qui hoc dicerent, anathemando damnauit. nec tamen defendere aliud inuenitur in libris, quos postmodum scripsit, fraudem se putans hominibus iudicantibus fecisse mentiendo aut nescio quomodo suum sensum uerbis ambiguis obtegendo.

V. 9. Sed iam uideamus quod sequitur. *dicunt etiam*, inquit, *istas, quae modo aguntur, nuptias a deo institutas non fuisse; quod in libro Augustini legitur, contra quem ego modo quattuor libellis respondi. cuius Augustini dicta inimici nostri in ueritatis odium*

1 nec potest—potest uelle] Aug. Op. imp. I 97 p. 1114 3 cf. Rom. 7, 25 4 Rom. 14, 23 6 Rom. 1, 17. cf. Hab. 2, 4 7 cf. Ioh. 6, 66 13 cf. I Cor. 1, 31 14 cf. De gestis Pel. 14, 30 (CSEL XLII 84, 5) 21 Iulianus 23 De nuptiis et conc. II 2 (CSEL XLII 254, 14)

1 nec] non *Op. imp.* 2 uellenis *Om1* ab eo] adō *G* a deo *L* 5 ab*s-trahit *O* abtrahit *L* a *s. ras. m2 O* est *om. V* 6 qui *Om1* ad *C* (d *s. l. m2*) 7 xpo *GL* est] *add.* enim *CEFV* 9 nullus *C* ueram *om. GL* 11 colunt *V a.c.* etlati *O a.c.* defensiores *C* (*exp. m2*) 12 liberi sunt *EF* quod *Om1* 13 dicentibus] *add.* nobis *GL* 14 dnm *G* dmn *L* pylagius *C* episcopalem *L* iudiū *Cm1* 15 palestinum *ODVGL* 16 se] *add.* hoc *GL* et *ex* aut *B* 17 anathematizando *BCm2DEFGbd* aliud tamen def. *EFbd* 19 putans *s. l. m2O* putant *B* iudicantibus *s. l. m2O, om. B* aut] an *EF* nesciendo aut quomodo *D* 20 sensum *s. l. m2O* 21 etiam *C* qd *O* (d *add. s. l. m2*) inquit *bis D* 23 quatuor *DEFbd* libris *O a.c.* 24 respondeo *GL*

susceperunt. his eius calumniosissimis uerbis breuiter uideo respondendum, quia repetit ea postea, ubi uult ipse insinuare quasi contra nostra ista quid dicant. ubi cum illo, quantum res postulare uidebitur, domino adiuuante certandum est. nunc ergo respondeo nuptias a deo esse institutas et tunc, quando dictum est: p r o p t e r e a r e l i n q u e t h o m o p a t r e m s u u m e t m a t r e m s u a m e t a d h a e r e b i t u x o r i s u a e e t e r u n t d u o i n c a r n e u n a, et nunc, propter quod scriptum est: a d o m i n o i u n g i t u r m u l i e r u i r o. neque enim aliud fit etiam nunc quam illud, ut adhaereat homo uxori suae et sint duo in carne una. de ipsis quippe nuptiis, quae nunc fiunt, consultus est dominus a Iudaeis, utrum liceret quacumque causa dimittere uxorem, et isto commemorato testimonio legis adiunxit: q u o d e r g o d e u s c o n i u n x i t, h o m o n o n s e p a r e t. hoc testimonium legis adhibuit etiam apostolus Paulus, cum uiros moneret, ut ab eis diligerentur uxores. absit ergo, ut in libro meo contra haec testimonia diuina iste aliquid legerit; sed uel non intellegendo uel magis calumniando in alium sensum conatur detorquere quod legit. librum autem meum, contra quem se quattuor libellis respondisse commemorat, post damnationem Pelagii Caelestiique conscripsi. quod ideo dicendum putaui, quoniam iste dicit ‘ab inimicis suis in odium ueritatis dicta mea fuisse suscepta‘, ne ideo quisquam existimet propter hunc librum meum inimicos gratiae Christi nostros hereticos fuisse damnatos. in eo autem libro defensio est potius quam reprehensio nuptiarum.

6 Gen. 2, 24 9 Prou. 19, 14 12 cf. Matth. 19, 3 14 Matth. 19, 6 16 cf. Eph. 5, 25 23 Iulianus

1 susciperunt *O* eius] enim *D* calumpnionissimis *B* 2 repeti tea *Om1* ea. Postea *GL* 3 nostra *s.l.m2O* isti *BEFd* dicat *D* ibi *BCEFd* 5 a deo nuptias (*om.* esse) *EFbd* constitutas *GL* 9 scriptum *ex* dictum *B* ad no* (*uirg. add. m2*) *O* uiro mulier *DEFbd* 11 uxoris *V* ipsis *om. GL* quoque *D* 12 nunc] *add.* quoque *Db* consep.ltus t.s *D* 13 quecumque *Om1* 14 testimio *C* dn̄s *D* 15 separat *Om1* 17 in *s.l.m2O* lib*ro *O* 18 iste *om. GL* 19 in̤ calumniando *D* conatus est *B* 20 quatuor *D* 21 commerat *Om1* pelagi *Gm1* p*elagi *L* (a *eras.*) 22 celestiique *D* celestique *L* conscribsi (ri *s.l.m2*) *O* 24 hunc *L* (n *in ras.*) 25 inimici *GL* 26 in eo] Ideo *GL* *post* libro *add. s.l.m2* meo *G*

10. *Dicunt etiam*, inquit, *motum genitalium et commixtionem coniugum a diabolo fuisse repertam et propterea eos qui nascuntur innocentes reos esse et a diabolo fieri, non a deo, quia de hac diabolica commixtione nascuntur. hoc autem sine aliqua ambiguitate Manicheum est.* immo sicut dicimus a deo nuptias institutas propter ordinatam generationem filiorum, ita dicimus filiorum gignendorum seminationem sine motu genitalium et sine commixtione coniugum nec in paradiso, si filii gignerentur, esse potuisse. sed utrum talis eorum motus atque commixtio fuisset, si nemo peccasset, qualis nunc est cum pudenda libidine, hinc est quaestio, de qua diligentius postea, si deus uoluerit, disputabimus.

VI. 11. Quid tamen isti uelint, quid intendant, quo rem perducere moliantur, adiuncta istius uerba declarant, ubi ait nos dicere: *propterea eos qui innocentes nascuntur reos esse et a diabolo fieri, non a deo, quia de hac diabolica commixtione nascuntur*. cum itaque nos nec diabolicam dicamus coniugum commixtionem, maxime fidelium, quae fit causa generandorum qui postea regenerandi sunt filiorum, nec homines ullos a diabolo fieri, sed a deo, in quantum homines sunt, et tamen etiam de coniugibus fidelibus reos nasci, tamquam ex oliua oleastrum, propter originale peccatum et propter hoc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo, quoniam diabolus culpae auctor est, non naturae, contra illi paruulos dicentes nullum trahere originale peccatum et ideo non esse sub diabolo, quid efficere laborant, nisi ut illa dei gratia euacuetur in paruulis, qua e r u i t

1 Iulianus 15 Iulianus 21 cf. Rom. 11, 24 26 Col. 1, 13

1 inquit *om.Bm1* motum] totum *GL* genetalium *V* 2 propteea *Om1* 3 innocenter *B* 4 commistione *V* 5 manifestum *Oa.c.* sic *Gm1L* dno *L* constitutas *GL* 6 filiorum] *add.* gignendorum *B* ita *om.C* 7 seminatione *GL* genetalium *V* commixtionem *V* 8 si *s.l.C,om.GL* generentur *GL* 9 potuisse *bis D* talis *bis D* 11 disputamus *Om1* disputauimus *L* 13 intendunt *V* rem perd.] semper ducere *GL* 14 aut *Va.c.* 15 proptea *C* innocenter *OB* noscuntur *C* 16 adeo *C* ac *C* noscuntur *Cm1* 17 coniug*um *L* 18 qui] quae *Gm1L* 19 regenerandae *Gm1L* hominem *L* diaboli *L* 20 adeo *CD* 21 oleatrum *B* 24 e contra *EF* 25 ē *Om1* 26 laborent *Cm1* gratiae *V* paruolis *OV* quaeruit (a *s.l.*) *V* quae *ODG*

nos, sicut dicit apostolus, de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae, quando quidem paruulos negant esse in potestate tenebrarum etiam ante domini liberatoris auxilium ita in eis laudantes opus creatoris, ut misericordaim destruant redemptoris? quam nos quoniam et in maioribus et in paruulis confitemur, 'hoc' dicit 'sine aliqua ambiguitate esse Manicheum', cum sit antiquissimum catholicum, unde nouum istorum dogma euertatur hereticum.

VII. 12. *Dicunt*, inquit, *sanctos in uetere testamento non caruisse peccatis, id est nec per emendationem a criminibus fuisse liberos, sed in reatu a morte fuisse deprehensos.* immo dicimus uel ante legem uel tempore ueteris testamenti a peccatis fuisse liberatos non uirtute propria, quia maledictus omnis qui spem suam ponit in homine — et in hoc sine dubio maledicto sunt, quos etiam psalmus diuinus notat: qui confidunt in uirtute sua —, nec uetere testamento, quod in seruitutem generat, quamuis certae dispensationis gratia diuinitus datum sit, nec ipsa lege sancta et iusta et bona, ubi scriptum est: non concupisces, quoniam non est data, quae posset uiuificare, sed praeuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen cui promissum est, sed liberatos esse per sanguinem ipsius redemptoris, qui est unus mediator dei et hominum homo Christus Iesus. isti autem inimici gratiae dei, quae data est pusillis et magnis per Iesum Christum dominum nostrum, ideo dicunt antiquos homines dei perfectae fuisse

6 Iulianus, cf. p. 431, 4 9 Iulianus 13 Hier. 17, 5 15 Ps. 48, 7 16 cf. Gal. 4, 24 18 cf. Rom. 7, 12 Ex. 20, 17. Rom. 7, 7 19 cf. Gal. 3, 21. 19 21 cf. I Tim. 2, 5 23 cf. Rom. 7, 25

1 nos] eos *GL* 2 regno *DG a. c.* *post* filii *eras.* suae *O* claritatis *GL* suae *s.l.m2O* 4 etiam *om.Om1* $\overline{\text{di}}$ *Om1* 5 reitemptoris *Om1* redemtoris *V* nos *om.GL* quoniam *om. B* quoniam et] etiam *s.l.m2O* etiam et *EF* 6 minoribus *B a.c.* hec *B* dici *Om1GL* *sine**O* 7 esse] *add.* sensum *OB* 8 docma *O* digma *La.c.* dogme uertatur *V* euertitur *Lb* hereticorum *B* ereticum *Gm1* 9 ueteri *OCm2GLb* 10 emundationem *GL* suis se *B* liberatos *L,b in mg.* 11 reprehensos *GL* uel *om.L* 12 nouirtute *Om1* 13 homo (*in ras. L*) omnis *GL* 14 hominem *L* maledicti *C* (i *fin. ex* e),*Lb* 15 *pr.* quod *D* 16 ueteri *OGm2* ue*teri *L* ue*tere *V* in *om.EF* seruitute *CV* genera*t *L* 17 certe *Om1VGL* grada *V* 18 lege**O* et *pr. om.OB* concupiscis *V* 19 praeuaricationi *Om1* 22 homo *s.l.m2O*

iustitiae, ne Christi incarnatione, passione, resurrectione, cuius fide salui facti sunt, credantur eguisse.

VIII. 13. *Apostolum etiam Paulum*, inquit, *uel omnes apostolos dicunt semper inmoderata libidine fuisse pollutos.* quis hoc uel profanus audeat dicere? sed nimirum iste propterea sic calumniatur, quia contendunt id, quod dixit apostolus: s c i o q u i a n o n h a b i t a t i n m e, h o c e s t i n c a r n e m e a, b o n u m; u e l l e e n i m a d i a c e t m i h i, p e r f i c e r e a u t e m b o n u m n o n i n u e n i o, et cetera talia non eum dixisse de se ipso, sed nescio cuius alterius, qui illa pateretur, induxisse personam. propter quod locus ipse in eius epistula diligenter considerandus est et scrutandus, ne in eius aliqua obscuritate delitiscat error istorum. quamuis ergo latius hinc apostolus disputet magno diuturnoque conflictu gratiam defendens aduersus eos, qui gloriabantur in lege, tamen ad rem pertinentia pauca contingimus. unde ait: q u i a n o n i u s t i f i c a b i t u r e x l e g e o m n i s c a r o c o r a m i p s o; p e r l e g e m e n i m c o g n i t i o p e c c a t i. n u n c a u t e m s i n e l e g e i u s t i t i a d e i m a n i f e s t a t a e s t, t e s t i f i c a t a p e r l e g e m e t p r o p h e t a s, i u s t i t i a a u t e m d e i p e r f i d e m I e s u C h r i s t i i n o m n e s q u i c r e d u n t. n o n e n i m e s t d i s t i n c t i o; o m n e s e n i m p e c c a u e r u n t e t e g e n t g l o r i a m d e i i u s t i f i c a t i g r a t i s p e r g r a t i a m i p s i u s, p e r r e d e m p t i o n e m, q u a e e s t i n C h r i s t o I e s u. e t i t e r u m: u b i e s t g l o r i a t i o? e x c l u s a e s t. p e r q u a m l e g e m? f a c t o r u m? n o n,

1 cf. Eph 2, 8 3 Iulianus 6 cf. De gratia Christi (CSEL XLII 39, 43 p. 156 sq.) 7 Rom. 7, 18 15 cf. Rom. 2, 23 16 Rom. 3, 20—24 25 Rom. 3, 27. 28

2 erguisse *Om1**eguisse *G* 3 inquit *om.EF* uel *ex* uelo *Om2* 4 apostolus *V* fuisse libidine *GL* 5 istae *Om1C* isti *DGp.c.b* 6 sic propterea *GL* si *Om1* calumpniantur *B* calumniantur *DGLb* qui *Om1* id] de hoc *Db* 10 eum] cum *V* se ipso *ex* somso *Om2* 11 parteretur *V* 12 epistola**G* epistulā *L* 13 eis *b* delitescat *BDGm2bd* ipsorum *GL* quauis *B* 14 hinc latius *V* hic *GL* et magno *Gbd* conflicto *Gm1L* 15 eos *om.O* 17 ex lege *def*$_b$ *O* *om.GL* ipso] illo *Dbd* 19 lego *C* 20 per—*436, 8* peccatum *om.O* 22 est enim *EFbd* distinctio] iustitia *GL* 23 gloria**B* gloria *CDEFVbd* 24 redemtionem *V* 25 gloriatio tua *BD* 26 fatorum *C*

sed per legem fidei. arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. et iterum: non enim per legem promissio Abrahae aut semini eius, ut heres esset mundi, sed per iustitiam fidei. si enim qui per legem heredes sunt, exinanita est fides et euacuata est promissio. lex enim iram operatur; ubi enim non est lex, nec praeuaricatio. et alio loco: lex autem subintrauit, ut abundaret delictum; ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. item alio loco: peccatum enim uobis non dominabitur; non enim estis sub lege, sed sub gratia. itemque alio loco: an ignoratis, fratres — scientibus enim legem loquor —, quia lex dominatur homini in quantum tempus uiuit? mulier enim sub uiro uiuo marito iuncta est legi; si autem mortuus fuerit uir eius, euacuata est a lege uiri. et paulo post: itaque, fratres mei, et uos mortui estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo. cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quae per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum ferrent morti; nunc uero euacuati sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus et non in uetustate litterae. his atque huiusmodi contestationibus doctor ille gentium satis euidenter ostendit legem non potuisse auferre, sed potius auxisse peccatum, quod auferat gratia, quoniam

3 Rom. 4, 13—15 8 Rom. 5, 20 11 Rom. 6, 14 13 Rom. 7, 1. 2 18 Rom. 7, 4—6 28 cf. I Tim. 2, 7

def. O 1 arbitramus *L* hom. iustif. *B* 2 hominum *V* *post* per *exp.* legem per *D* 4 seminini *D* eius] *add.* facta est *Db* 5 enim] *add.* eis *EF* 6 *alt.* est *om. Db* 7 ira *C* * irā *L* enim] autem *B* 8 in alio *D* autem] enim *D* 11 loco *om. C* 13 loco *om. EF* 14 dominabitur *GL* 15 in *om. GL* 16 uiro] *add.* est *V* uiuo *V* (u *alt. s. eras.* r) uincta *Lm1* 17 si—uiri *in mg. L* *euacuata *L* 20 resurrex**it *B* 23 ut] et *C* 24 ferent *V* 25 mortui *C* peccati *GL* detenebamur *L* 27 huiuscemodi *C* 29 auferre *om. GL* quoniam] quia *GL*

lex iubere nouit, cui succumbit infirmitas, gratia iuuare, qua infunditur caritas. ne quis enim propter haec testimonia uituperet legem et malam esse contendat, uidit apostolus male intellegentibus quid posset occurrere et eandem sibi ipse proposuit quaestionem: q u i d e r g o d i c e m u s? inquit. l e x p e c c a t u m e s t? a b s i t. s e d p e c c a t u m n o n c o g n o u i n i s i p e r l e g e m. hoc iam superius dixerat: p e r l e g e m c o g n i t i o p e c c a t i; non ergo ablatio, sed cognitio.

14. Hinc autem iam incipit, propter quod ista consideranda suscepimus, introducere personam suam et tamquam de se ipso loqui. ubi nolunt Pelagiani ipsum apostolum intellegi, sed quod in se alium transfigurauerit, id est hominem sub lege adhuc positum, nondum per gratiam liberatum. ubi quidem iam debent concedere, quod i n l e g e n e m o i u s t i f i c a t u r, sicut alibi idem apostolus dicit, sed ad cognitionem peccati et ad ipsius legis praeuaricationem ualere legem, ut cognito auctoque peccato per fidem gratia requiratur. non autem timent ista de apostolo intellegi, quae posset et de praeteritis suis dicere, sed ea quae sequuntur timent. hic enim: c o n c u p i s c e n t i a m, inquit, n e s c i e b a m, nisi l e x diceret: n o n c o n c u p i s c e s. o c c a s i o n e a u t e m a c c e p t a p e c c a t u m p e r m a n d a t u m o p e r a t u m e s t i n m e o m n e m c o n c u p i s c e n t i a m; s i n e l e g e e n i m p e c c a t u m m o r t u u m e s t. e g o a u t e m u i u e b a m a l i q u a n d o s i n e l e g e; a d u e n i e n t e a u t e m m a n d a t o p e c c a t u m r e u i x i t, e g o a u t e m m o r t u u s s u m. e t i n u e n t u m e s t m i h i m a n d a t u m, q u o d e r a t i n u i t a m, h o c e s s e i n m o r t e m.

1 cf. Rom. 5, 5 4 Rom. 7, 7 7 Rom. 3, 20 14 Gal. 3, 11 19 Rom. 7, 7—13

def. O 1 quia *L* 2 hanc *L* 3 malum *EFGa.c.L* contendant *Ga.c.L* uidit] *add.* enim *EF* quis *V* 4 pro possunt *V* (s *pr. s.l.*) 5 dicimus *BV* lex inquit *GL* es *V* 6 cognouit *C* 7 *post* legem *add.* enim *Dbd* 8 ergo] enim *V* abolitio *Gb* abolicio *L* oblatio *C* 9 autem *om. D* coepit *GL* 12 aliud *V* id est *om. D* 13 gratia *L* concede *Ga.c.L* 14 idem] ipse *B* 15 legis *om. EF* 17 *post* timent *eras.* de *in mg. m2 add. V* 19 timeant *GL* hinc *GL* 20 occansione *V* occa*sione *G* occasionem—acceptam *L* 23 enim] autem *D* est mortuum *D* 24 aueniente *C* 25 *ante* mandato *exp.* peccato *B* 27 in] ad *GL* uita *CDEFV* morte *CEF*

peccatum enim occasione accepta per mandatum fefellit me et per illud occidit. itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. quod ergo bonum est, mihi factum est mors? absit! sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat super modum peccator aut peccatum per mandatum. haec omnia, sicut dixi, potest uideri apostolus de sua uita commemorasse praeterita, ut illud, quod ait: ego autem uiuebam aliquando sine lege, aetatem suam primam ab infantia ante rationales annos uoluerit intellegi, quod autem adiunxit: adueniente autem mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum, iam se praecepti capacem, sed non efficacem et ideo praeuaricatorem legis ostenderet.

IX. 15. Nec moueat quod ad Philippenses scripsit, secundum iustitiam, quae in lege est, quod fuerit sine querella. potuit enim esse intus in affectionibus prauis praeuaricator legis et tamen conspicua opera legis inplere uel timore hominum uel ipsius dei, sed poenae formidine, non dilectione et delectatione iustitiae. aliud est enim uoluntate benefaciendi benefacere, aliud autem ad malefaciendum sic uoluntate inclinari, ut etiam faceret, si hoc posset inpune permitti. nam sic profecto in ipsa intus uoluntate peccat, qui non uoluntate, sed timore non peccat. in quibus interioribus suis talem se fuisse sciens apostolus ante gratiam dei, quae data est per Iesum Christum dominum nostrum, alibi hoc apertissime confitetur. scribens quippe ad Ephesios: et uos, inquit, cum essetis mortui delictis et peccatis uestris,

10. 12 Rom. 7, 9. 10 16 cf. Phil. 3, 6 25 cf. Rom. 7, 25 27 Eph. 2, 1—5

1 accepta occasione *DEFbd* 2 illum *L* 7 supra *Cbd* peccator aut] peccans *DGL* 8 au *V* per mandatum *om.GL* *uoce* per *inc. O* sicut* *B* 9 suauitate *L* uita sua *B* ut] dum *GL* 11 primum *GL* uolens *B* noluerit *C* 12 *fin.* autem *om.GL* 14 ut iam *B* capace *V* 16 philipenses *OBDL* 17 que *Om1* *post* quae *eras.* d *B* qui fuerim *Cbd* quod fuerim *EF* 18 prauis *om. OB* paruis *EF* 20 dilectatione *Cm1* et delectatione *om.EF* 21 enim est *D* 22 uoluntati *V* uolunte *Cm1* haec *GL* 23 si *O* 25 data est] est, *quod post* Christum *pon. CDGL*, *post* nostrum *EFVbd* 26 alibi] alio loco *GL* 27 quippe *om.BGL* cum] dum *D* 28 uestris *ex* nostris *B*

in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus eius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae, in quibus et nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostrae facientes uoluntatem carnis et affectionum, et eramus naturaliter filii irae sicut et ceteri; deus autem, qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. rursus ad Titum: fuimus enim et nos, inquit, stulti aliquando et increduli, errantes, seruientes desideriis et uoluptatibus uariis, in malitia et inuidia agentes, abominabiles, inuicem odio habentes. talis Saulus fuit, quando secundum iustitiam, quae in lege est, sine querella fuisse se dicit. nam quia non post hanc abominabilem uitam, ut esset sine querella, in lege profecerat moresque mutauerat, euidenter in his quae sequuntur ostendit, quando quidem mutatum se non dicit ab his malis nisi per gratiam saluatoris; adiungens enim hoc ipsum etiam hic sicut ad Ephesios ait: cum autem benignitas et humanitas inluxit saluatoris dei nostri, non ex operibus iustitiae, quae nos fecimus,

13 Tit. 3, 3 18 cf. Phil. 3, 6 23 Tit. 3, 4—7

3 spiritus eius] $\overline{\text{spm}}$ *D* 4 filis *Om1* filios *GL* 6 *a uocibus* nis nostrae *inc. fragm. Aurel. fol. 32 = H* nostrae—carnis *om. V* 7 affectionem *BL* 8 natura *V* 9 diues *V* (e *s. eras.* i *m2*) 11 $\overline{\text{nos}}$] *add.* misertus est nostri *GL* essetis *Gm1La.c.* conuiuificabit *Om1* 12 in $\overline{\text{xpo}}$ *GL* cuius *ex* quuius *Hm1* 13 rursum *B* enim *om. GL* 14 inquit *om. DGL* aliquando stulti *GL* 15 seruientes *om. H* et seruientes *LG* in uoluptatibus *O* (in *s. l. m2*), *B* 16 malitię *L* in inuidia *GL* gentes *B* abhominabiles *OBLa.c.* 18 iustitia *V* querella (*sic semper O*), *GH* 19 non *om. Om1B* potest *OHm1L* abhominationębilem *B* 20 proficerat *L* mutaberat *Om1* 21 secuntur *OCD* se (*s. l.*) mutatum *B* 22 enim *om. B* 23 hic *om. H* sic *D* Ephesios] titum *OBDGLH,b* (*in mg.*), *quod fort. per ipsius Augustini errorem explicandum* cum *ex* quum *H* 24 humilitas *O* bonitas *GL* inluxit *s. l. Om2* domini nostri *GL* nostri dei *bd*

sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti, quem ditissime effudit super nos per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati ipsius gratia heredes efficiamur secundum spem uitae aeternae.

16. Quod autem ait in hoc epistulae loco ad Romanos: peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, congruit superioribus ubi dixit: sed peccatum non cognoui nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces, et superius: per legem cognitio peccati; hoc enim et hic dixit: ut appareat peccatum, ut illud, quod dixerat: sine lege enim peccatum mortuum est, non intellegamus nisi, tamquam non sit, 'latet, non apparet, penitus ignoratur', tamquam in nescio quibus ignorantiae tenebris sit sepultum. et quod ait: ego autem uiuebam aliquando sine lege, quid ait nisi 'uiuere mihi uidebar'? et quod adiunxit: adueniente autem mandato peccatum reuixit, quid est aliud quam 'eminuit et apparuit'? nec tamen ait 'uixit', sed 'reuixit'. uixerat enim aliquando in paradiso, quando contra datum praeceptum satis apparebat admissum; cum autem a nascentibus trahitur, tamquam mortuum sit, latet, donec repugnans iustitiae malum eius prohibitione sentiatur, cum aliud iubetur atque adprobatur, aliud delectat atque dominatur; tunc peccatum quodammodo in

8 Rom. 7, 13 11 Rom. 7, 7 13 Rom. 3, 20 15 Rom. 7, 8 18. 20 Rom. 7, 9

3 quae *EF* 5 gratia ipsius *ODEFGLbd* 6 eredes *Om1* 10 conguit *D* (u *s.* g) dixit *om.F* 14 cognitia *Ga.c.La.c.* hic *ex* mihi *Om2* 15 ut—peccatum *om.V* 16 mortuū * (s *eras.*) *O* 17 in. *om.Om1* 18 quod *om.D* 19 quid] quod *L* nisi] quin *F* mihi uiuere *D* uiuere *O* (e *fin. m2 add.*) uiuere**L* 20 uidebatur (*in mg.* uidebar) *EF* autem *om.GL* 21 reuixit peccatum *GL* aliud *om.B* ut quam *GL* 22 emicuit *CEF* ait *om.GL* 24 amissum *EF* quum *Hm1* a *s.l.Om2*,*om.GL* 25 sit latet *om.Om1* iustitia *G* 26 prohibitione**DG* prohibitionem *L* probatur *GL* 27 quodadmodo *L*

notitia nati hominis reuiuescit, quod in notitia primum facti hominis aliquando iam uixerat.

X. 17. Sed quod sequitur non ita expeditum est, quomodo de Paulo possit intellegi. scimus enim, inquit, quia lex spiritalis est; ego autem carnalis sum. non ait 'fui', sed 'sum'. numquid ergo apostolus, cum haec scriberet, carnalis fuit? an secundum corpus hoc dicit? adhuc enim erat in corpore mortis huius nondum facto, quod alibi dicit: seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. tunc enim ex toto se, id est ex utraque parte, qua constat, spiritalis homo erit, quando spiritale etiam corpus erit. neque enim absurdum est, ut sit in illa uita etiam caro spiritalis, si potuit esse in hac uita in his, qui adhuc carnalia sapiunt, etiam spiritus ipse carnalis. sic ergo ideo dixit: ego autem carnalis sum, quia nondum spiritale corpus habebat apostolus, sicut posset dicere: 'ego autem mortalis sum'; quod utique non nisi secundum corpus intellegeretur dixisse, quod nondum fuerat inmortalitate uestitum. item quod adiunxit: uenundatus sub peccato, ne quisquam eum nondum redemptum Christi sanguine existimet, etiam hoc secundum illud potest intellegi, quod ait: et nos primitias habentes spiritus et ipsi in nobismet ipsis ingemescimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. si enim secundum hoc se dicit uenundatum sub peccato, quod adhuc non est redemptum a corruptione corpus eius, uel uenundatum aliquando in prima transgressione praecepti, ut haberet corpus corruptibile quod adgrauat animam, quid prohibet hic apostolum intellegi de se ipso dicere, quod ita dicit, ut etiam in ipso

4 Rom. 7, 14 7 cf. Rom. 7, 24 8 I Cor. 15, 44 13 cf. Rom. 8, 5 14. 17 Rom. 7, 14 20 Rom. 8, 23 26 cf. Sap. 9, 15

1 notitiam *bis GL* primi *GLb* 3 *uoce* de *fin. fragm. Aurel.* 4 posset *GL* quoniam *GL* 5 non—sum *om. V* fuit *C* 6 nunquid *O* 7 hoc dicit *om. EF* 9 surget *CDGbd* se *om. OB* 10 utro *La.c.* 11 etiam spiritale *V* etiam *om. D* in *om. Om1* 12 si *om. Om1* esse *exp. D* 13 ipse] ee *D* 14 *post* autem *exp.* sum sum *D* 15 posse discere *C* 18 eum] enim *C*, *in mg.* ał eum *EF* 19 hoc *om. EF* 20 et *om. Om1* spiritus habentes *D* 21 metipsis *s. l. L* adobtionem *Om1* 23 nri *s. ras. Om2* enim] autem *V* dicit se *B* 24 redemtum *O* 26 proibet *O* 27 apostolus *V* intellegi *om. GL* dic*it *B*

possit intellegi, etiamsi in sua persona non se solum, sed omnes accipi uelit, qui se nouerunt spiritali dilectione cum carnis affectione sine consensione confligere?

18. An forte metuimus ea quae sequuntur: q u o d e n i m o p e r o r, i g n o r o; n o n e n i m q u o d u o l o, h o c a g o, s e d q u o d o d i, i l l u d f a c i o, ne forte ex his uerbis quispiam consentire carnis concupiscentiae ad opera mala sanctum apostolum suspicetur? sed considerandum est quod adiungit: s i a u t e m q u o d n o l o h o c f a c i o, c o n s e n t i o l e g i q u o n i a m b o n a. magis enim se dicit legi consentire quam carnis concupiscentiae — hanc enim peccati nomine appellat —; facere ergo se dixit et operari non affectu consentiendi et inplendi, sed ipso motu concupiscendi. 'hinc ergo', inquit, 'c o n s e n t i o l e g i q u o n i a m b o n a e s t: consentio, quia nolo quod non uult'. deinde dicit: n u n c a u t e m i a m n o n e g o o p e r o r i l l u d, s e d i d q u o d h a b i t a t i n m e p e c c a t u m. quid est 'nunc autem' nisi 'iam nunc sub gratia, quae liberauit delectationem uoluntatis a consensione cupiditatis'? non enim melius intellegitur: n o n e g o o p e r o r, nisi quia non consentit exhibere membra sua arma iniquitatis peccato. nam si et concupiscit et consentit et agit, quomodo non ipse illud operatur, etiamsi se operari doleat et uinci grauiter ingemescat?

19. Iam illud quod sequitur nonne unde loquatur apertissime ostendit? s c i o e n i m q u i a n o n h a b i t a t i n m e, h o c e s t i n c a r n e m e a, b o n u m. si enim non exponeret adiungendo: h o c e s t i n c a r n e m e a, aliter fortasse acciperetur quod dixit: i n m e. ac per hoc uersat hoc idem repetens et inculans: u e l l e

4 Rom. 7, 15 8 Rom. 7, 16 14 Rom. 7, 17 19 cf. Rom. 6, 13 24. 27 Rom. 7, 18

1 possint *GLp.c.* posset *b* possunt *La.c.* etiamsi *L* (si *s.l.*) 2 uellit (*sic semper*) *V* delectatione *CEFbd* 3 confligeret *V* 4 secuntur *D* 6 odii *G* quisquam *GL* 7 scm̄ suspicetur apostolum *D* suspicetur apostolum *bd* 8 est *om. EF* 9 quoniam] quia *OBV* bona est *BDEFbd* 10 enim *om.C* 12 affecto *V* affectum *L* mutu *Om1* 16 in me habitat *OBCGL* 17 uoluptatis *G* consensionem *L* 19 non *om.Om1* consentit et agit *B* 20 si et] etsi *Db* ait *C* 21 se *om.C* sese *EF* opera**ri *O* uincit *C* 23 quo *C* opertissime *Ga.c.La.c.* 24 habitet *Om1* 25 exponerem *a.c.GetL* 27 ac] hac *CV*

enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. hoc est enim perficere bonum, ut nec concupiscat homo; imperfectum est autem bonum, quando concupiscit, etiam si concupiscentiae non consentit ad malum. non enim quod uolo facio bonum, inquit, sed quod nolo malum, hoc ago. si autem quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. id repetiuit inculcans et tamquam tardissimos de somno excitans: inuenio ergo legem, inquit, mihi uolenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. illa ergo bonum est uolenti facere, adiacet autem malum ex concupiscentia, cui non consentit qui dicit: iam non ego operor illud.

20. Apertius autem quod sequitur utrumque declarat: condelector enim legi dei secundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. sed quod dixit ‘captiuantem me‘, potest mouere, si nulla consensio est. unde propter ista tria, duo scilicet, de quibus iam disputauimus, quod ait: ego autem carnalis sum, et: uenundatus sub peccato, et hoc tertium: captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis, potest uideri apostolus eum describere, qui sub lege adhuc uiuit, nondum sub gratia. sed sicut illa duo exposuimus propter carnem adhuc corruptibilem dicta, sic et hoc potest intellegi, ut ‘captiuantem me‘ dixerit ‘carne‘, non mente, ‘motione‘, non consensi-

4 Rom. 7, 19. 20 9 Rom. 7, 21 13 Rom. 7, 22. 23 20 Rom. 7, 14 25 Rom. 7, 23

1 bonum *om.V* non] *add.* inuenio *GL* 2 ne *OGL* n̄ *B* 4 amalum *C* (l *ex* r) 6 nolo ego *ex* lolo *Om1* 7 hoc operor illud *EF* hatet *Om1* 8 repetiit *B* tardissimus *V* de] a *B* excitant *La.c.* 9 uolentem mihi *Ga.c.L* 10 illo *Ga.c.L* 11 est *om.O* uolentis *L* 16 captiuantinantem *C* 17 in *om.CEF* peccatis *V* menbris *O* 18 dixi *Ga.c.L* me *om.OB* monere *b* 19 est consensio *B* consessio *D* (sen *s.l.m1*) tria ista *DEFbd* *post* ista *exp.* ista *D* duo∗*G* duos *L* et *post* scilicet *exp.* *B* de] et *C* 22 in *om.OBC* legi *O* quod *GL* 23 scribere *Om1* 24 sicut *om.Om1* duo *s. ras. Om2* 25 corruptiuilem *Om1* si *La.c.* in hoc *CEF* ut] quod *s.l.Om1G, om.L* captiuante *Om1* 26 me *om.VCEFGL* carnem *VGL* mentis *OGL* motione *in mg. B* motione∗*G* motionem *L*

one et ideo ‘captiuantem me‘, quia et in ipsa carne non est aliena natura, sed nostra. sicut ergo exposuit ipse quid dixerit: s c i o e n i m q u i a n o n h a b i t a t i n m e, h o c e s t i n c a r n e m e a, b o n u m, sic etiam ex illius expositione hunc locum debemus accipere, tamquam dixerit: c a p t i u a n t e m m e — hoc est ‘carnem meam‘ — l e g e p e c c a t i, q u a e e s t i n m e m b r i s m e i s.

21. Deinde subiungit propter quod dicta sunt omnia: m i s e r e g o h o m o! q u i s m e l i b e r a b i t d e c o r p o r e m o r t i s h u i u s? g r a t i a d e i p e r I e s u m C h r i s t u m d o m i n u m n o s t r u m, atque inde concludit: i g i t u r i p s e e g o m e n t e s e r u i o l e g i d e i, c a r n e a u t e m l e g i p e c c a t i, carne scilicet legi peccati concupiscendo, mente autem legi dei eidem concupiscentiae non consentiendo. n u l l a e r g o c o n d e m n a t i o e s t n u n c h i s, q u i s u n t i n C h r i s t o I e s u. non enim damnatur, nisi qui concupiscentiae carnis consentit ad malum. l e x e n i m s p i r i t u s u i t a e i n C h r i s t o I e s u l i b e r a u i t t e a l e g e p e c c a t i e t m o r t i s, ne scilicet consensionem tuam concupiscentia sibi uindicet carnis. et ea quae sequuntur eundem sensum magis magisque demonstrant; sed adhibendus est modus.

22. Visum autem aliquando etiam mihi fuerat ‘hominem sub lege‘ isto apostoli sermone describi. sed uim mihi postea ista uerba fecerunt, quod ait: n u n c a u t e m i a m n o n e g o o p e r o r i l l u d.

3 Rom. 7, 18 5 Rom. 7, 23 7. 10 Rom. 7, 24. 25 13 Rom. 8, 1 16 Rom. 8, 2 21 cf. Exp. quar. propos. ex epist. ad Rom. (XXXV 2071 M). Expos. epist. ad Gal. (XXXV 2139 M) et Quaest. Simpliciani lib. I quaest. I 7. 9 (XL 105. 106 M). De gratia Christi 39, 43 (CSEL XLII 157). Retract. I c. 23 et II c. 1 (CSEL XXXVI 113. 131). Contra Iul. Pel. VI 23, 70 (XLIV 865 M) 23 Rom. 7, 17

1 captiuante *B* 2 alia *GL* qui *Om1C* quod *s.l.Gm1, om.L* 4 sic et iam *OB* sicut iam *D* sic iam *CEFVbd* si*iam *G* (c *s.l.*) sciam *L* inpositione *Ga.c.* inpositionem *L* 6 meam *om.V* in lege *Dbd* 7 subiunxit *O* dicta sunt] dixerat *GL* omnia *om.G* 8 ergo *C* liberauit *Om1EVGa.c.L* de] a *EF* 11 *alt.* legi (i *ex* e) *O* lege *a.c.GL* 12 legi (i *ex* e) *O* lege *a.c.GL* n̄o n̄ concupiscendo *G* non conc. *L* m̄te *s. exp.* addente *D* lege *L* 13 idem *Om1* eidem *G* (ei *in ras.*) et idem *L* sentiendo *Om1* condamnatio *C* 15 dominatur *GL* 17 liuerauit *Om1* liberabit *BF* te *s. ras. Om2* me *GL* 18 concupiscentiam *V* uindice*t *O* secuntur *BCDL* 19 adibendus (i *s.l.*) *O* 21 autem *om. Om1* 22 uim *m2 s. exp.* in *O* fecerunt postea ista uerba *DEFbd*

ad hoc enim pertinet quod ait et postea: n u l l a e r g o c o n d e-
m n a t i o e s t n u n c h i s, q u i s u n t i n C h r i s t o I e s u, et
quia non uideo quomodo diceret homo sub lege: c o n d e l e c t o r
l e g i d e i s e c u n d u m i n t e r i o r e m h o m i n e m, cum ipsa
delectatio boni,qua etiam non consentit ad malum non timore poenae,
sed amore iustitiae — hoc est enim condelectari — non nisi gratiae
deputanda sit.

XI. 23. Nam et illud ubi ait: q u i s m e l i b e r a b i t d e c o r-
p o r e m o r t i s h u i u s? quis neget apostolum, cum haec diceret,
adhuc fuisse in corpore mortis huius? a quo utique impii non
liberantur, quibus eadem corpora ad tormenta aeterna redduntur.
liberari ergo est a corpore mortis huius omni sanato languore con-
cupiscentiae carnis non ad poenam corpus recipere, sed ad gloriam.
huic loco et illud satis consonat: e t i a m e t n o s i p s i p r i m i-
t i a s h a b e n t e s s p i r i t u s e t i p s i i n n o b i s m e t i p s i s
i n g e m e s c i m u s a d o p t i o n e m e x p e c t a n t e s, r e-
d e m p t i o n e m c o r p o r i s n o s t r i. nimirum enim gemitu
isto ingemescimus, in quo dicimus: m i s e r e g o h o m o! q u i s
m e l i b e r a b i t d e c o r p o r e m o r t i s h u i u s? illud etiam
ubi ait: q u o d e n i m o p e r o r, i g n o r o, quid est aliud quam
'nolo', 'non adprobo', 'non consentio', 'non facio'? alioquin contrarium
est his, quae superius dixit: p e r l e g e m c o g n i t i o p e c c a t i,
et: p e c c a t u m n o n c o g n o u i n i s i p e r l e g e m, et: p e c-
c a t u m, u t a p p a r e a t p e c c a t u m, p e r b o n u m m i h i
o p e r a t u m e s t m o r t e m. quomodo enim peccatum per legem
cognouit, quod ignorat? quomodo apparet peccatum, quod ignora-

1 Rom. 8, 1 3 Rom. 7, 22 8 Rom. 7, 24 12 cf. Prosperi Aquit. sent. ex Aug. del. 313 (LI 475 M) 14 Rom. 8, 23 18 Rom. 7, 24 20 Rom. 7, 15 22 Rom. 3, 20 23 Rom. 7, 7. 13

1 quod] illud quod *Dbd* et *om.GL* 2 nunc *om.Om1* qui sunt sunt in $\overline{\text{xpo}}$ *D* 5 dilectio *Om1* quae *OL* consentis *Om1* consensit *Gm1* 6 gratia *L* 8 illud *om.DEFd* liberauit *OCVGa.c.L* 9 qui *La.c.* necet *Om1* negat *D* haec *s.l.L* 10 a quo—huius *in mg.B* 11 reddantur *Om1* 12 ergo *om. Prosper* omnis anatu *Om1* 14 *alt.* et *om.Dm2EFGbd* 16. 18 ingemiscimus *B* adoptiones *L* redemtionem *G* 17 gemitu*L* 19 liberauit *Om1CVGm1L* 20 ubi] in quo *GL* ait] dicit *V* quod *O* (o *s.l.m2*) 21 non consentio non adprobo *OB* non facio *om.EF* 22 dixi *O* legem] *add.* enim *Db* 25 quomo *Dm1* 26 appareat *GL*

tur? sic ergo dictum est 'ignoro' 'non facio', quia nulla consensione id ego ipse committo, quomodo dicturus est dominus impiis: n o n n o u i u o s, quem procul dubio latere nihil potest, et sicut dictum est: e u m q u i n o n n o u e r a t p e c c a t u m, quod est 'non fecerat'; neque enim non nouerat quod arguebat.

24. His atque huiusmodi in ista scripturae apostolicae circumstantia diligenter consideratis recte intellegitur apostolus non quidem se solum in sua persona, uerum alios etiam sub gratia constitutos significasse, sed secum nondum in illa constitutos pace perfecta, in qua absorbebitur mors in uictoriam. de qua post dicit: s i a u t e m C h r i s t u s i n u o b i s, c o r p u s q u i d e m m o r t u u m e s t p r o p t e r p e c c a t u m, s p i r i t u s a u t e m u i t a e s t p r o p t e r i u s t i t i a m. s i e r g o s p i r i t u s e i u s, q u i s u s c i t a u i t I e s u m e x m o r t u i s, h a b i t a t i n u o b i s, q u i s u s c i t a u i t C h r i s t u m I e s u m a m o r t u i s u i u i f i c a b i t e t m o r t a l i a c o r p o r a u e s t r a p e r h a b i t a n t e m s p i r i t u m e i u s i n u o b i s. uiuificatis igitur mortalibus corporibus nostris non solum ad peccandum consensio nulla erit, sed nec ipsa cui non consentiatur carnis concupiscentia remanebit. quam spiritui resistentem non habere in carne mortali ille tantum homo potuit, qui non per ipsam ad homines uenit. et ideo *apostolos*, quia homines erant et corpus, quod corrumpitur et adgrauat animam, in huius uitae mortalitate portabant, absit ut dicamus, sicut iste calumniatur, *semper inmoderata libidine fuisse pollutos*, sed dicimus a consensione prauarum libidinum liberos, de concupiscentia

3 Matth. 7, 23 4 II Cor. 5, 21 10 cf. I Cor. 15, 54 Rom. 8, 10. 11 21. 24 Iulianus; cf. 433, 4 22 cf. Sap. 9, 15

1 si enim *GL* dictum *in mg.Gm1* consessione *Dm1* 2 est] sit *GL* deus *BCEFV* 5 fecerat *ex* nouerat *Om2* 6 istam *GL* circonstantia *B* circumstantiam *GL* 7 considerat *L* apostolos *Ga.c.L* 8 in *om.O* 9 secum] ſecundum *G* secundum *L* nundum *B* 10 absorbitur *V* in] a *L* victoria *OBGL* post] apostolus *GL* 11 nobis *GL* 12 uitā *C* 13 si*O* 15 ihm xpm *OB* Iesum *om.GL* a] ex *GL*, *om.b* uiuificauit *Om1VGm1L* uiuificabit uos *F* 16 et *om.GL* per *ex* propter *O* inhabitantem *DGbd* 19 non *om.Db* quam *O* (ua *s.l.m2*) 20 mortali*G* mortalia *L* tantummodo *Vbd* 21 apostolus *OV* 22 *alt.* et *om. OCL* 23 hius *L* mortalitatem *L* istae *Om1* 24 calumniator *Ga.c.L* didicimus *Ga.c.L* 25 consensione*L* prabarum *Om1*

tamen carnis, quam moderando frenabant, tanta humilitate et pietate gemuisse, ut optarent eam non habere potius quam domare.

XII. 25. Proinde iste quod addidit dicere nos ‘Christum et a peccatis liberum non fuisse, sed carnis necessitate mentitum et aliis maculatum fuisse delictis‘, uiderit a quibus audierit uel in quorum litteris legerit; quod quidem fortasse non intellexit et in sensus calumniosos malitia fallente conuertit.

XIII. 26. *Dicunt etiam*, inquit, *baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorum nec auferre crimina, sed rarare, ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur.* quis hoc aduersus Pelagianos nisi infidelis adfirmet? dicimus ergo baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum et auferre crimina, non rarare nec *ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur quasi rasorum in capite capillorum, unde crescant iterum, resecanda peccata.* nam et istam similitudinem comperi suae illos adhibere calumniae, tamquam hoc nos sentiamus atque dicamus.

27. Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo uel fallere, cum qua necesse est ut etiam baptizatus — et hoc si diligentissime proficit et spiritu dei agitur — pia mente confligat. sed haec etiamsi uocatur peccatum, non utique quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic uocatur, sicut scriptura manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit. peccata autem sunt, quae secundum carnis concupiscentiam uel ignorantiam inlicite fiunt, dicuntur, cogitantur; quae transacta etiam reos tenent, si non remittantur. et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, ut, quamuis tracta sit a nascentibus, nihil noceat renascentibus. ex quibus tamen, si filios

3. 8 Iulianus 13 Iulianus 19 cf. Rom. 8, 14

1 frenebant *O* et *om. O* 2 potius *om. GL* quomodomare *L* *domare *G* 3 nos dicere *EFVbd* 4 sed] de *B* alias *Ga.c.L* 5 dilectis *Om1* 7 calumniosus *V* fellente *Om1* 8 baptisma**O* (a *fin. ex* u *m2*) omnem *om. GL* indulgentia *L* 9 omnium peccatorum *GL* aufferre *O* offerre *C* rare *Ga.c.L* radere *BDEFbd* 11 ergo] enim *V* indulgentiam omnium *G* indulgentia omnium *L* 12 non—ut *om. EF* rare *Ga.c.L* radere *BDEFbd* 15 comperi**O* 16 calumnia *L* 18 et] ex *G* 21 factū *Om1* 22 peccata autem *sqq. praebentur fol. 134b et sqq. V; cf. Praef.* carnis *bis pon. D* 23 innorantiam *B* ignorantia *L* cogitanturque *L* 24 reos tenent etiam *B* 25 ut *post* nascentibus *praeb. B* quamquiam *D* trac**ta *O* sit *om. V* a *om. Om1* a nascentibus *bis pon. D* 26 nihil noceat renascentibus *om. GL* filios si *OB*

carnaliter gignunt, rursus trahitur rursusque est nocitura nascentibus, nisi eadem forma renascentibus remittatur et insit nihil obfutura uitae futurae, quoniam reatus eius generatione tractus regeneratione dimissus est, et ideo iam non sit peccatum, sed hoc uocetur, siue quod peccato facta sit siue quod peccandi delectatione moueatur, etsi ei uincente delectatione iustitiae non consentiatur. nec propter ipsam, cuius iam reatus lauacro regenerationis absumptus est, dicunt in oratione baptizati: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a, s i c u t e t n o s d i m i t t i m u s d e b i t o r i b u s n o s t r i s, sed propter peccata, quae fiunt, siue in eius consensionibus, cum ab eo quodlibet uincitur quod placet, siue cum per ignorantiam malum quasi bonum placet. fiunt autem siue operando siue loquendo siue, quod facillimum atque celerrimum est, cogitando. a quibus omnibus quis etiam fidelium gloriabitur castum se habere cor aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? illud sane, quod in oratione sequitur, propter ipsam dicitur: n e n o s i n f e r a s i n t e m p t a t i o n e m, s e d l i b e r a n o s a m a l o. u n u s q u i s q u e enim, sicut scriptum est, t e m p t a t u r a c o n c u p i s c e n t i a s u a a b s t r a c t u s e t i n l e c t u s; d e i n c o n c u p i s c e n t i a c u m c o n c e p e r i t, p a r i t p e c c a t u m.

XIV. 28. Ili omnes concupiscentiae partus et ipsius concupiscentiae reatus antiquus baptismatis ablutione dimissi sunt; et quidquid nunc parit ista concupiscentia, si non sint illi partus, qui non

7 cf. Tit. 3, 5 8 Matth. 6, 12 14 cf. Prou. 20, 9 16 Matth. 6, 13 17 Iac. 1, 14. 15

1 ginnunt *B* gignunt**G* trahitur *G* (a *s.* i) ruriusque *La.c.* est *om. Om1* et *D* sit *s. exp.* est *G* nocet *D* 2 nisi—renascentibus *om. C* eādem *B* offutura *CD* 3 futurae *om. Om1* trac**tus *O* 4 dimissus *O* (mis *s. ras. m2*) non sit *s. l. Om1* hoc *om. D* 5 peccato *O* (o *ex* a *m2*) peccandi *O* (i *s. ras. m2*) moueatur—delectatione *om. F* 7 adsumptus *O* assumtus *BEFL* absumtus *G* 9 *post* sic *eras.* sic *D* 10 siue in] siuę (2—3 *litt. eras.*) *G* 11 quǫdlibet (i *s.* ǫd) *D*, *om. V* cum] quod *LG* per *om. V* 12 operando siue loquendo] per uoluntatem malam *GL* 13 celeberrimum *OGL*, *cf. p. 266, 24* 14 *post* omnibus *exp.* quod ait *G* omnibus quod ait *L* etiam fidelium *om. GL* castum—gloriabitur *om. V* 15 illud] id *GL* sine *Om1* 17 temptatione *V* 19 qua abstractus *E* abstr.—conc. *in mg. L* deinde *CGbd* 20 paret *V* 21 hii *Om1D* 22 antiqus *Om1* anticus *C* antiqui *D* antiqui* (n *s. l.*) *G* antiquus qui *b* ab**lutione *G* absolutione *L* dimissi*L* quicquid (c *ex* d) *O* 23 parit nunc *EFbd* nunc *om. D* sint *om. V*

solum peccata, uerum etiam crimina nuncupantur, pacto illo cotidianae orationis, ubi dicimus: d i m i t t e s i c u t d i m i t t i m u s, et elemosynarum sinceritate mundantur. neque enim quisque sic desipit, ut dicat ad baptizatos dominicum illud non pertinere praeceptum: d i m i t t i t e e t d i m i t t e t u r u o b i s; d a t e e t d a b i t u r u o b i s. nullus autem in ecclesia recte posset ordinari minister, si dixisset apostolus: 'si quis sine peccato', ubi ait: s i q u i s s i n e c r i m i n e e s t, aut si dixisset: 'nullum peccatum habentes', ubi ait: n u l l u m c r i m e n h a b e n t e s. multi quippe baptizati fideles sunt sine crimine; sine peccato autem in hac uita neminem dixerim, quantalibet Pelagiani, quia haec dicimus, aduersus nos inflentur et disrumpantur insania, non quia peccati aliquid remanet, quod in baptismate non remittatur, sed quia nobis in huius uitae infirmitate manentibus cotidie fieri non quiescunt, quae fideliter orantibus et misericorditer operantibus cotidie remittantur. haec est fidei catholicae sanitas, quam sanctus ubique seminat spiritus, non prauitatis hereticae uanitas et praesumptio spiritus.

XV. 29. Iam de cetero itaque uideamus, quemadmodum, posteaquam nobis calumniose putauit obicienda quae credimus et fingenda quae non credimus, suam ipse uel Pelagianorum fidem profiteatur. *contra haec*, inquit, *nos cotidie disputamus et ideo nolumus praeuaricatoribus adhibere consensum, quia nos dicimus liberum arbitrium in omnibus esse naturaliter nec Adae peccato perire potuisse,*

2 Matth. 6, 12 5 Luc. 6, 37. 38 7 Tit. 1, 6 9 I Tim. 3, 10
21 Iulianus

1 solum—uerum] pecca | uerum *G* peccauerunt *L* crimina *om. C* peccato *Ga.c.L* cotidianę *O* (ę *s.l.m2*) 2 orationis *G* (s *in ras.*) dimitte nobis *D* dim. nobis deb. nostra *EFGbd* sicut et *Lb* sicut et nos dimittimus *D* 3 elimosinarum *OGL* elemosinarum *B* helemosinarum *CD* quisquam *bd* si *V* 4 decipit *B* 6 possit *OCE* 7 sine peccato est *BG* ait *om. V* 9 ait *V* (i *ex* u) 11 dixerit *V* aduersum *BCDEFbd* nos *om. L* 12 inflantur *GL* dirumpantur *BDGa.c.L* dirrumpantur *C* non *om. GL* aliquid peccati *EFb* remaneat *GL* 13 *post* in *uocabulum eras. V* dimittatur *L* a nobis *BEFd* in nobis *Db* hus *Gm1* 14 infirmate infirmitate *G a. c. L a. c.* co*tidie *G* cottidie *V* 15 et misericorditer operantibus *om. GL* misericorditer *om. D* co*tidie *G* cottidie *V* 16 fides *La.c.* 17 haeretice *V* 18 itaque de cetero *DEFGbd* quemammodum *G* 19 putant *F* credimus—quae *om. GL* 20 si iam *ex* suam *B* 21 haec] nec *B* inquit] quidem *V*, *om. B* uolumus *B* 23 naturaturaliter *D* addę *D*

quod omnium scripturarum auctoritate firmatur. haec si quemadmodum oportet non contra dei gratiam diceretis, non consensum praeuaricatoribus adhiberetis, sed uestrum sensum corrigeretis. hinc autem quantum potuimus et quantum sufficere uisum est superius disputauimus.

30. *Dicimus*, inquit, *has, quae nunc aguntur in orbe terrarum, a deo nuptias institutas nec reos esse coniuges, sed fornicatores et adulteros condemnandos.* hoc uerum est et catholicum; sed quod uos hinc uultis efficere, ut de commixtione masculi et feminae nihil peccati nascentes trahant, quod lauacro regenerationis expietur, hoc falsum est et hereticum.

31. *Motum*, inquit, *genitalium, id est ipsam uirilitatem, sine qua non potest esse commixtio, a deo dicimus institutam.* ad hoc respondemus motum genitalium et, ut uerbo eius utar, uirilitatem, sine qua non potest esse commixtio, deus sic instituit, ut nihil haberet pudendum. non enim fas fuit ut eius erubesceret creatura de sui opere creatoris; sed inoboedientia membrorum supplicio iusto primis hominibus inoboedientibus reddita est, de qua erubuerunt, quando foliis ficulneis pudenda texerunt, quae prius pudenda non fuerunt.

XVI. 32. Neque enim sibi tunicas, ut totum corpus tegerent post peccatum, sed succinctoria consuerunt, quae nonnulli interpretes nostri minus diligenter ‘tegmina‘ interpretati sunt. quod quidem uerum est; sed generale nomen est tegmen, quo indumentum et operimentum omne possit intellegi. et ideo debuit ambiguitas euitari, ut quemadmodum graecus *περιζώματα* posuit, quibus non

6 Iulianus 10 cf. Tit. 3, 5 12 Iulianus 19. 22 cf. Gen. 3, 7

1 scripturarum omnium *DEFbd* quidem admodum *O* quemammodum *CG* 2 *alt.* non] nec *GLb* concessam *C* 4 in quantum *EF* 6 dicamus *GL* agantur *Ga.c.L* 7 ado *V* constitutas *VGL* reos *O* (o *ex* u) coniungis *Om1* 8 uerum est catholicum *OV* uerum et cath. est *DEFbd* 9 efficer *V* ut *post* feminae *pon. GL, om.b* 11 est] h∗oc *G* haec *L* 13 ipsa commixtio *V* a—institutam *om.DGL* 14 motum genitalium *om.DGL* genialium *O* uirilitate *GL* 17 operi ∗ *Om1* menbrorum *B* 18 erubuerint *Ga.c.L* 21 tonicas *G* (u *s.* o), *L* 22 succintoria *C* subcinctoria *DG* 23 diligentes *DGbd* 24 quod *Om2BDL* 25 et operimentum *om.D* posset *GL* 26 ∗ euitari *O* quemammodum *G* perizomata *OBEFV* *περιζώματα* *C* periziomata *G a.c. L* perizȧmata *D* (per *in ras.*, o. *s* ȧ) in quibus *GL*

teguntur nisi pudendae corporis partes, sic et latinus aut ipsum graecum poneret, quia et ipso iam consuetudo utitur pro latino, uel sicut quidam ‘succinctoria‘ uel sicut alii melius ‘campestria‘ nominarunt. ex illo quippe hoc nomen est, quod pudenda iuuenes tegebant antiquo more romano, quando nudi exercebantur in campo; unde campestrati appellantur hodieque qui eadem membra cingendo cooperiunt. quamquam si ea, quibus peccatum est, tegenda fuerant post peccatum, ne tunicis quidem indui debuerunt, sed manum et os tegere, quia sumendo et uescendo peccauerunt. quid sibi ergo uult, quod accepto prohibito cibo, cum fuisset praecepti facta transgressio, in illa membra aspectus intenditur? quae ibi nouitas ignota sentitur et se compellit aduerti? quod apertione significatur oculorum. neque enim eis, uel quando ille nomina pecoribus et uolucribus inponebat uel quando illa pulchrum lignum uidit et bonum, oculi non patebant, sed aperti, hoc est intenti ad intuendum, facti sunt; sicut scriptum est de Agar ancilla Sarrae, quod aperuit oculos suos et uidit puteum, quos clausos utique non habebat. ut ergo nuditatis suae, quam cotidie profecto intuebantur nec confundebantur, eos subito sic puderet, ut membra illa iam ferre nuda non possent, sed statim operire curarent, nonne et ille in motu aperto et illa in occulto contra suae uoluntatis arbitrium inoboedientia illa membra senserunt, quibus utique nutu uoluntario sicut ceteris dominari debuerunt? quod merito passi

3 cf. De ciu. dei XIV c. 17 13 cf. Gen. 3, 7 14 cf. Gen. 2, 20 cf. Gen. 3, 6. 7 16 cf. Gen. 21, 19

1 pudende *O* (e *fin. ex* a),*GL* *sic *L* (c *s.l.*) aut] ut *OEF* id *B* 2 *ante* ipso *exp.* in *D* 3 subcinc̣inctoria *D* subcinctoria *G* sic *E* aliiṣ *D* nominarent *GL* 5 regebant *BL* antico *V* antiquo*O* 6 campestria *OBGL* appellatur *G* appellabatur *L* odie quae *O* odieque *V* qui] quae *B* qui eadem] quidē *O* 7 gingendo *G* gignendo *L* 8 fuerunt *GL* non *F* tonicis *G* (u *s.* o) tonicis *L* 9 debuerant *GL* quae assumendo *EF* et *om.Cm1* 10 peccarunt *OBV* prohibit*o *G* prohibitio *L* 11 illā *V* asspectus *O* 12 *ante* ibi *exp.* si *D* innota *Bm1* compellet *Ga.c.L* aduertit *V* 13 significetur *GL* oculorum] populorum *V* 14 illę̣ *B* eis *V* quando *O* (o *s. eras. litt.*) illi *D* (i *fin. ex* e) pulchru *O* pulcrum *V* 15 aperi *L* 16 abar *s.l.Cm2* 17 sarae *B* sare *D* suos *om.O* quod *V* 18 habeba*t *O* quam *O* (a *s. ras.m2*) 19 ut] et *GL* 20 ferte nuda *V* nuda ferre *EFbd* *ante* nuda *eras.* nuda *O* sed] et *OB* 21 illa *bis praeb. D* 22 illa *om.O* itaque *EF*

sunt, quia et ipsi oboedientes suo domino non fuerunt. erubuerunt ergo ita se creatori suo non exhibuisse seruitium, ut in eis membris, ex quibus essent filii procreandi, mererentur amittere dominatum.

33. Hoc pudoris genus, haec erubescendi necessitas certe cum omni homine nascitur et ipsis quodammodo naturae legibus imperatur, ut in hac re uerecundentur etiam ipsa pudica coniugia nec quisquam tam male turpiterque proficiat, ut, quia cognouit deum esse conditorem naturae auctoremque nuptiarum, ideo etiam miscendus uxori, si quis eum uideat, non de his motibus erubescat quaeratque secretum, ubi non solum alienorum, uerum etiam suorum omnium possit uitare conspectum. itaque sua culpa sibi accidens malum natura humana permittatur agnoscere, ne cogatur aut, quod est inpudentissimum, de his suis motibus non erubescere aut, quod est ingratissimum, de sui creatoris operibus erubescere. quo tamen malo propter bonum generationis filiorum bene utuntur pudica coniugia; solius autem carnalis uoluptatis causa libidini consentire peccatum est, quamuis coniugatis secundum ueniam concedatur.

XVII. 34. Sed constituite, Pelagiani, seruata honestate ac fecunditate nuptiarum, si nemo peccasset, qualem uelitis in paradiso uitam illorum hominum cogitare et unum de his quattuor rebus eligite. procul dubio enim aut quotienscumque libuisset, totiens concubuissent; aut frenarent libidinem, quando concubitus necessarius non fuisset; aut tunc ad nutum uoluntatis libido consurgeret, quando esse concubitum necessarium casta prudentia praesensisset; aut nulla ibi omnino existente libidine ut cetera

17 cf. I Cor. 7, 6

1 et *s. l. B, om. D* 2 creatori] sareatori *V* 3 ammittere *V* accipere *Db* 5 ipsi *C* quodam (uo *in ras.*, dam *s.l.m2*) *O* quodā**G* quodadmodum *L* modo (o *fin. ex* u) *G* ·natorae *V* legalibus *B* imperantur *OB* 6 hoc *b* re *om. DGL* uerecundentur (e *fin. ex* i) *O* ne *V* 7 mala *Om1* proficiat *om. GL* aut qui agnouit *GL* 8 esse *om. D* 9 uxoris *C* eum] enim *B* moribus *B* 11 *ante* conspectum *eras.* cons *D* sibi *s.l. Om1, om. D* accedens *V* *post* accidens *eras.* sibi *O* 12 permittitur *EF* 13 suis *om. OB* aut—erubescere *in mg. B* 14 suis *Cm1* quo**G* quod *L* 16 solius (i *s.l.*) *G* solus *L* uoluntatis *Bm1* 19 seruata *om. Dm1* ac *om. V* 20 ueletis *G* uelletis *L* 22 elegite *V, a.c GL* quotiescumque *OEFd* libuissent *Gm2L* toties *OEFd*; totiens concubuissent *om. GL* 23 frenassent *Dm1* 24 notum *Om1* uoluptatis *DGL* consurget *Ga.c.L* 25 esse] et *D* pudentia *b* 26 precessisset *D* praesens esset *Ga.c.L* ibi *om. D* **ut O*

membra quaeque ad opera sua sic ad opus proprium etiam genitalia iussis uolentium sine ulla difficultate seruissent. horum quattuor quod uultis eligite. sed puto, quod duo priora respuetis, ubi libidini aut seruitur aut repugnatur. namque illud primum tam praeclara honestas, hoc autem secundum tam magna felicitas non uult. absit enim, ut tantae illius beatitudinis decus aut praecedentem semper sequendo libidinem ageret turpissimam seruitutem aut ei resistendo non haberet plenissimam pacem, absit, inquam, ut carnis concupiscentiam non oportune ad generandum, sed inordinata commotione surgentem aut illi menti placeret consentiendo satiare aut illi quieti necesse esset dissentiendo cohibere.

35. Duarum uero reliquarum quamlibet elegeritis, non est aduersus uos ulla contentione laborandum. etsi enim quartam nolueritis eligere, ubi est omnium oboedientium membrorum sine ulla libidine summa tranquillitas, quoniam iam uos ei fecit uestrarum disputationum inpetus inimicos, illud uobis saltem placebit, quod tertio loco posuimus, ut illa carnalis concupiscentia, cuius motus ad postremam, quae uos multum delectat, peruenit uoluptatem, numquam in paradiso, nisi cum ad gignendum esset necessaria, ad nutum uoluntatis exsurgeret. hanc si placet uobis in paradiso collocare et per talem concupiscentiam carnis, quae nec praeueniret nec tardaret nec excederet imperium uoluntatis, uobis uidetur in illa felicitate filios potuisse generari non repugnamus. ad hoc enim, quod agimus, sufficit nobis, quia nunc talis in hominibus non est, qualem in illius felicitatis loco esse potuisse conceditis. qualis quippe

2 iussi *L* seruirent *D* 3 eligere *GL* duo *ex* puto *Om2* 4 respuțetis *D* ubi] quibus *GLb* seruitus *Ga.c.L* 5 prim *V* 7 pręcędente *C* agere *C* turpessimam *V* 8 non] nec *GL* 10 commixtione *D* iurgantem *V* surgente *GL* mente *GL* placere *CEFd* 11 satiaret *GL* ne*cesse *O* non consentiendo *GL* 12 reliquiarum *Ga.c.L* eligeritis *OCV* eligatis *GL* ẽ ** *O* 13 *uos *O* nos *B* eo *Cm1* quartum *V* quanta *GL* nolueritis—est] nulla (*cetera desunt*) *GL* uolueritis *EFb* 14 oboedientia *b* 15 iam—fecit *om.GL* uestrarumque *L* (quo *s.* que) *G* 16 inpetus] magis *GL* illi ut uobis *GL* saltī *ODGL* 17 cuius motus] cui *GL* 18 ad eam postremam *Db* ad postremam (u *s.* a) *G* uoluntatem *OGL* 19 cum *om.D* 20 uoluntatis nutum *DEFbd* exurgere *V* exurgeret *BCD* 21 per] non *GL* 22 excederet] exerceret *CE* exiret *F* uidentur *V* felicitati *in mg. B* 23 generare *Db* ** generari (re *eras.*) *L* quod *ex* non *B* 24 uobis (ał nobis) *F* qui *L* 25 quale *V* felicitatem *Ga.c.L* concedetis *V* conceditis (t *in ras.*) *L*

nunc sit, profecto omnium sensus mortalium etsi cum uerecundia confitetur, quia et castos etiam nolentes eamque temperantia castigantes inquietudine inordinata inportunaque sollicitat et plerumque sese uolentibus subtrahit, nolentibus ingerit, ut nihil aliud inoboedientia sua quam illius priscae inoboedientiae poenam se esse testetur. unde merito de illa et tunc primi homines, quando pudenda texerunt, et nunc qui se utcumque hominem esse considerat, omnis pudens inpudensque confunditur, absit ut de opere dei, sed de poena primi ueterisque peccati. uerum uos non pro religiosa ratione, sed pro animosa contentione nec pro humano pudore, sed pro uestro furore, ne uel ipsa concupiscentia carnis uitiata credatur et ex ea trahi originale peccatum, talem prorsus, qualis nunc est, in paradisum conamini disputando reuocare eamque illic esse potuisse contendere, quam uel semper sequeretur inhonesta consensio uel aliquando cohercerct miseranda dissensio. nos autem non multum curamus quid uos de illa sentire delectet. quidquid tamen hominum per illam nascitur, si non renascatur, sine dubitatione damnatur et necesse est esse sub diabolo, si non inde liberetur a Christo.

XVIII. 36. *Homines*, inquit, *dei opus esse defendimus nec ex illius potentia uel in malum uel in bonum inuitum aliquem cogi, sed propria uoluntate aut bonum facere aut malum, in bono uero opere a dei gratia semper adiuuari, in malum uero diaboli suggestionibus incitari.* ad haec respondemus homines esse opus dei, in quantum homines sunt, sed sub diabolo esse, in quantum peccatores sunt, nisi eruantur inde per eum, qui non ob aliud factus est inter deum et

19 Iulianus 25 cf. I Tim. 2, 5

1 sit] est *GL* ueracundia *O* 2 confi*tetur *O* eamqu*e *G* eamquae *L* per temperantiam *D* temperantiam *GL* 3 inportunaqu*e *GL* sollicitat**G* sollicitate *L* 4 uolentibus (n *s.* u *init.*) *G* subtrahit nolentibus *om.GL* 5 inoboedientiam suam *OG* 6 et] ex *GL* hominis *V* 7 se] iam *GL* utcumque (ut *in ras.*, cumque *s.l.m2*) *O* se esse *GL* 8 opera *Ga.c.L* sede *V* 9 pena *in mg.B* nos *B* 10 *pr.* pro *om.V* 12 extraher *Om1* tale**G* in paradyso *DGL* 13 conabimini *DEFVGLb* conabimi *C* potuisse esse *V* 14 inhonestas *D* 15 coerceret *ODEFGbd* corerceret *C* disscensio *C* 16 delectat *F* quisquis *F* 18 libere*tur *O* liberentur *V* 19 omines *B* hominē *Db* inquidi *V* 21 uere *V* a dei] de *V* a dō *G* a deo *L* 22 semper gratia *GL* iuuari *GL* in malo *V* in mala**G* sugestionibus *O* subgestionibus *C* suggessionibus *V* 23 repondemus *B* quamtum *B* 24 peccatore *D* nisi seruantur *GL*

homines mediator, nisi quia ex hominibus non potuit esse peccator. nec ex dei potentia uel in malum uel in bonum inuitum aliquem cogi, sed deo deserente pro meritis ire in malum et deo adiuuante sine meritis conuerti ad bonum. non enim est homo bonus, si nolit, sed gratia dei etiam ad hoc adiuuatur ut uelit, quoniam non inaniter scriptum est: d e u s e s t e n i m q u i o p e r a t u r i n u o b i s e t u e l l e e t o p e r a r i p r o b o n a u o l u n t a t e et: p r a e p a r a t u r u o l u n t a s a d o m i n o.

XIX. 37. Vos autem in bono opere sic putatis adiuuari hominem gratia dei, ut in excitanda eius ad ipsum bonum opus uoluntate nihil eam credatis operari. quod satis ipsa tua uerba declarant. cur enim non dixisti hominem dei gratia in bonum opus excitari, sicut dixisti: *in malum diaboli suggestionibus incitari*, sed aisti: *in bono opere a dei gratia semper adiuuari?* tamquam sua uoluntate, nulla dei gratia bonum opus adgressus in ipso iam opere diuinitus adiuuetur, pro meritis uidelicet uoluntatis bonae, ut reddatur debita gratia, non donetur indebita ac sic gratia iam non sit gratia, sed sit illud, quod Pelagius in iudicio Palestino ficto corde damnauit, 'gratiam dei secundum merita nostra dari'. dic mihi, obsecro, quid boni Paulus adhuc Saulus uolebat ac non potius magna mala, quando spirans caedem pergebat ad uastandos horrenda mentis caecitate ac furore Christianos? quibus meritis bonae uoluntatis deus illum ab his malis ad bona mirabili et repentina uocatione conuertit? quid ego dicam, quibus meritis, cum ipse clamet: n o n e x o p e r i b u s i u s t i t i a e q u a e n o s f e c i m u s, s e d s e c u n d u m s u a m m i s e r i c o r d i a m s a l u o s n o s f e c i t? quid illud, quod iam commemoraui dixisse dominum: n e m o p o t e s t u e n i r e a d

6 Phil. 2, 13 7 Prou. 8, 35 13 Iulianus 17 cf. Rom. 11, 6 19 cf. De gestis Pelagii (CSEL XLII 84, 5. 15) 20 cf. Act. 9, 1. 3. 15 24 Tit. 3, 5 27 Ioh. 6, 66

5 gratia*GL* etiam *om.GL* 6 enim est *D* (ē *s.l.*),*GL* nobis *Bm1EFL* 10 uoluntatem *Ga.c.L* 11 eum *F* credatis (a *in ras.*, i *ex* e) *O* ipse *Om1* quur (u *alt. s. l. m2*) *O* cum *GL* 12 hominem—dixisti *om. GL* in dei gratia *OB* siicut *V* 13 suggessionibus *V* aisti (ais *add. m2*) *O* adisti *C* dixisti *Db* 14 a*O* gratiam *Ga.c.L* suam uoluntatem *Ga.c.L* 15 adgressus] aduersus *L* adiuuet *La.c.* 17 si *L* 18 palestino *codd.* 19 damnari *a.c.GL* michi *BC* obsegro *V* quod *B* 20 ac *ex* at *O* annon (*om.* ac) *C* 21 inspirans *GL* caecitatem *V* 22 ac] et *GL* 23 et] ac *B* 24*ego *O* ergo *BVLa.c.* quibus] cui *L* 25 fecimus nos *D* misericordiam suam *GL* 26 illum *L* quod *om.C* 27 commemoraui***O*

m e — quod intellegitur ‘credere in me‘ —, n i s i e i d a t u m f u e r i t a p a t r e m e o? utrum iam uolenti credere pro meritis bonae uoluntatis hoc datur an potius, ut credat, ipsa uoluntas, sicut Sauli, desuper excitatur, etiam si tam sit auersus a fide, ut credentes etiam persequatur? ut quid enim nobis dominus praecipit, ut oremus pro eis qui nos persequuntur? numquid hoc oramus, ut eis pro bona eorum uoluntate gratia dei retribuatur ac non potius ut mala in bonum uoluntatis ipsa mutetur? sicut credimus tunc a sanctis, quos persequebatur, non inaniter oratum esse pro Saulo, ut ad fidem, quam uastabat, uoluntas eius conuerteretur. et illius quidem conuersio desuper facta manifesto etiam miraculo apparuit; quam multi inimici Christi cotidie subito dei occulta gratia trahuntur ad Christum! quod uerbum si non ex euangelio posuissem, quanta de me propter hoc iste dixisset, cum etiam nunc obluctetur non mihi, sed illi qui clamat: n e m o p o t e s t u e n i r e a d m e, n i s i p a t e r, q u i m i s i t m e, t r a x e r i t e u m! non enim ait ‘duxerit‘, ut illic aliquo modo intellegamus praecedere uoluntatem. quis trahitur, si iam uolebat? et tamen nemo uenit, nisi uelit. trahitur ergo miris modis, ut uelit, ab illo, qui nouit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut uolentes ex nolentibus fiant.

XX. 38. Hoc uerum esse non coniectura suspicamur humana, sed euidentissima diuinarum scripturarum auctoritate dinoscimus. legitur in Paralipomenon libris: e t q u i d e m i n I u d a f a c t a

5 cf. Matth. 5, 44 9 cf. Act. 9, 3 sqq. 15 Ioh. 6, 44 24 II Paral. 30, 12

2 bone *Om1* 3 datur] dicatur *O* credat *ex* reddat *O* sicuti *L* 4 aduersus *B* a*uersus *D* 5 praecipit (*pr.* i *ex* e) *O* praecepit *BDFGbd* 6 persecuntur *BC* hoc *om. D* horamus *D* 7 tribuatur *GL* ac] aut *G* ut *L* 8 ipsa] eorum *b* utetur *Om1* sicut credimus *sqq. exhibentur foll. 55ª sqq. V* 9 non *om. GL* oratū* (t *s. ras.*) *O* pro saulo ut (u *et* ut *s.l.*) *O* ad *om. O* 10 ipsius *GL* 11 facta**O* facto *D* aperuit *B* 12 Christi *om. GL* cottidie *OG* quotidie *EF* subit gratia dei trauntur *V* 13 posuis***sem *O* 14 nunc obluctetur] nisi ei oboediretur *GL* 15 clamabat *V* ad me *s.l. L* 16 me misit *V* 17 ut illic *m2 ex* uillic *O* illuc *F* 18 ueṇit (l *s.* ṇ *m2*) *O* 19 ergo] enim *D* ut ue!it] uelis *C* illo**O* intus *om. GL* 20 hominis *V* potes *C* 21 ut *om. V* 22 suscipiatur *O* susspicamur *C* suspicamus *V* huma *Om1* 23 euidentissimā *V* 24 paralypomenon *B* paralippomenon *GL* et quidem] aequidem *C* equidem *EF* in] ni *B* uda *V*

est manus dei, ut daret illis cor unum, ut facerent praeceptum regis et principum in uerbo domini. item per Hiezechielem prophetam dominus dicit: dabo eis cor aliud et spiritum nouum dabo eis et euellam cor eorum lapideum de carne eorum et dabo eis cor carneum, ut in praeceptis meis ambulent et iustificationes meas obseruent et faciant eas. quid est autem, quod Hester illa regina orat et dicit: da sermonem concinnum in os meum et uerba mea clarifica in conspectu leonis et conuerte cor eius in odium inpugnantis nos? ut quid ista in oratione dicit deo, si non operatur deus in cordibus hominum uoluntatem? sed forte hoc mulier insipienter orauit. uideamus ergo, utrum inaniter praemissus fuerit orantis affectus et consecutus non fuerit exaudientis effectus. ecce ingreditur ad regem — ne multa dicamus — et quia non ordine suo ingrediebatur magna necessitate compulsa, intuitus est eam, sicut scriptum est, uelut taurus in inpetu indignationis suae. et timuit regina et conuersus est color eius per dissolutionem et inclinauit se super caput delicatae suae, quae praecedebat eam. et conuertit deus et transtulit indignationem eius in lenitatem. iam sequentia commemorare quid opus est, ubi deum compleuisse quod illa rogauerat diuina scriptura testatur operando in corde regis quid aliud quam uoluntatem, qua iussit et factum est quod ab eo regina poposcerat? quam deus iam, ut fieret, exaudierat, qui cor regis, antequam mulieris sermonem poscentis audisset, occultissima et efficacissima potestate conuertit et transtulit ab

3 Ezech. 36, 26. 27 9 Esth. 14, 13 15 cf. Esth. 15, 9—11

1 dn̄i *O* 2 legis *B* 3 ezechielem *CVEFG* ezechihelem *BL* iezechielem *D* 4 alium *GL* 5 lapideum—eorum *om. V* 8 autem *om. D* ester *G* esther *EFbd* 9 concinnatum *OB* ḥos *C* 10 gratifica *OB* 11 hodium *C* 12 deo *om. GL* 15 cūsecutus *B* et exaudientis *C* effectus *ex* affectus *Om1* 16 non *om. O* 17 *alt.* est *om. Om1* 18 ueluti aurus *Om1* in *om. OBCEFV* 19 conuersū*G* color] cor *GL* 20 praedebat *Om1* eum *Lm1* 22 sequentiā *O* commemorare *Ga.c.* quod *B* compleuisse (uisse *add. m2*) *O* 23 testantur *EF* 25 poscebat *GL* iam *s. l. L* iam exaudierat *L* 26 sermonem mulieris *V* 27 et *om. GL* potestate*O*

indignatione ad lenitatem, hoc est a uoluntate laedendi ad uoluntatem fauendi, secundum illud apostoli: d e u s o p e r a t u r i n u o b i s e t u e l l e. numquid homines dei qui haec scripserunt, immo ipse spiritus dei, quo auctore per eos ista conscripta sunt, oppugnauit hominis liberum arbitrium? absit, sed omnipotentis in omnibus et iudicium iustissimum et auxilium misericordissimum commendauit. sufficit enim scire homini, quod non est iniquitas apud deum. iam quomodo ista dispens·t faciens alia secundum meritum uasa irae, alia secundum gratiam uasa misericordiae, q u i s c o g n o u i t s e n s u m d o m i n i? a u t q u i s c o n s i l i a r i u s e i u s f u i t? si ergo ad honorem gratiae pertinemus, non simus ingrati tribuendo nobis quod accepimus. quid enim habemus, quod non accepimus?

XXI. 39. *Dicimus*, inquit, *sanctos ueteris testamenti perfecta hinc iustitia ad aeternam transisse uitam, id est studio uirtutis ab omnibus recessisse peccatis, quia et illi, quos legimus aliquid peccasse, postea tamen eos emendasse cognouimus.* quantaelibet fuisse uirtutis antiquos praedicet iustos, non eos saluos fecit nisi fides mediatoris, qui in remissionem peccatorum sanguinem fudit. ipsorum enim uox est: c r e d i d i, p r o p t e r q u o d l o c u t u s s u m. unde ait et apostolus Paulus: h a b e n t e s a u t e m e u n d e m s p i r i t u m f i d e i, s e c u n d u m q u o d s c r i p t u m e s t: c r e d i d i, p r o p t e r q u o d l o c u t u s s u m, e t n o s c r e d i m u s, p r o p t e r q u o d e t l o q u i m u r. quid est 'eundem spiritum', nisi quem iusti quoque illi habuerunt, qui ista

2 Phil. 2, 13 7 cf. Rom. 9, 14 8 cf. Rom. 9, 22. 23 9 Rom. 11, 34
12 cf. I Cor. 4, 7 14 Iulianus 19 cf. Col. 1, 14 20 Ps. 115, 1
21 II Cor. 4, 13

1 indignatione*GLp.c.* a *om O* de *D* uol.] lenitatem *L* 2 fouendi *GL* deus est enim qui operatur *GLb* 3 nunquid *D* 4 dei spiritus *D* ita *O,om.F* 5 lib. hom. arb. *EFGLbd* 7 commodauit *V* 8 dnm *CEF* alios—alios *Dbd* alio—alia *Ga.c.L* 9 gratiam] misericordiam *GL* 12 accipimus *V* quid—accepimus *om. DGL* 14 inquit] enim *B* ueteri *V* perfectam—iustitiam *Ga.c.L* 16 aliquid (ali *s.l.m2*) *O* 17 nouimus *GL* quantalibet—uirtute *EFb* fuisse *om.GL* 18 *post* uirtutis *exp.* ab omib; recessisse uirtutis *D* praedices *CEFVGLbd* 20 et locutus sum *CE* 21 *post.* sum *add.* et nos *E* ait et *om.GL* 23 credid *Om1* quod locutus sum *om.B* et locutus *C* nos *s. exp.* nunc *Om1* 24 et *om.O* quimur *Om1* 25 quem iusti *om.V* quem] quod *GL* illi *om.GL*

dixerunt? dicit etiam apostolus Petrus: quid uultis iugum inponere gentibus, quod neque nos potuimus portare neque patres nostri? sed per gratiam domini Iesu Christi credimus salui fieri quemadmodum et illi. hoc uos non uultis, inimici huic gratiae, ut eadem gratia Iesu Christi salui facti credantur antiqui. sed distribuitis tempora secundum Pelagium, in cuius libris hoc legitur, et ante legem dicitis saluos factos esse natura, deinde per legem. postremo per Christum, quasi hominibus duorum superiorum temporum, ante legem scilicet et in lege, sanguis Christi non fuerit necessarius, euacuantes quod dictum est: unus enim deus, unus et mediator dei et hominum homo Christus Iesus.

XXII. 40. *Gratiam Christi*, inquit, *omnibus necessariam, et maioribus et parvulis, confitemur et eos qui dicunt de duobus baptizatis natum non debere baptizari, anathemamus.* nouimus, quomodo non secundum Paulum apostolum, sed secundum hereticum Pelagium ista dicatis: parvulis uidelicet baptismum necessarium non propter remissionem peccatorum, sed tantummodo propter regnum caelorum. datis enim eis extra regnum dei locum salutis et uitae aeternae, etiamsi non fuerint baptizati, nec adtenditis quod scriptum est: qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur. propter quod in ecclesia saluatoris per alios parvuli credunt, sicut ex aliis ea quae illis in baptismo remittuntur peccata

1 Act. 15, 10. 11 6 cf. De pecc. originali 26, 30 (CSEL XLII 190, 4 sqq.) 11 I Tim. 2, 5 14 Iulianus 19—21 cf. Aug. De haeresibus c. 88 (XLII 48 M) 22 Marc. 16, 16

1 iugum *om.GL* 2 impunere *EF* gentibus] hominibus *EF* portare potuimus *DEFbd* 3 nostri *om.OB* uestri *EF* 4 dni nri *BDb* saluos *O* nos saluos *GL* nos salui *b* quemammodum *CGm1* 5 huic *om. Db* gratiae Christi *b* 6 distribuistis *OB* distributis *Ga.c.L* 7 legitur *ex* agitur *Om1* 8 legem] *add.* hoc *GL* saluos *om.EF* per naturam *Db* 12 unus *bis pon.C* 14 xpi gratiam *L* gratia *V* inquiunt *Dbd* necessarium *Gm1L* 16 anathematizauimus *B* anathematizamus *DEFGbd* noui *B* 17 palum *V* pelagium hereticum *DEFbd* 19 tantumodo *C* 22 est] sit *GL* qui baptizatus fuerit credens saluus erit *EF* 23 saluus erit *om. B* 24 paruuli*O* 25 ut sicut alii *EF*

traxerunt. nec illud cogitatis, eos uitam habere non posse, qui fuerint expertes corporis et sanguinis Christi, dicente ipso: n i s i m a n d u c a u e r i t i s c a r n e m m e a m e t b i b e r i t i s s a n g u i n e m m e u m, n o n h a b e b i t i s u i t a m i n u o b i s. aut si euangelicis uocibus cogimini confiteri nec uitam salutemque posse habere paruulos de corpore exeuntes, nisi fuerint baptizati, quaerite, cur conpellantur non baptizati secundae mortis subire supplicium iudicante illo qui neminem damnat inmeritum, et inuenietis, quod non uultis, originale peccatum.

XXIII. 41. *Eos etiam, qui dicunt*, inquit, *baptisma non omnia peccata delere, condemnamus, quia scimus plenam purgationem per ipsa mysteria conferri.* hoc dicimus et nos; sed paruulos quoque per ipsa mysteria primae natiuitatis et obnoxiae successionis uinculis solui non dicitis uos. propter quod de ecclesia Christi, quae hoc antiquitus tenet, oportet ut sicut alii heretici segregemini et uos.

XXIV. 42. Iam uero quod ita concludit epistulam, ut dicat: *nemo ergo uos seducat nec se negent impii ista sentire, sed, si uerum dicunt, aut audientia detur aut certe isti ipsi episcopi, qui nunc dissident, damnent quae supra dixi cum Manicheis ista tenere, sicut nos ista damnamus quae de nobis iactant, et fit plena concordia. quod si nolunt, scitote eos esse Manicheos et ab eorum uos abstinete consortiis*, contemnendum est potius quam refellendum. quis enim nostrum dubitat anathema dicere Manicheis, qui dicunt a bono deo nec homines nec nuptias institutas nec legem datam, quae per Moysen Hebreo populo ministrata est? sed et Pelagianis non inmerito anathema dicimus, qui tam sunt inimici gratiae dei, quae uenit per Iesum Christum dominum nostrum, ut eam dicant non gratis, sed secundum merita nostra dari ac sic gratia iam non sit gratia, tan-

2 Ioh. 6, 54 10 Iulianus 17 Iulianas 27 cf. Rom. 7, 25 28 cf. Rom. 11, 6

1 illud] hoc *GL* 2 expartes *CGLa.c.* expertis *V* 5 posse *om.GL* 7 quur *G* baptizatis *Ga.c.L* 8 quieminem *Cm1* 10 Etiam eos *b* nominia *Om1* 12 sed *om.D* 13 prima *Lm1* et] ex *O*,*om.L* 14 de] ab *O in mg.* 15 alii] cēteri *GLb* 16 non iam *GL* epistola *GL* dicas *V* 17 ergo nemo *DGL* negant *GL* ita *GL* 18 *pr.* aut] ut *C* 19 manichaeis *O* (ae *semper fere*) se ista tenere *DGL* nos**G* 20 fit] sit *B* 21 esse *om.D* consortiis] concordiis *V*,*b in mg.* 23 a bono] ab uno *O* a buno *B* 24 constitutas *GL* q: *Om1* 25 haebreo *O* et *om.O* pelaginis *B* 26 qui*O* sunt *om.GL* 27 n̄ *ex* nunc *O* 28 sic] si *BCEFGL* sit] est *OB*

tumque constituunt in libero arbitrio, quo in profundum demersus est homo, ut eo bene utendo dicant hominem mereri gratiam, cum bene illo uti nemo possit nisi per gratiam, quae non secundum debitum redditur, sed deo gratis miserante donatur, paruulos autem ita contendunt esse iam saluos, ut a saluatore audeant negare saluandos. et haec exsecrabilia dogmata tenentes et seminantes adhuc insuper flagitant audientiam, cum damnati debeant agere paenitentiam.

1 libero (o *ex* um) *V* quod *GL* dimersus *D* 2 mereri] deserere *ex* deseri *Gm1* deseri *L* 3 nemo bene illo uti *DEFbd* per *om.Ga.c.L* 5 a salu.] saluatori *DVGLb* saluari *C* eos audeant *B* 6 et] ut *GL* execrabilia *BDL* et seminantes *om.V* 7 aud*entiam *O* audientiam (*pr.* i *s.l.m1*) *G* audent iam *L* agere] cogitare *B* penitentiam amen *O* 8 Finit liber primus (*litt. mai.*) *V* Sci augustini ad bonafatiū papam urbis romę liber primus explicit. incipit liber secundus *O* Explicit liber primus. Incipit liber secundus (*adā. m2*) *B,CD* Diui aurelii augustini hipponensis epi contra duas epistolas pelagianorū ad bonifaciū liber primus explicit. liber secundus incipit *EF* Explicit liber augustini ad bonifatium papam urbis contra epistł iuliani pelagiani et eius erroris factores ac defensores *G* EXPL EPISTULA SCI AUG ADUERSUS EPISTOLAM IULIANI PELAGIANI AD BONIFACIUM PAPAM URBIS *L*

LIBER SECVNDVS.

I. 1. Iam nunc aliam, non Iuliani tantum, sed ei communem cum pluribus Pelagianis episcopis, quam Thessalonicam miserunt, consideremus epistulam eique domino adiuuante respondeamus, ut possumus. quod opus nostrum ne longius fiat, quam causae ipsius necessitas postulat, quid opus est ea quoque refellere, quae dogmatis eorum insidiosa uenena non continent, sed tantum in auxilium suum uel pro catholica fide contra Manicheorum, sicut loquuntur, profanitatem consensionem orientalium episcoporum uidentur exposcere nihil aliud nitentes, nisi ut horribili heresi obiecta, cuius se aduersarios esse confingunt, lateant inimici gratiae in laude naturae? quis enim eis hinc commouit aliquando quaestionem? aut cui catholicorum propterea displicent, quia damnant eos, quos praedixit apostolus recessuros a fide, cauteriatam habentes conscientiam, prohibentes nubere, abstinentes a cibis, quos inmundos putant, nec putantes a deo cuncta esse condita? quis eos aliquando negare compulit, quod omnis creatura dei bona sit et nulla substantia sit, quam non summus fecerit deus, nisi ipse deus qui non est ab aliquo factus? non ista in eis, quae constat esse catholica, reprehenduntur atque damnantur. inpietatem quippe Manicheorum nimium stultam et noxiam non solum fides catholica detestatur, uerum etiam heretici omnes, qui non sunt Manichei. unde et isti Pelagiani hoc bene faciunt Manicheis anathema dicere et eorum erroribus contradicere. sed faciunt duo mala, quibus et ipsi anathemandi sunt: unum, quod catholicos Manicheorum nomine criminantur, alterum, quod

13—17 cf. I Tim. 4, 1—4

2 ei] et *Vb* 3 pluri (bus *eras.*) *B* plurimis *EFbd* pelaginis *B* thesolonicam *O* thesalonice *B* 5 possimus *B* ne] non *BD* longum *Vb* 6 docmatis *O* 7 insidiose *Om1* insiosa *Cm1* 8 pro *om.Om1* locuntur *OCD* 9 concessionem *OB* 10 ut *om.C* 11 configunt *Om1* 12 commouet *D* 13 dannant *B* 15 abstinentis *C* 16 putantes] putant *D* 19 constant *D* constant *EF* 20 nimiam *b* 22 pelagini *B* 23 manichaei *Om1* et eorum (et e *s. ras. m2*) *O* 24 anathematizandi *BDEFbd*

etiam ipsi heresim noui erroris inducunt. neque enim quia Manicheorum morbo non laborant, propterea fidei sanae sunt. non unum est pestilentiae genus quemadmodum in corporibus ita et in mentibus. sicut ergo medicus corporis non continuo pronuntiasset a mortis periculo liberum, quem negasset hydropicum, si alio letali morbo perspexisset aegrotum, ita istis non ideo ueritas gratulatur, quia Manichei non sunt, si alio genere peruersitatis insaniunt. quapropter aliud est quod anathemamus cum eis, aliud quod in eis. detestamur enim cum eis, quod recte displicet etiam ipsis, ita tamen, ut detestemur in eis, unde recte displicent ipsi.

II. 2. Manichei dicunt deum bonum non omnium naturarum esse creatorem, Pelagiani dicunt deum non esse omnium aetatum in hominibus mundatorem, saluatorem, liberatorem. catholica utrosque redarguit et contra Manicheos defendens dei creaturam, ne ab illo instituta negetur ulla natura, et contra Pelagianos, ut in omnibus aetatibus perdita requiratur humana natura. Manichei carnis concupiscentiam non tamquam accidens uitium, sed tamquam naturam ab aeternitate malam uituperant, Pelagiani eam tamquam nullum uitium, sed naturale sit bonum insuper laudant. catholica utrosque redarguit Manicheis dicens: 'non natura, sed uitium est', Pelagianis dicens: 'non a patre, sed ex mundo est', ut eam uelut malam ualitudinem sanari utrique permittant, desinendo illi tamquam insanabilem credere, isti tamquam laudabilem praedicare. Manichei negant homini bono ex libero arbitrio fuisse initium mali, Pelagiani dicunt etiam hominem malum sufficienter habere liberum arbitrium ad faciendum praeceptum bonum. catholica utrosque redarguit et illis dicens: f e c i t d e u s h o m i n e m r e c t u m, et istis dicens: s i u o s f i l i u s l i b e r a u e r i t, u e r e

11 cf. De natura boni 41 (CSEL XXV 874, 23. 24) 21 cf. I Ioh. 2, 16
27 Eccle. 7, 30 28 Ioh. 8, 36

1 noui] nobis *O* inducant *V* 3 pestilentiae est *DEFbd* 4 praenuntiasset *EF* 5 liberatum *OB* ydropicum *V* si—aegrotum *om. V* 6 prospexisset *B* 7 qu*apropter *O* 8 anathematizamus *BDEFbd* in eis] *add.* detestamur *OB* 9 enim *om. Om1* 10 detestamur *Cm1* 11 esse naturarum *B* 12 pel. uero dicunt *F* 13 emundatorem *OB* liberatorem *om. Om1* 15 instituta*O* inst. *ex* instructa *Bm1* 18 natura *V* 20 cattholica *O* (*sic saepius*) 21 a *om. Om1* ex *om. Om1* 22 ualetudinem *BEF* 23 insanauilem *Om1* 24 beno] *add.* non *OB* 28 isti *C* liberauit *B*

liberi eritis. Manichei dicunt animam particulam dei naturae malae commixtione habere peccatum, Pelagiani dicunt animam iustam non quidem particulam, sed creaturam dei etiam in ista corruptibili uita non habere peccatum. catholica utrosque redarguit Manicheis dicens: aut facite arborem bonam et fructum eius bonum aut facite arborem malam et fructum eius malum — quod non diceretur homini, qui naturam facere non potest, nisi quia peccatum non natura, sed uitium est —, Pelagianis dicens: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est. his morbis inter se contrariis Manichei Pelagianique confligunt dissimili uoluntate, simili uanitate, separati opinione diuersa, sed propinqui mente peruersa.

3. Iam uero gratiam Christi simul oppugnant, baptismum eius simul euacuant, carnem eius simul exhonorant, sed etiam haec modis causisque diuersis. nam Manichei meritis naturae bonae, Pelagiani autem meritis uoluntatis bonae perhibent diuinitus subueniri. illi dicunt: 'debet hoc deus laboribus membrorum suorum', isti dicunt: 'debet hoc deus uirtutibus seruorum suorum'. utrisque ergo merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Manichei 'lauacrum regenerationis, id est aquam ipsam dicunt esse superfluam nec prodesse aliquid profano corde contendunt', Pelagiani autem, 'quod in sacro baptismate ad expianda peccata dicitur nihil opitulari infantibus nullum peccatum habentibus adserunt'. ac per hoc in paruulis baptizandis, quantum ad remissionem adtinet peccatorum, Manichei uisibile destruunt elementum, Pelagiani autem etiam inuisibile sacramentum. Manichei carnem Christi exhonorant partum uirginis blasphemando, Pelagiani autem carnem redimen-

5 Matth. 12, 33 9 I Ioh. 1, 8 20 cf. Rom. 4, 4

1 estis *B* 2 natura *V* male *Om1* mala *D* comixtionę *V* cõmixione *O* 3 istam *D* 4 peccata *D* 6 bonam—arborem *om. V* 7 malam *om. C* fructus eius malos *EF* 8 quia (a *s.l.m1*) *O* 9 pelagianis (s *m1s.l.*) *O* 10 nosmet *O* 11 contrariis inter se *EF* 12 dissimili ore·simili uoluntate separati *D,b in mg.* 13 mente* *V* 16 *post* meritis *eras.* uoluntatis *O* 18 *pr.* diceint *Cm1* 19 deus *om. DVb* 20 *ante* debitum *exp.* meritum *B* 22 prophano *OD* 23 dicitur] datur *EF* 25 babtizanțis (d *s.* ț *m1*) *O* 26 helementum *C* *post* autem *eras.* uerum *B* 27 inuisibile* *O* manichei autem *CD* 28 uirginis *om. CEF* blaphemando *B*

dorum carni redemptoris aequando. propterea quippe natus est Christus non utique in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, quia ceterorum hominum nascitur caro peccati. Manichei ergo omnem carnem penitus detestantes auferunt carni Christi perspicuam ueritatem, Pelagiani uero nullam carnem peccati nasci asserentes auferunt carni Christi propriam dignitatem.

4. Desinant itaque Pelagiani catholicis obiectare quod non sunt, sed ipsi potius festinent emendare quod sunt; nec ideo se uelint amabiles, quia odioso Manicheorum aduersantur errori, sed merito se agnoscant odibiles, quia suum non auersantur errorem. possunt enim duo errores inter se esse contrarii, sed ambo sunt detestandi, quia sunt ambo contrarii ueritati. nam si propterea sunt diligendi Pelagiani, quia oderunt Manicheos, diligendi sunt et Manichei, quia oderunt Pelagianos. sed absit, ut catholica mater propter alterorum odium alteros eligat amare, cum monente atque adiuuante domino debeat utrosque uitare et cupiat utrosque sanare.

III. 5. Quin etiam romanos clericos arguunt scribentes 'eos iussionis terrore perculsos non erubuisse praeuaricationis crimen admittere, ut contra priorem sententiam suam, qua gestis catholico dogmati affuerant, postea pronuntiarent malam hominum esse naturam'. immo uero Pelagiani spe falsa putauerant nouum et exsecrabile dogma Pelagianum uel Caelestianum persuaderi quorundam Romanorum catholicis mentibus posse, quando illa ingenia quamuis nefando errore peruersa, non tamen contemptibilia, cum studiose corrigenda potius quam facile damnanda uiderentur, aliquanto lenius, quam seuerior postulabat ecclesiae disciplina, tractata sunt. tot enim et tantis inter apostolicam sedem et afros episcopos

2 cf. Rom. 8, 3 17 Iulianus

1 redemtoris *V* 2 est $\overline{\text{xps}}$ in similitudine carnis peccati non utique in carne peccati *B* sed *om.B*; sed—peccati *om.OEF* similitudinem *D* 3 qua *O* 4 ergo] autem *B* penitus carnem *D* 6 adseuerantes *CDEFVbd* 8 sed ipsi—quod sunt *om.Vb* festinant *Om1* *post* festinent *sequitur in fol. 73b D pag. 471, 19* positum *sqq.* uel int amuiles *Om1* *post* uelint *add.* haberi *d* 10 aduersantur *B* possunt inter se duo errores (*eras.* inter se) esse *O* 11 contrii *Om1* 12 contrii *Om1* ueritati *exp.O* 13 pelegiani *O* et *om.EF* 15 com *B* 19 cattolico *O* 20 mala *C* 21 putauerunt *O* 22 celestianum *OB* 24 peruasa *B* contemtibilia *V* 25 studio se *b* damna (*in mg.m2* damnanda) *O* aliquando *OV* 26 tra*ctata *O*

currentibus et recurrentibus scriptis ecclesiasticis, etiam gestis de hac causa apud illam sedem Caelestio praesente et respondente confectis quaenam tandem epistula uenerandae memoriae papae Zosimi, quae interlocutio repperitur, ubi praeceperit credi oportere sine ullo uitio peccati originalis hominem nasci? nusquam prorsus hoc dixit, nusquam omnino conscripsit. sed cum hoc Caelestius in suo libello posuisset, inter illa dumtaxat, de quibus se adhuc dubitare et instrui uelle confessus est, in homine acerrimi ingenii, qui profecto, si corrigeretur, plurimis profuisset, uoluntas emendationis, non falsitas dogmatis adprobata est. propterea libellus eius catholicus dictus est, quia et hoc catholicae mentis est, si qua forte aliter sapit, quam ueritas exigit, non ea certissima definire, sed detecta ac demonstrata respuere. non enim hereticis, sed catholicis apostolus loquebatur, ubi ait: q u o t q u o t e r g o p e r f e c t i h o c s a p i a m u s; e t s i q u i d a l i t e r s a p i t i s, i d q u o q u e d e u s u o b i s r e u e l a b i t. hoc in illo factum esse putabatur, quando se litteris beatae memoriae papae Innocentii, quibus de hac re dubitatio tota sublata est, consentire respondit. et hoc ut plenius et manifestius in illo fieret, expectabatur uenturis ex Africa litteris, in qua prouincia eius calliditas aliquanto euidentius innotuerat. quae Romam litterae posteaquam uenerunt id continentes non sufficere hominibus tardioribus et sollicitioribus, quod se generaliter Innocentii episcopi litteris consentire fatebatur, sed aperte eum debere anathemare quae in suo libello praua posuerat, ne, si id non fecisset, multi parum intellegentes magis in libello eius illa fidei uenena a sede apostolica crederent adprobata, propter quod ab illa dictum erat eum libellum

14 Phil. 3, 15

1 et recurrentibus *om.OB* 2 celestio *O* et *om.O* 3 quaenam (ae *s.l.m2*) *O* 4 reperitur *codd. praet.BV* 5 *uoce* hominem *inc. D* nūquā *C*; nusquam—dixit *om.EF* 6 conscripxit *B* celestius *OB* 7 *ante* libello *eras.* libello *V* 10 et propterea *DEFVbd* libellos *V* dictus est *om.D* 11 hoc *om.CEF* 12 exigit dicens *EF* certissima (a *s. ras.*) *O* certissime *EFbd* difinire *V* 13 respuerat *B* 15 si quod aliter *B* quit *V* uobis deus *CD* reuelauit *OF* 16 in *om.O* 18 in illo *om.Om1* 19 futuris (ał uenturis) *F* affrica *BD* 20 aliquanto calliditas *d* aliquando *OD* romae *b* postea litterae (quã *exp.*) *D* 21 deuenerunt *D* 22 solliticioribus *B* sollicioıibus *C* episcopi (i *fin. ex* a) *O* 23 lit*teris *O* *ante* debere *exp.* uidere *B* anathematizare *BDEFbd* 25 eius *om.O* uenenata *B* 26 probata *D* propter hoc quod *F* propterea quod *bd* illo *D*

esse catholicum, quam emendata, propter illud quod se papae Innocentii litteris consentire ipse responderat: tunc ergo cum eius praesentia posceretur, ut certis ac dilucidis responsionibus uel astutia hominis uel correctio dilucesceret et nulli ambigua remaneret, se subtraxit et negauit examini. nec differendum iam fuerat, sicut factum est, quod aliis prodesset, si nimium peruersorum pertinaciae dementiaeque non posset. sed si — quod absit! — ita tunc fuisset de Caelestio uel Pelagio in romana ecclesia iudicatum, ut illa eorum dogmata, quae in ipsis et cum ipsis papa Innocentius damnauerat, adprobanda et tenenda pronuntiarentur, ex hoc potius esset praeuaricationis nota romanis clericis inurenda. nunc uero cum primitus beatissimi papae Innocentii litterae episcoporum litteris respondentis afrorum pariter hunc errorem, quem conantur isti persuadere, damnauerint, successor quoque eius sanctus papa Zosimus hoc tenendum esse, quod isti de paruulis sentiunt, numquam dixerit, numquam scripserit, insuper etiam Caelestium se purgare molientem ad consentiendum supra dictis sedis apostolicae litteris crebra interlocutione constrinxerit, profecto quidquid interea lenius actum est cum Caelestio seruata dumtaxat antiquissimae et robustissimae fidei firmitate correctionis fuit clementissima suasio, non adprobatio exitiosissima prauitatis. et quod ab eodem sacerdote postea Caelestius et Pelagius repetita auctoritate damnati sunt, paululum intermissae iam necessario proferendae ratio seueritatis fuit, non praeuaricatio prius cognitae uel noua cognitio ueritatis.

IV. 6. Sed quid opus est nos de hac re loquendo diutius immorari, cum extent hinc atque inde gesta et scripta directa, ubi possint cuncta illa quemadmodum acta sint uel cognosci uel recognosci? inter-

1 se] saepe *F* innocencie *B* 2 responderat ipse *D* 3 delucidis *V* 4 nulla *F* 5 se **O* exanimi *O* (ex *s. l.*; *in mg.* 1 amini) 6 posset *C* prodesset *O* (sset *s.l.m2*) 7 prodesse non posset *F* si quod] sic̄ *V* 8 nunc *D* 9 ut *om. D* illa *om. O* innocencius *V* 10 potuisset *D* 11 inuranda *Om1* inuri *D* 12 *post* primitus *eras.* iis *B* 13 respondentes *Om2D* respondendis *B* 14 damnauerunt *EF* succes *Cm1* 15 zozimus *B* 16 celestium (*semper fere* e *pro* ae) *O* 17 supradictae *O* 18 constrixerit *V* constrinserit *B* quicquid *BC* 19 dumtauxat *B* 20 robustistisime *B* correctio *B* clementissimae *Om2* 21 suasio—prauitatis *om. OB* exitiosissimae *EF* 22 repetit *V* 23 intermisisse *O* 24 seu ueritatis *b* 27 existent *V* 28 illa *om. OBC* quemammodum *C*

rogationibus enim sancti praecessoris tui et Caelestii responsionibus, quibus se beati papae Innocentii litteris consentire professus est, quis non uideat quemadmodum sit Caelestius co:ligatus et uinculo saluberrimo obstrictus, ne ulterius defendere auderet in baptismate paruulorum non dimitti originale peccatum? uenerabilis quippe Innocentii episcopi de hac re ista sunt uerba ad Carthaginiense concilium: l i b e r u m e n i m, inquit, a r b i t r i u m o l i m i l l e p e r p e s s u s, d u m s u i s i n c o n s u l t i u s u t i t u r b o n i s, c a d e n s i n p r a e u a r i c a t i o n i s p r o f u n d a d e m e r s u s n i h i l q u e m a d m o d u m e x i n d e s u r g e r e p o s s e t i n u e n i t s u a q u e i n a e t e r n u m l i b e r t a t e d e c e p t u s h u i u s r u i n a e l a t u i s s e t o p p r e s s u, n i s i e u m p o s t C h r i s t i p r o s u a g r a t i a r e l e u a s s e t a d u e n t u s, q u i p e r n o u a e r e g e n e r a t i o n i s p u r i f i c a t i o n e m o m n e p r a e t e r i t u m u i t i u m s u i b a p t i s m a t i s l a u a c r o p u r g a u i t. quid ista sedis apostolicae sententia clarius atque manifestius? huic se Caelestius consentire professus est, quando, cum illi a sancto praecessore tuo dictum esset: i l l a o m n i a d a m n a s q u a e i a c t a t a s u n t d e n o m i n e t u o? ipse respondit: *damno secundum sententiam beatae memoriae praecessoris tui Innocentii.* inter cetera autem, quae de nomine eius iactata fuerant, diaconus Caelestio Paulinus obiecerat, quod diceret ‘peccatum Adae ipsi soli obfuisse et non generi humano et quod infantes nuper nati in eo statu essent, in quo Adam fuit ante peccatum‘. proinde si obiecta Paulini secundum sententiam beati papae Innocentii ueraci corde atque ore damnaret, quid ei remaneret deinceps unde contenderet nullum esse ex praeterita primi hominis transgressione in paruulis uitium, quod per nouae regenerationis puri-

7 cf. Aug. epist. 181, 7 (CSEL XXXXIV 709, 14) 20. 22 Caelestius

1 praedecessoris *V* (de *m. rec. add.*), *Fb* 3 quemammodum (*passim*) *OC* 6 episcopi *om.V* ac *Om1* cartaginense *D* 7 consilium *O* enim *om.b* 8 perpensus *D* inconsultę *D* 9 dimersus *BEF* 12 iacuisset *a* *post* latuisset *ras. 2 litt. V* oppressus *DEF* 13 releuasset] liberasset *OBEFVbd* 15 praeteriti *O* (ti *ex* tū), *CEF* batismatis *B* 17 celsius *Om1* 18 praedecessore *B* 19 qua V 21 innocenti *Om1* 22 *ante* fuerant *exp.* sunt *D* diacono *O* obicerat *O* 23 ipsi soli *O* (*utrumque* i *fin. ex* ū) 24 in eo****statu essent *O* (nt *s.l.m2*) essent statu *EFbd* adam *pon. post* peccatum *EF* 25 beati *O* (i *ex* e) innocenti *Om1* 26 ora *Om1* 27 conderet *O*

ficationem sacro baptismate purgaretur? sed illud se respondisse fallaciter nouissimo exitu ostendit, cum se subtraxit examini, ne secundum africana rescripta ipsa omnino de hac quaestione uerba commemorare et anathematizare, quae in libello suo posuit, cogeretur.

7. Quid illud quod idem papa de hac ipsa causa etiam Numidiae rescripsit episcopis, quia de utroque concilio, et de Carthaginiensi scilicet et de Mileuitano, scripta susceperat, nonne apertissime de paruulis loquitur? haec enim eius uerba sunt: illud uero, quod eos uestra fraternitas asserit praedicare, paruulos aeternae uitae praemiis etiam sine baptismatis gratia posse donari, perfatuum est. nisi enim manducauerint carnem filii hominis et biberint sanguinem eius, non habebunt uitam in semet ipsis. qui autem hanc eis sine regeneratione defendunt, uidentur mihi ipsum baptismum uelle cassare, cum praedicant hos habere, quod in eos credimus non nisi baptismate conferendum. quid ad haec dicit ingratus, cui sedes apostolica iam sua professione quasi correcto benignissima lenitate pepercerat? quid ad haec dicit? utrum post huius uitae finem paruuli, etiamsi dum uiuunt non baptizentur in Christo, in uita aeterna erunt an non erunt? si dixerit: 'erunt', quomodo ergo quae de nomine eius iactata sunt secundum sententiam beatae memoriae Innocentii se damnasse respondit? ecce beatae memoriae papa Innocentius sine baptismo Christi et sine participatione corporis et sanguinis Christi uitam non habere paruulos dicit. si dixerit: 'non erunt', quomodo ergo non accipientes aeternam uitam utique consequenter aeterna morte damnantur, si nullum trahunt originale peccatum?

8 cf. Aug. epist. 182, 5 (CSEL XXXXIV 720, 6) 12 cf. Ioh. 6, 54

2 ostenditur *O* 3 affricare scripta *Om1* affricana *BD* 4*anathem***are *O* (h *s. l, m2*) anathemare *V* . suo *om. D* .6 carthaginensi *O* cartaginensi *D* 7 de *bis pon. B* meliuitano *D* susciperat *Om1* 8 sunt eius uerba *D* 11 perfactum *Om1* 15 uidententur *D* 16 cessare *Bm1CEF* 17 credunt *Aug. in epist.* non nisi] non sibi *Aug. in epist. cod. N* 18 sedis *V* 19 perpercerat *C* 21 uiunt *Om1* baptizantur *B* 23 innocenti *Om1* (*passim*) *ante* innocentii *exp.* papa *D* 24 papa (*s.l.m2*) innocentius *O* (us *s.l.m1*) innocentius papa *EFbd* 28 ant *O* (trah *euan.*)

S. Quid ad haec dicunt isti, qui suas calumniosas impietates audent etiam scribere, audent etiam orientalibus episcopis mittere? tenetur Caelestius litteris uenerabilis Innocentii praebuisse consensum; leguntur ipsae memorati antistitis litterae scribentis non baptizatos uitam paruulos habere non posse. quis autem negabit id esse consequens, ut mortem habeant qui non habent uitam? unde ergo in infantibus ista miserabilis poena, si nulla originalis est culpa? quomodo igitur ab istis fidei desertoribus et obpugnatoribus gratiae romani clerici praeuaricationis arguuntur sub episcopo Zosimo, quasi aliud senserint in damnatione posteriore Caelestii et Pelagii, quam quod sub Innocentio in priore senserunt? quia utique cum litteris uenerabilis Innocentii de paruulis, nisi baptizarentur in Christo, in aeterna morte mansuris catholicae fidei clareret antiquitas, profecto ecclesiae romanae praeuaricator potius esset, quicumque ab illa sententia deuiasset. quod deo propitio quoniam factum non est, sed ipsa constanter repetita Caelestii et Pelagii damnatione seruata est, se intellegant esse isti unde alios criminantur et aliquando a fidei praeuaricatione sanentur. malam quippe hominum esse naturam non dicit catholica fides; in quantum a creatore homo primitus institutus est, neque nunc quod in illa deus creat, cum homines ex hominibus facit, hoc est malum eius, sed quod ex illo uitio primi hominis trahit.

V. 9. Iam nunc illa uidenda sunt, quae in epistula sua nobis obicientes breuiter posuerunt, quibus haec est nostra responsio: peccato Adae arbitrium liberum de hominum natura perisse non dicimus, sed ad peccandum ualere in hominibus subditis diabolo; ad bene autem pieque uiuendum non ualere, nisi ipsa uoluntas hominis

1 quod *B* calumnias *Om1* 2 audent etiam *om. Vb* scribere audent etiam *om.OB* ori*entalibus *O* originalibus *C* 3 inuscentii *B* 4 ipse *Om1* antestitis *Om1V* antistis *B* 5 negauit *Om1BV* 6 morte *C* 7 in *s.l.Om1*, *om.D* est originalis *D* 10 posteriore *om.EF* 11 quam quod] quando *O* quod *om.B* 13 aeterna*O* aeternā*V* mansuris *O* (i *ex* o *m1*) incensūris *B* claret *D* 15 quoniam] quia *D* 16 reppetit ac *V* 17 intellegantes se**isti *O* intellegant ēē isti se *B* intellegant esse isti *EF* se int. esse *V* int. se isti esse *d* 18 malum *Om1* 19 quamtum *B* homo a creatore *CDEFbd* a creatotore *B* 20 in *om.Om1* illo *F* 21 hoc] *add.* non *EF* 22 ex *om.O* 23 illa *om.D* 24 subicientes *O* breuiter *om.F* proposuerunt *F* .est *om.D* 25 liberum arbitrium *O* periisse *EF* 26 in hominibus—non ualere *om.EF* 27 non *om.B* *post* uoluntas *eras.* dī *O* homini *B*

dei gratia fuerit liberata et ad omne bonum actionis, sermonis, cogitationis adiuta. neminem nisi dominum deum dicimus nascentium conditorem nec a diabolo, sed ab ipso nuptias institutas, omnes tamen sub peccato nasci propter propaginis uitium et ideo esse sub diabolo, donec renascantur in Christo. nec sub nomine gratiae fatum asserimus, quia nullis hominum meritis dei gratiam dicimus antecedi. si autem quibusdam omnipotentis dei uoluntatem placet fati nomine nuncupare, profanas quidem uerborum nouitates euitamus, sed de uerbis contendere non amamus.

10. Vnde autem hoc eis uisum fuerit nobis obicere, quod fatum asseramus sub nomine gratiae, cum aliquanto adtentius cogitarem, prius eorum uerba quae consequuntur inspexi. sic enim hoc nobis obiciendum putarunt: *sub nomine*, inquiunt, *gratiae ita fatum asserunt, ut dicant, quia nisi deus inuito et reluctanti homini inspirauerit boni et ipsius imperfecti cupiditatem, nec a malo declinare nec bonum possit arripere.* deinde aliquanto post, ubi ipsi quae defendant commemorant, quid de hac re ab eis diceretur aditendi: *baptisma*, inquiunt, *omnibus necessarium esse aetatibus confitemur, gratiam quoque adiuuare uniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium uirtutis immittere, quia personarum acceptio non est apud deum.* ex his eorum uerbis intellexi ob hoc illos uel putare uel putari uelle fatum nos asserere sub nomine gratiae, quia gratiam dei non secundum merita nostra dicimus dari, sed secundum ipsius misericordissimam uoluntatem, qui dixit: m i s e r e b o r, c u i m i s e r t u s e r o, et m i s e r i c o r d i a m p r a e s t a b o, c u i m i s e r i c o r s f u e r o. ubi consequenter adiunctum est: i g i t u r n o n u o l e n t i s n e q u e c u r r e n t i s, s e d m i s e r e n t i s e s t d e i. posset etiam hinc quispiam similiter stultus fati assertorem apostolum putare uel dicere. uerum hic se isti satis aperiunt.

8 cf. I Tim. 6, 20 13. 17 Iulianus 20 cf. Col. 3, 25 24 Rom. 9, 15 26 Rom. 9, 16

3 ab] adeo *EF* 4 nascit *B* 5 renascuntur *CEF* 6 fa*tū *OB* adseramus *V* 7 place**t *V* 8 prophanas *BC* uitamus *D* 10 fa*tum *OB* 11 asserimus *D* cum] quacum *Vb* 12 consecuntur *DV* 13 homine *B* fa*tum *O* 14 nisi quia *O* quia *om. B* et] etiam *EF* 16 posset *V* 17 re *om. C* 20 reluctanti*O 21 putare uel *om. B* 22 uelle] uel *BC* qui *O* 23 dari dicimus *D* dicimus dari *om. O* 24 *post* uoluntatem *sequitur in D pag. 477, 13* maneret 29 uelle *B* istis *B, om. EF*

cum enim propterea nobis calumniantur dicentes nos fatum gratiae nomine asserere, quia non secundum merita nostra dari dicimus dei gratiam, procul dubio confitentur, quod ipsi eam secundum nostra merita dari dicunt; ita caecitas eorum occultare ac dissimulare non potuit hoc se sapere atque sentire, quod sibi obiectum Pelagius in episcopali iudicio Palestino subdolo timore damnauit. obiectum quippe illi est ex uerbis quidem discipuli sui Caelestii, quod etiam ipse diceret 'gratiam dei secundum merita nostra dari'. quod ille detestans uel quasi detestans, ore dumtaxat, anathematizare non distulit; sed sicut eius libri posteriores indicant et istorum sectatorum eius nudat assertio, ficto corde seruauit, donec postea, quod tunc metu texerat negantis astutia, etiam in litteras proferret audacia. et adhuc non formidant, non saltem uerecundantur episcopi Pelagiani litteras suas catholicis orientalibus episcopis mittere, quibus nos assertores fati esse criminantur, quia non dicimus gratiam dei secundum merita nostra dari, quod Pelagius episcopos orientales metuens et dicere non ausus et damnare compulsus est.

VI. 11. Itane uero, filii superbiae, inimici gratiae dei, o noui heretici Pelagiani, quisquis dicit gratia dei omnia hominis bona merita praeueniri nec gratiam dei meritis dari, ne non sit gratia, si non gratis datur, sed debita merentibus redditur, fatum uobis uidetur asserere? nonne etiam uos ipsi qualibet intentione necessarium baptismum omnibus aetatibus dicitis? nonne in hac ipsa epistula uestra istam de baptismo sententiam et de gratia iuxta posuistis? cur non uos baptismus, qui datur infantibus, ipsa uicinitate commonuit, quid sentire de gratia debeatis? haec enim uerba sunt uestra: *baptisma omnibus necessarium esse aetatibus confitemur, gratiam quoque*

8 cf. De gestis Pelagii 14, 30 (CSEL XLII 84, 5) 20 cf. Rom. 11, 6 27 Iulianus, cf. p. 469, 17

3 gratiam dei *O* 6 palaestino *EF* 8 ipse *om.Om1EF* ipsi *Cm1* 9 detestans uel *om.EF* uel quasi detestans *B in mg., om.C* ore *O* (o *s. ras. m2*) anathemathezare *V* 10 eius *O* (e *add. m2*) 11 nudat***O* (as *eras.*) nudata *b* 12 negantes *V* litteris *C* proferret *O* (ret *s.l.m2*) 13 reformidant *EFVbd* non] nec *bd* saltim *O* 15 fa*ti *V* gram *B* 17 *alt.* et] est *OB* 19 quisquis *O* (s *fin. s. l.*) 20 nec *om.OB* meritis *O* (m *s. ras., in mg. m1* ł in meritis) gratia *om.Om1* 21 nobis *B* 22 nonne *O* (ne *s.l.m1*) 24 istam *om.D* iusta *O* 25 nos baptismum *V* baptismū quod *D* cōminuit *Om1* 27 baptismū *D*

adiuuare uniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium uirtutis immittere, quia personarum acceptio non est apud deum. in his omnibus uerbis uestris de gratia quod dixistis interim taceo. de baptismate reddite rationem, cur illud dicatis omnibus esse aetatibus necessarium, quare sit necessarium paruulis dicite; profecto quia eis boni aliquid confert et idem aliquid nec paruum nec mediocre, sed magnum est. nam etsi eos negatis adtrahere quod in baptismo remittatur originale peccatum, tamen illo regenerationis lauacro adoptari ex filiis hominum in dei filios non negatis, immo etiam praedicatis. dicite ergo nobis, quicumque baptizati in Christo paruuli de corpore exierunt, hoc tam sublime donum quibus praecedentibus meritis acceperunt? si dixeritis hoc eos parentum pietate meruisse, respondebitur uobis: cur aliquando piorum filiis hoc negatur bonum et filiis tribuitur impiorum? nonnumquam enim de religiosis orta proles in tenera aetate atque ab utero recentissima praeuenitur morte, antequam lauacro regenerationis abluatur, et infans natus ex inimicis Christi misericordia Christianorum baptizatur in Christo; plangit baptizata mater non baptizatum proprium et ab impudica expositum baptizandum casta fetum colligit alienum. hic certe merita parentum uacant, uacant uobis fatentibus ipsorum etiam paruulorum. scimus enim uos non hoc de anima humana credere, quod ante corpus terrenum alicubi uixerit et aliquid operata sit uel boni uel mali, unde istam in carne differentiam mereretur. quae igitur causa huic paruulo baptismum procurauit, illi negauit? an ipsi fatum habent, quia meritum non habent? aut in his est a domino acceptio personarum? nam utrumque dixistis, prius fatum, acceptionem postea personarum, ut, quoniam utrum-

2 cf. Col. 3, 25 8 cf. Tit. 3, 5 21 cf. Plato Tim. p. 91 A sqq. Diels Doxogr. p. 199. 568, 19. 588, 21. 651, 2. August. De ciu. dei XII 27

4 quur *O* dicitis *D* 5 esse *om. D* 6 boni eis *D* confer *Om1* 7 mediocres ed *O* etsi] si *Vb* 9 filios dei *Vb* 10 dicite *ex* dicete *Om1* $\overline{\text{xpm}}$ *B* 12 eos hoc *D* 13 uobis *bis pon. D* aliquanto *O* (n *ex* m) negatur hoc *EFVbd* 14 negaretur *O* tribuetur *O* nūnunquam *B* enim *om. D* 15 tenera**B* recentissima *O* (recenti *in ras.*) recentissimo *Vb* 19 *uoce* positum *inc. fol. 73*^{b} *D* faetum *O* (e *ex* c *m2*) 20 hi *B* 21 uos *ex* nosse *B* 22 quo dante *b* corpus humanum uel terrenum *EF* 24 ausa *V* 25 ille *Cm1* non habent meritum *D* aut] ut *O* (*m2 mut. in* et) An *D* 26 acceptio a domino *EFVbd* utrimque *D*

que refutandum est, remaneat quod uultis aduersus gratiam introducere meritum. respondete igitur de meritis parunlorum, cur alii baptizati, alii non baptizati de corporibus exeant nec parentum meritis uel polleant uel careant tam excellenti bono, ut fiant filii dei ex hominum filiis nullis parentum, nullis meritis suis. nempe reticetis et uos ipsos potius in eo, quod nobis obicitis, inuenitis. nam si, ubi non est meritum, consequenter esse dicitis fatum et ob hoc in gratia dei meritum hominis uultis intellegi, ne fatum cogamini confiteri, ecce uos potius asseritis fatum in baptismate parunlorum, quorum nullum esse fatemini meritum. si autem in baptizandis parulis et nullum meritum omnino praecedere et tamen fatum non esse conceditis, cur nos, quando dicimus gratiam dei propterea gratis dari, ne gratia non sit, non tamquam debitam meritis praecedentibus reddi, fati assertores esse iactatis non intellegentes in iustificandis impiis sicut propterea merita non sunt, quia dei gratia est, ita propterea non esse fatum, quia dei gratia est, ita propterea non esse acceptionem personarum, quia dei gratia est?

12. Fatum quippe qui adfirmant, de siderum positione ad tempus, quo concipitur quisque uel nascitur, quas constellationes uocant, non solum actus et euenta, uerum etiam ipsas nostras uoluntates pendere contendunt; dei uero gratia non solum omnia sidera et omnes caelos, uerum etiam omnes angelos supergreditur. deinde fati assertores et bona et mala hominum fato tribuunt; deus autem in malis hominum merita eorum debita retributione persequitur, bona uero per indebitam gratiam misericordi uoluntate largitur, utrumque faciens non per stellarum temporale consortium, sed per suae seueritatis et bonitatis aeternum altumque consilium. neutrum

12 cf. Rom. 11, 6 17 cf. Col. 3, 25

1 reputandum *O* (t *s. ras. m1; in mg. m2* ł repudiandu ł rephutandū) est *om.C* 2 maritum *F* aliis *Cm3D* 3 alii non baptizati *om.EF* 5 filiis hominum *D* parentum nullis *B* meritis suis] propriis meritis *OB* nempe reticetis *om.OB* 7 dicis *D* fatum *om.EF* 11 tamen *om.D* 13 sit] *add.* et *bd* 14 iactitatis *B* in *om. Vb* 15 ita propterea] Item *D* 17 personarum acceptionem *D* quia—*473, 16* personarum *om.D* 18 fa*tum *B* sider*um positione**O* 20 non—uerum *in mg. Om2* auctus *B* uoluntа*tes *O* 22 supergraditur *O* super*greditur *V* fati*B* as***sertores *O* 23 tribuunt *om.Om1* 24 hominibus *OB* debita *O* (d *in ras. m2*, bi *in mg.*, ta *prox. u.*) bonā *C* 26 temporale**O* 27 et bonitatis *s.l.Om1*

ergo pertinere uidemus ad fatum. hic si respondetis hanc ipsam dei beniuolentiam, qua non merita sequitur, sed bona indebita gratuita bonitate largitur, fatum potius esse dicendum, cum hanc apostolus gratiam uocet dicens: g r a t i a s a l u i f a c t i e s t i s p e r f i d e m et h o c n o n e x u o b i s, s e d d e i d o n u m e s t, n o n e x o p e r i b u s, n e f o r t e q u i s e x t o l l a t u r, nonne adtenditis, nonne perspicitis non a nobis diuinae gratiae nomine fatum asseri, sed a uobis potius diuinam gratiam fati nomine nuncupari?

VII. 13. Itemque acceptio personarum ibi recte dicitur, ubi ille qui iudicat relinquens causae meritum, de qua iudicat, alteri contra alterum suffragatur, quia inuenit aliquid in persona, quod honore uel miseratione sit dignum. si autem quispiam duos habeat debitores et alteri uelit dimittere debitum, alterum exigere, cui uult donat, sed neminem fraudat nec acceptio personarum dicenda est, quando iniquitas nulla est; alioquin eis, qui parum intellegunt, potest acceptio personarum uideri, ubi uineae dominus operariis, qui una hora illic opus fecerunt, tantum dedit quantum illis, qui pertulerunt pondus diei et aestus, aequales faciens in mercede, quorum tam magna distantia fuerat in labore. sed quid respondit de hac uelut acceptione personarum aduersus patrem familias murmurantibus? a m i c e, inquit, n o n f a c i o t i b i i n i u r i a m. n o n n e e x d e n a r i o c o n u e n i s t i m e c u m? t o l l e q u o d t u u m e s t et u a d e. u o l o a u t e m et h u i c n o u i s s i m o d a r e s i c u t et t i b i. a n n o n l i c e t m i h i q u o d u o l o f a c e r e? an o c u l u s t u u s n e q u a m est, q u i a e g o b o n u s s u m? nempe hic tota iustitia est: 'hoc uolo. tibi', inquit, 'reddidi, huic donaui neque, ut huic donarem, tibi aliquid abstuli aut quod debebam uel minui uel negaui. a n n o n l i c e t m i h i f a c e r e q u o d u o l o? an o c u l u s t u u s n e q u a m est, q u i a e g o b o n u s s u m?'

4 Eph. 2, 8. 9 16 cf. Matth. 20, 9—12 21 Matth. 20, 13—15 28 Matth. 20, 15

1 si *om.CVb* dei *om.F* 2 qu*a *V* indebita] non debita *F* 5 *alt.* non *om.EF* 9 item quae *b* 10 indicat *B* relinquens—iudicat *om.EF* 11 honore *ex* onere *O* 12 habea*t *O* 13 uellet *b* 16 persorū *C* uideri] uidere est *D* 18 aęquales (a *init. m2 add.*) *O* in *exp. D* 19 fuer*at** *O* sed] si *B* quid *om.Om1* ueluti *CDEFbd* 20 patremfamilia *V* murmorantibus *Om1* 27 neque—negaui *sequuntur post* uolo *lin. 28 D* darem *D* autem *D* debebam (*alt.* b *s.l.*) *B* 28 Anno *C*

sicut ergo hic nulla est acceptio personarum, quia sic alius gratis honoratur, ut alius debito non fraudetur, sic etiam cum secundum propositum dei uocatur alius, alius non uocatur, uocatio datur gratuitum bonum, cuius boni est uocatio ipsa principium, non uocato redditur malum, quia omnes rei sunt ex eo, quod per unum hominem peccatum intrauit in mundum. et in illa quidem operariorum similitudine, ubi unum denarium acceperunt qui una hora et qui duodecies tantum laborauerunt, qui utique secundum rationes humanas, sed uanas pro quantitate laboris sui duodecim denarios accipere debuerunt, utrique in bono coaequati, non alii liberati, alii damnati sunt, quia et illi, qui plus laborauerunt et quod sic uocati sunt, ut uenirent, et quod sic pasti, ut non deficerent, ab ipso patre familias habuerunt. ubi autem dicitur: e r g o c u i u u l t m i s e r e t u r e t q u e m u u l t o b d u r a t, qui facit aliud uas in honorem, aliud in contumeliam, bonum quidem immerito et gratis datur, quia ex eadem massa est cui datur, malum uero merito et debitum redditur, quia in massa perditionis malum malo non male redditur, et ei cui redditur malum est, quia supplicium eius est, ei uero, a quo redditur, bonum est, quia recte factum eius est. nec ulla est acceptio personarum in duobus debitoribus aequaliter reis, si alteri dimittitur, alter exigitur, quod pariter ab utroque debetur.

14. Sed ut id quod dicimus alicuius exempli manifestatione clarescat, constituamus aliquos ab aliqua meretrice geminos editos atque, ut ab aliis colligerentur, expositos: horum sine baptismo exspirauit unus, alius baptizatus. quod hic fatum fortunamue fuisse dicamus, quae omnino nulla sunt? quam personarum acceptionem,

2 cf. Rom. 8, 28 5 cf. Rom. 5, 12 13 Rom. 9, 18. 21

1 sic *Om1* gratis *om.OB* 3 alius uocatur *B* *alt.* alius *om.Om1* uocatu *Om1* c*ratui tum *Om1* 4 uocato*O 5 qui *O* omnes—ex] reus est ex *D* ex *om.OB* 6 *alt.* in *s.l.O,om.D* 7 qui*O hor *V* quia *B* duo deciens *CV* 10 utique *OBD* coequati *Om1* 12 quod *om. V* pasti] laborauerunt *D* deficeret *Om1* patremfamilias *V* 14 indurat *D* 16 est *add. m2O* non datur *Bbd* 17 creditur *V* et] sed *OB* et—redditur *s.l.m2O, om.C* 18 redditur] creditur *V* eius *om.V* 19 est *eras.O* rectum *OD* *alt.* est *om.OB* 20 reis] eis *O* est *B* dimittuntur *Om1* 21 alteri *D* exagitur *Om1* ab *om.O* 22 ut*O 23 aliqua] alia *V* meretrice*O 24 expirauit *BCD* 25 alius] *add.* est *B* quid *O* fa*tum (e *exp. m. rec.*) *V* fortumue *Om1* dicamus fuisse *B*

cum apud deum nulla esset, etiam si in istis ulla esse potuisset, qui utique nihil habebant, unde alter alteri praeferretur, meritaque nulla propria, siue bona, quibus mereretur alius baptizari, siue mala, quibus aliùs sine baptismate mori? an aliqua parentum fuerunt, ubi fornicator pater, meretrix mater? sed qualiacumque illa fuerint, non utique istis tam diuersa condicione morientibus ulla diuersa, sed utrique communia. si ergo nec fatum, quia nullae stellae ista decernunt, nec fortuna, quia non fortuiti casus haec agunt, nec personarum nec meritorum diuersitas hoc fecerunt, quid restat, quantum ad baptizatum adtinet, nisi gratia dei, quae uasis factis in honorem gratis datur, quantum autem ad non baptizatum, ira dei, quae uasis factis in contumeliam pro ipsius massae meritis redditur? sed in illo, qui baptizatus est, gratiam dei uos confiteri cogimus et meritum eius nullum praecessisse conuincimus; de illo autem sine baptismate mortuo, cur ei defuerit sacramentum, quod et uos fatemini omnibus aetatibus necessarium, et quid isto modo in eo fuerit uindicatum, uos uideritis, qui non uultis esse originale delictum.

15. Nobis in duobus istis geminis unam procul dubio habentibus causam difficultatem quaestionis, cur alius sic, alius uero sic mortuus est, uelut non soluendo soluit apostolus. qui cum et ipse de duobus geminis tale aliquid proposuisset, propter quod non ex operibus, quia nondum operati fuerant aliquid boni uel mali, sed ex uocante dictum est: m a i o r s e r u i e t m i n o r i, et: I a c o b d i l e x i, E s a u a u t e m o d i o h a b u i, et huius profunditatis horrorem usque ad hoc perduxisset, ut diceret: e r g o c u i u s u u l t m i s e r e t u r et q u e m u u l t o b d u r a t, sensit continuo quid moueret et sibi uerba contradicentis, quae apostolica auctoritate coherceret,

11 cf. Rom, 9, 21 22 cf. Rom. 9, 11. 12 24 Rom. 9, 13 26 Rom. 9, 18

1 cum] quae *Vb* dnm *B* 3 merita quę *Om2* sine *C* 7 utrisque *D* 8 fa*tum *B* fatuim *D* non] nec *D* 11 dei *om.Om1* honore *OF* 12 factis *om.V* 13 meritis ritis *D* baptizatur *D* gratiam—*476, 15* in gloriam *om.D* 14 dei *om.O* cogitamus *B* cogitęmus *C* 16 nos *B* fatimini *O* 17 et *ex* ut *O* eos *CEF* 18 esse *om.EF* orientale *Cm1* 20 *alt.* sic *om.F* 21 et *om.O* 22 propter quos *CVb* 25 errorem *EF* 27 sentit *B* 28 siui *Om1* siti *B* coerceret *OBEF*

opposuit. ait enim: dicis itaque mihi: quid adhuc conqueritur? nam uoluntati eius quis resistit? respondit que ista dicenti: o homo, tu quis es, qui respondeas deo? numquid dicit figmentum ei qui se finxit: quare sic me fecisti? an non habet potestatem figulus luti ex eadem conspersione facere aliud quidem uas in honorem aliud in contumeliam? deinde secutus tam magnum abditumque secretum, quantum aperiendum esse hominibus iudicauit, aperuit dicens: si autem uolens deus ostendere iram et demonstrare potentiam suam adtulit in multa patientia uasa irae, quae perfecta sunt in perditionem, et ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam. hoc est gratiae dei non solum adiutorium, uerum etiam documentum, adiutorium scilicet in uasis misericordiae, in uasis autem irae documentum; in eis enim ostendit iram et demonstrat potentiam suam, quia tam potens est bonitas eius, ut bene utatur etiam malis, et in eis notas facit diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quoniam quod ab irae uasis exigit iustitia punientis, hoc uasis misericordiae dimittit gratia liberantis. nec beneficium, quod quibusdam gratis tribuitur, appareret, nisi deus aliis ex eadem massa pariter reis iusto supplicio condemnatis quid utrisque deberetur ostenderet. quis enim te discernit? ait idem apostolus homini tamquam de semet ipso et de suo proprio bono glorianti. quis enim te discernit? utique ab irae uasis, a massa perditionis, quae per unum omnes misit in damnationem. quis te discernit? et tamquam respondisset: 'discernit me fides mea, propositum meum, meritum meum': quid enim

1 Rom. 9, 19 3 Rom. 9, 20. 21 10 Rom. 9, 22. 23 25—30 I Cor. 4, 7

1 conqueritur *C* 2 qui *C* 3 qui] quis *B* 6 consparsione] massa *Cm2Vbd* 10 indicauit *B* autem *om.B* 11 monstrare *F* 13 et *om.B* 14 facere *Om1* suae *om.B* 15 hic *EF* 18 his *C* (h *in ras.*) enim] autem *EF* iram ostendit *O* ostendit] est *EF* demonstra *B* 19 patientiam *b* 21 uasis *O,B* (is *s.l.*) 23 apparet *O* 24 deus *om.CDEF* supplicio] iudicio *D* damna∗tis *O* 26 de *pr.*] a *O* 27 bono *om.OF* 30 meritum meum *om.F*

habes, inquit, quod non accepisti? si autem et accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? hoc est, quasi de tuo sit, unde discerneris. ergo ille discernit, qui unde discernaris impertit, poenam debitam remouendo, indebitam gratiam largiendo; ille discernit, qui, cum tenebrae essent super abyssum, dixit: fiat lux, et facta est lux; et diuisit, hoc est discreuit, inter lucem et tenebras. non enim cum solae essent tenebrae, quid discerneret inuenit, sed lucem faciendo discreuit, ut iustificatis impiis dicatur: fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ac sic qui gloriatur non in se ipso, sed in domino glorietur. ille discernit, qui de nondum natis neque qui aliquid egerint boni aut mali, ut secundum electionem propositum eius maneret, non ex operibus, sed ex se ipso uocante dixit: maior seruiet minori atque id ipsum commendans postea per prophetam: Iacob, inquit, dilexi, Esau autem odio habui. electionem quippe dixit, ubi deus non ab alio factum quod eligat inuenit, sed quod inueniat ipse facit, sicut de reliquiis Israhel scriptum est: reliquiae per electionem gratiae factae sunt. si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia. propter quod profecto desipitis, quia dicente ueritate: non ex operibus, sed ex uocante dictum est, uos dicitis 'ex futuris operibus quae deus illum facturum esse praesciebat, Iacob fuisse dilectum', atque ita contradicitis apostolo dicenti: non ex operibus, quasi non posset dicere: 'non ex praesentibus, sed futuris operibus'. sed ait: non ex operibus, ut gratiam commendaret; si autem gratia, iam non ex operibus;

5 cf. Gen. 1, 2 6 Gen. 1, 3. 4 9 Eph. 5, 8 10 cf. II Cor. 10, 17
11 cf. Rom. 9, 11. 12 14 Rom. 9, 13. Gen. 25, 23 15 Mal. 2, 3 18 Rom. 11, 5. 6
22 Rom. 9, 12 27 Rom. 11, 6

1 inquit *om.EF* et *om.O* 3 ille] *add.* qui*O* 4 remouendo] relaxando *in ras.D* indebitam *om.D* 6 discernit *B* 7 solae *O* (o *m1 ex* a) 8 decreuit *V* 9 enim *om.OD* 11 ipso *om.D* illic *B* nūdum *B* 12 qui neque *DEF* qui] ue *V*, *om.OC* egerant *DEFd* aut] et *D* aut *Cm1* 13 se *s.l.OB*, *om.D* 14 ex uocante qui dixit *D* id *om.D* 15 commendans propheta postea Iacob *sqq.D* dilexi*B* 16 electione *Vb* 19 saluę factę *OC* (saluę *s.l.m2*), *DEF* 21 desipitis profecto *B* qui *codd. praeter O* 22 dictum est *om.D* 23 operibus futuris *OB* praeciebat *B* 25 non *fin. om. EF* 26 ex futuris *D* 27 autem] enim *OBCD* iam *om.O*

alioquin gratia iam non est gratia. praecedit namque non debita, sed gratuita gratia, ut per illam fiant bona opera, ne, si praecesserint bona opera, tamquam operibus reddatur gratia ac sic gratia iam non sit gratia.

16. Sed ut uobis auferretur omnis uestrae caliginis latebra, propterea geminos tales proposui, qui neque parentum meritis iuuarentur et ambo in infantiae primordio, unus baptizatus, alter sine baptismate, morerentur, ne diceretis deum, sicut de Iacob et Esau contra apostolum dicitis, opera eorum futura praescisse. quomodo enim praesciuit ea futura, quae illis in infantia morituris, quia praescientia eius falli non potest, praesciuit potius non futura? aut quid prodest eis, qui rapiuntur ex hac uita, ne malitia mutet intellectum eorum aut ne fictio decipiat animam eorum, si peccatum etiam, quod non est factum, dictum, cogitatum, tamquam commissum fuerit, sic punitur? quodsi absurdissimum, insulsissimum, dementissimum est quoslibet homines ex his peccatis, quorum nec reatum ex parentibus trahere, sicut dicitis, nec ea non solum committere, sed nec saltem cogitare potuerunt, esse damnandos, redit ad uos frater ille geminus baptizati non baptizatus et tacitus quaerit a uobis, unde fuerit a fraterna felicitate discretus, cur illa infelicitate punitus, ut illo in dei filios adoptato ipse non acciperet omnibus aetatibus necessarium, sicut fatemini, sacramentum, si quemadmodum nulla est fortuna uel fatum uel apud deum acceptio personarum, ita nullum est gratiae sine meritis donum, nullum originale peccatum. huic prorsus infanti linguam uestram uocemque summittitis, huic non loquenti quid loquamini non habetis.

VIII. 17. Iam nunc uideamus, ut possumus, hoc ipsum, quod uolunt praecedere in homine, ut adiutorio gratiae dignus habeatur et

12 cf. Sap. 4, 11 21 cf. Eph. 1, 5 23 cf. Col. 3, 25

1 iam *om.O* praecedit—gratuita *om.Vb* 2 gratia] *add.* utique *Vb* ne] nam *EF* ne si] nisi *C* 3 ac sic gratia *om.O* 4 *pr.* gratiam *B* 5 nobis *C* auferetur *C* auferreṛetur *D* 7 in *om.CDEFbd* et alter *D* 8 moreretur *Cm3D* 9 dicis *Om1* 11 aut *om.Om1* 12 malitiamet *Om1* 13 decipia*t *O* etiam] eorum *D* 17 sicut *om.B* sed *om.B* 18 saltim *O* redit ad uos] sed ita uos *O* sed *B* si frater *O* (si *s.l. m3*) 20 punitur *C* 21 filio *OVb* 24 donum sine meritis *B* sine *om.V* orientale *Cm1* 25 submittitis *DEF* non *om.DB* 26 quod *B* habe**tis *B* habebitis *D* 28 et] ut alicui *D* et cui merito—retribuatur *om.V*

cui merito eius non tamquam indebita tribuatur, sed debita gratia retribuatur ac sic gratia iam non sit gratia, uideamus tamen quid illud sit. *sub nomine*, inquiunt, *gratiae ita fatum asserunt, ut dicant, quia, nisi inuito et reluctanti homini inspirauerit boni et ipsius imperfecti cupiditatem, nec a malo declinare nec bonum possit arripere.* iam de fato et gratia quam inania loquantur ostendimus. nunc illud est, quod debemus aduertere, utrum inuito et reluctanti homini deus inspiret boni cupiditatem, ut iam non sit reluctans, non sit inuitus, sed consentiens bono et uolens bonum. isti enim uolunt in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni, ut huius coepti meritum etiam perficiendi gratia consequatur. si tamen hoc saltem uolunt; Pelagius enim 'facilius' dicit impleri quod bonum est, si adiuuet gratia. quo additamento, id est addendo 'facilius', utique significat hoc se sapere, quod, etiamsi gratiae defuerit adiutorium, potest quamuis difficilius impleri bonum per liberum arbitrium. sed isti quid in hac re sentiant, non de illo auctore huius heresis praescribamus — permittamus eos cum suo libero arbitrio esse liberos et ab ipso Pelagio — atque ista uerba eorum, quae in hac cui respondemus epistula posuerunt, potius adtendamus.

18. Hoc enim nobis obiciendum putarunt, quod 'inuito et reluctanti homini deum dicamus inspirare' non quanticumque boni, sed 'et ipsius imperfecti cupiditatem'. fortassis ergo ipsi eo modo saltem seruant locum gratiae, ut sine illa putent hominem posse habere boni, sed imperfecti cupiditatem, perfecti autem non 'facilius' per illam posse, sed nisi per illam ommino non posse. uerum et sic gratiam dei dicunt secundum merita nostra dari, quod in oriente Pelagius ecclesiasticis gestis damnari timendo damnauit. si enim

2 cf. Rom. 11, 6 (CSEL XLII 149, 6) 3 Iulianus, cf. p. 469, 13 20 Iulianus 12 cf. De gratia Christi 29, 30 26 cf. De gestis Pelagii 14, 30 (CSEL XLII 84, 15).

1 **eius *O* (e/ *ex* t, i *s. l.*) tribuatur sed debita *om. OD* 2 sit] est *OB* 3 fa*tum *OD* 5 bonum et ipsam inperfecti cupid. *OBV; cf. 469, 15 et infra lin. 22* 6 fa*to *O* inani *O* ostendimus] *add.* usq: in finem huius libri et inuenies *O* 8 sit *s.l.m2O* 10 in] ut *O* *post* ipso *eras.* ipso *O* 11 ut] et *O* 12 saltim *O* dicit *O* (*s. l. m1* facilius) 13 quo**O* 14 se *om. D* 16 istis *Dbd* qui *Vb* sentiunt *Vb* auctore illo *OB* 17 haeresis *OD* suos *C* 18 ipso] isto *OB* atque] ad quem *V* 20 enim *om. D* reluctati *C* 21 non *om. D* 22 et *s.l. B* ipsis *V* 23 saltem *om. OB* 25 *pr.* illa *C* 27 geritis *Om1*

sine dei gratia per nos incipit cupiditas boni, ipsum coeptum erit meritum, cui tamquam ex debito gratiae ueniat adiutorium, ac sic gratia dei non gratis donabitur, sed secundum meritum nostrum dabitur. dominus autem, ut responderet futuro Pelagio, non ait: 'sine me difficile potestis aliquid facere', sed ait: s i n e m e n i h i l p o t e s t i s f a c e r e. et ut responderet futuris etiam istis in eadem ipsa euangelica sententia, non ait: s i n e m e n i h i l p o t e s t i s 'perficere', sed f a c e r e. nam si 'perficere' dixisset, possent isti dicere non ad incipiendum bonum, quod a nobis est, sed ad perficiendum esse dei adiutorium necessarium. uerum audiant et apostolum. dominus enim cum ait: s i n e m e n i h i l p o t e s t i s f a c e r e, hoc uno uerbo initium finemque conprehendit: apostolus uero tamquam sententiae dominicae expositor apertius utrumque distinxit dicens: q u o n i a m q u i i n u o b i s o p u s b o n u m c o e p i t, p e r f i c i e t u s q u e i n d i e m C h r i s t i I e s u. sed in scripturis sanctis apud eundem apostolum isto unde loquimur amplius inuenimus. loquimur enim nunc de boni cupiditate, quam si uolunt a nobis incipere, a domino perfici, uideant quid respondeant dicenti apostolo: n o n q u i a i d o n e i s u m u s c o g i t a r e a l i q u i d q u a s i e x n o b i s m e t i p s i s, s e d s u f f i c i e n t i a n o s t r a e x d e o e s t. 'cogitare' ait 'aliquid', utique bonum; minus est autem cogitare quam cupere. cogitamus quippe omne quod cupimus nec tamen cupimus omne quod cogitamus, quoniam nonnumquam et quod non cupimus cogitamus. cum igitur minus sit cogitare quam cupere — potest enim homo cogitare bonum, quod nondum cupit, et proficiendo postea cupere, quod antea non cupiendo cogitauit —, quomodo ad id quod minus est, id est ad cogitandum aliquid boni, non sumus idonei tamquam ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est et ad id quod est amplius, id est ad cupiendum aliquid boni, sine diuino adiutorio idonei sumus ex libero arbitrio? neque enim et hic apostolus

5. 11 Ioh. 15, 5 14 Phil. 1, 6 19 II Cor. 3, 5

2 tamquam] iam *D* 5 facere aliquid *B* 6 potestis *om.O* 7 sententia *D* 8 *pr.* perf. *s. ras. D* possent *om.OB* 9 dicerent *OB* a nobis *om.Om1* ad *om.B* 10 uerum] unde *D* 13 apertius] penitus *D* 16 istud *BC* loquamur *D* 18 quams*i**O* (*ex* soli) uoluntario his incipere *Vb* 20 aliquid] *add.* a nobis *DEF* 22 cupire *O* 23 nec—quod *om.Om1* 24 non *s.l.O* 26 nundum *B* 27 cupiendo non cogitauit *E* 30 quot *Om1* amplius est *D*

ait: n o n q u i a i d o n e i s u m u s c o g i t a r e ‘quod perfectum est‘, tamquam ex nobismet ipsis, sed c o g i t a r e ait a l i q u i d, cui contrarium est nihil. unde est illud domini: s i n e m e n i h i l p o t e s t i s f a c e r e.

IX. 19. Sed nimirum quod scriptum est: h o m i n i s e s t p r a e p a r a r e c o r e t a d o m i n o r e s p o n s i o l i n g u a e non bene intellegendo falluntur, ut existiment cor praeparare, hoc est bonum inchoare, sine adiutorio gratiae dei ad hominem pertinere. absit, ut sic intellegant filii promissionis, tamquam cum audierint dominum dicentem: s i n e m e n i h i l p o t e s t i s f a c e r e, quasi conuincant eum dicentes: ‘ecce sine te possumus cor praeparare‘, aut cum audierint a Paulo apostolo: n o n q u i a i d o n e i s u m u s c o g i t a r e a l i q u i d q u a s i e x n o b i s m e t i p s i s, s e d s u f f i c i e n t i a n o s t r a e x d e o e s t, tamquam et ipsum conuincant dicentes: ‘ecce idonei sumus ex nobismet ipsis praeparare cor ac per hoc et boni aliquid cogitare‘. quis enim potest sine bona cogitatione ad bonum cor praeparare? absit, ut sic intellegant nisi superbi sui arbitrii defensores et fidei catholicae desertores. ideo quippe scriptum est: h o m i n i s e s t p r a e p a r a r e c o r e t a d o m i n o r e s p o n s i o l i n g u a e, quia homo praeparat cor, non tamen sine adiutorio dei, qui sic tangit cor, ut homo praeparet cor. in responsione autem linguae, id est in eo quod praeparato cordi lingua diuina respondet, nihil operis habet homo, sed totum est a domino deo.

20. Nam sicut dictum est: h o m i n i s e s t p r a e p a r a r e c o r e t a d o m i n o r e s p o n s i o l i n g u a e, ita etiam dictum est: a p e r i o s e t a d i n p l e b o i l l u d. quamuis enim nisi

3 Ioh. 15, 5 5. 19. 25 Prou. 16, 1 9 cf. Rom. 9, 8 10 Ioh. 15, 5 12 II Cor. 3, 5 27 Ps. 80, 11

1 perfectum] factum *O* (i *s.* a *m2*) 2 ait *m2 ex* an *O* aliquid] *add.* a nobis *D* 3 cui *om.O* *pr.* est *om.O* 5 ed *B* 6 parare *D* cor *om.Om1* dno gressus eius diriguntur nam concupisci *sqq.* (= *483, 8*) *D* 8 incoare *O* 9 ut ** *O* sic *m2 ex* sit *O*, *om. EF* audierit *Om1* 10 dm̄ *Om1* qu*asi *O* quiasi *Vb* 11 possum *EF* aut *O* (a *add. m2*) 12 audierint apostolum paulum *O* paullo *B* sumus *bis pon. C* 15 ex] a *O* met ipsis *om.O* 16 et *om.F* cogitare *in ras. B* quis] uis *B* sine *om.Vb* 17 absit *om.Om1* 18 et *om.Om1* 19 *alt.* est *O* (s *add. m2*) et—cor *in mg. m2O* 21 ut—cor *in mg. B* praeparet cor] p̄paretur *O* 23 respondit *V* 27 apri *Om1* *post* os *eras.* tuum *O* *ante* implebo *eras.* ego *O* (ad *s.* im *m2*)

adiuuante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento et opere nostro, inplet autem illud dominus sine opere nostro. nam quid est praeparare cor et os aperire nisi uoluntatem parare? et tamen in eisdem litteris legitur: praeparatur uoluntas a domino, et: labia mea aperies et os meum adnuntiabit laudem tuam. ecce deus admonet, ut praeparemus uoluntatem in eo, quod legimus: hominis est praeparare cor, et tamen, ut hoc faciat homo, adiuuat deus, quia praeparatur uoluntas a domino. et 'aperi os' ita dicit iubendo, ut nemo possit, nisi ipse id faciat adiuuando, cui dicitur: labia mea aperies. an numquid isti usque adeo desipiunt, ut aliud os, aliud labia esse contendant et mirabili uanitate hominem dicant os aperire, labia hominis deum? quamquam deus illos et ab hac absurditate conpescit, ubi ad Moysen famulum suum dicit: ego aperiam os tuum et instruam te quae debeas loqui. in sententia ergo illa, ubi dicitur: aperi os et adinplebo illud, quasi unum eorum uidetur ad hominem pertinere, alterum ad deum, in hac autem, ubi dicitur: ego aperiam os tuum et instruam te, utrumque ad deum. quare hoc, nisi quia in uno istorum cooperatur homini facienti, alterum solus facit?

21. Quapropter multa deus facit in homine bona, quae non facit homo, nulla uero facit homo, quae non deus facit ut faciat homo. proinde cupiditas boni non homini a domino esset, si bonum non esset; si autem bonum est, non nisi ab illo nobis est, qui summe atque incommutabiliter bonus est. quid est enim boni cupiditas nisi caritas, de qua Iohannes apostolus sine ambiguitate loquitur dicens: caritas ex deo est? nec

5 Prou. 8, 35 Ps. 50, 17 11 Ps. 50, 17 15. 19 Ex. 4, 12 22 multa—ut faciat homo] cf. Prosperi Aquitani sent. ex Aug. delib. 314 (LI 475 M) 28 I Ioh. 4, 7

2 nos] os *O* aumento *Om1* et] ex *F* inplet — nostro *om. OBEF* 4 parere *C* praeparare *F* 6 aperie*s *O* adnuntiauit *Om1V* 7 dn̄s *V* 10 aperit *b* dicit *om. b* iuuendo *Om1* 11 an] at *OB, om. bd* 12 istorum aliqui ita desipiunt *bd* 13 contendunt *Om1* 16 te *om. C* 17 adimpleuo *Om1* 18 eorum *om. Vb* *pr.* ad *om. Om1* dn̄m *B* 20 utrumque *om. Om1* dn̄m *Vb* undistorum *Om1* 22 qu*apropter *B* 23 quae n̄ ds̄ *add. m2O* facit deus *EFbd* 27 iohannis *V*

initium eius ex nobis et perfectio eius ex deo, sed, si caritas ex deo est, tota nobis ex deo est. auertat enim deus hanc amentiam, ut in donis eius nos priores faciamus, posteriorem ipsum, quoniam misericordia eius praeueniet me et ipse est, cui fideliter ueraciterque cantatur: quoniam praeuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. et quid hic aptius intellegitur quam ipsa de qua loquimur cupiditas boni? tunc enim bonum concupisci incipit, quando dulcescere coeperit; quando autem timore poenae, non amore iustitiae fit bonum, nondum bene fit bonum nec fit in corde, quod fieri uidetur in opere, quando mallet homo non facere, si posset inpune. ergo benedictio dulcedinis est gratia dei, qua fit in nobis, ut nos delectet et cupiamus, hoc est amemus, quod praecipit nobis. in qua si nos non praeuenit deus, non solum non perficitur, sed nec inchoatur ex nobis. si enim sine illo nihil possumus facere, profecto nec incipere nec perficere, quia, ut incipiamus, dictum est: misericordia eius praeueniet me, et ut perficiamus, dictum est: misericordia eius subsequetur me.

X. 22. Quid est ergo, quod in consequentibus, ubi ea, quae ipsi sentiunt, commemorant, dicunt se confiteri 'gratiam quoque adiuuare uniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium uirtutis inmittere'? hoc quippe ita dicunt, uelut homo a se ipso sine adiutorio dei habeat propositum bonum studiumque uirtutis, quo merito praecedente dignus sit adiuuari dei gratia subsequente. putant enim fortasse ita dixisse apostolum: scimus quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum uocati sunt, ut propositum hominis uellet intellegi, quod propositum tamquam bonum meritum

4. 16 Ps. 58, 11 5 Ps. 20, 4 17 Ps. 22, 6 20 Iulianus cf. 469, 18 25 Rom. 8, 28

2 *pr.* est *om. EFbd* hac *Om1* 3 posteriores *O* 6 benedictione *CEFbd* dulcidinis *Om1* 8 *a uoce* concupisci *incip. D* 9 nundum *B* 10 quod *om. C* 11 faceret *Cm1* benedictionis *D* est] et *O* 12 quae *Om2* 13 prȩcepit *OB* non nos *CD* nos *om. B* 14 ex] in *C* 16 incipiamus] cupiamus *D* 17 et *om. bd* 18 subsequatur *Om1* subsequitur *V* 19 ergo *om. E* 21 deluctanti *Cm1* 22 inmittere] *add.* quo merito *EF* 23 uirtutum *O* 24 gratia*O* 25 apostolo *V* 26 cooperatur *CEFd* 27 uocati sunt] *add.* sancti *EF*

sequatur misericordia uocantis dei, ignorantes ideo dictum esse: qui secundum propositum uocati sunt, ut dei, non hominis propositum intellegatur, quo eos, quos praesciuit et praedestinauit conformes imaginis filii sui, elegit ante mundi constitutionem. non enim omnes uocati secundum propositum sunt uocati, quoniam multi uocati, pauci electi. ipsi ergo secundum propositum uocati, qui electi ante constitutionem mundi. de hoc proposito dei dictum est et illud, quod iam commemoraui de geminis Esau et Iacob: ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei quia maior seruiet minori. hoc propositum dei et illo commemoratur loco, ubi ad Timotheum scribens ait: conlabora euangelio secundum uirtutem dei saluos nos facientis et uocantis uocatione sua sancta non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum et gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu ante saecula aeterna, manifestata autem nunc per aduentum saluatoris nostri Iesu Christi. hoc ergo est propositum dei, unde dicitur: omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum uocati sunt. hominis autem propositum bonum adiuuat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset nisi praecederet gratia. studium quoque hominis, quod dicitur bonum, quamuis, cum esse coeperit, adiuuetur gratia, non tamen incipit sine gratia, sed ab illo inspiratur, de quo dicit apostolus: gratias autem deo, qui dedit idem studium pro uobis in corde Titi. si studium, quisque ut pro aliis habeat, deus dat, ut pro se ipso habeat, quis alius est daturus?

2. 3 Rom. 8, 28. 29 5 cf. Eph. 1, 4 6 cf. Matth. 20, 16 9 Rom. 9, 11—13 13 II Tim. 1, 8—10 20 Rom. 8, 28 26 II Cor. 8, 16

1 misericordiam *O* misericordiā *V* dei *om.O* 2 uocati sunt] *add.* sancti *F* 3 eo *C* quos *om.D* 4 ut conformes *C* imagines *Om1* imagini *B* 5 eligit *Om1CV* 8 et *om.Om1* 11 ei *om.Vbd* quia *om.Vb* 12 commemora*tur *O* 13 thimotheum *O* 14 facientes *V* 15 *post* uocantis *eras.* uocantis *B* 19 nunc *om.D* xpi ihu *BV* 20 est ergo *DEFbd* 21 cooperatur *CEFbd* 22 homines *Om1* 23 nec *om.Om1* 27 idem *om.Om1* 28 tyti *B* *post* si *eras.* istum *O* pro *om.Om1* deus—habeat *om.Om1* 29 ipso se *BEFd*

23. Quae cum ita sint, nihil in scripturis sanctis homini a domino uideo iuberi propter probandum liberum arbitrium, quod non inueniatur uel dari ab eius bonitate uel posci propter adiutorium gratiae demonstrandum nec omnino incipit homo ex malo in bonum per initium fidei commutari, nisi hoc in illo agat indebita et gratuita misericordia dei. de qua suam cogitationem recolens quidam, sicut legimus in Psalmis: numquid obliuiscetur, inquit, misereri deus aut continebit in ira sua miserationes suas? et dixi: nunc coepi, haec inmutatio dexterae excelsi. cum ergo dixisset: nunc coepi, non dixit haec inmutatio 'arbitrii mei', sed dexterae excelsi. sic itaque dei gratia cogitetur, ut ab initio bonae mutationis suae usque in finem consummationis qui gloriatur in domino glorietur, quia, sicut nemo potest bonum perficere sine domino, sic nemo incipere sine domino. sed hic sit huius uoluminis terminus, ut legentis reficiatur intentio et ad sequentia reparetur.

7 Ps. 76, 10. 11 13 cf. II Cor. 10, 17 14 cf. Ioh. 15, 5

1 i*ta *O* 3 ueniatur *D* 4 ex malo homo *V* 5 indebitę *C* et *om.C* 8 contenebit *V* misericordias *D* 9 coepit *V* (t *s. l.*) mutatio *BDVbd* 10 cum—excelsi *in mg.B* 11 dixit] ait *CDEFbd* mutatio *DEFbd* arbitrii *O*(i *fin. s.l.m1*) dextera *Om1* 12 imitationis *B* 13 consumationis *V* 14 potes *Om1* perficere] inchoare *D* do *O* 15 incipere] perficere *D* 16 l**gentis *O* (e *s.l.m²*) legentes *Cm1* preparetur *Om1* Amen *O* Expł liber II. Incipit liber III *OCD* Explicit ł scds Inc III *B* finit liber II (*litt. mai.*) *V*

LIBER TERTIVS.

I. 1. Adhuc ea sequuntur quae calumniose nobis obiciunt, nondum ea quae ipsi sentiunt pertexere incipiunt. sed ne prolixitas uoluminum offenderet, haec ipsa quae obiciunt in duos libros partiti sumus; quorum superiore finito, qui totius huius operis liber secundus est, hinc ordimur alterum et eum tertium primo secundoque coniungimus.

II. 2. 'Legem ueteris testamenti nos' aiunt 'dicere non ob hoc datam fuisse, ut iustificaret oboedientes, sed ut grauioris fieret causa peccati'. prorsus non intellegunt quid de lege dicamus, quia id quod dicit apostolus, quem non intellegunt, dicimus. quis enim dicat non iustificari eos qui sunt legi oboedientes, quando, nisi iustificarentur, non possent esse oboedientes? sed dicimus lege fieri, ut deus quid fieri uelit audiatur, gratia uero fieri, ut legi oboediatur; n o n e n i m a u d i t o r e s l e g i s, ait apostolus, i u s t i s u n t a p u d d e u m, s e d f a c t o r e s l e g i s i u s t i f i c a b u n t u r. lex ergo auditores iustitiae facit, gratia factores. q u o d e n i m i n p o s s i b i l e e r a t l e g i s, ait idem apostolus, i n q u o i n f i r m a b a t u r p e r c a r n e m, m i s i t d e u s f i l i u m s u u m i n s i m i l i t u d i n e c a r n i s p e c c a t i e t d e p e c c a t o d a m n a u i t p e c c a t u m i n c a r n e, u t i u s t i t i a l e g i s i n p l e r e t u r i n n o b i s, q u i n o n s e c u n d u m c a r n e m a m b u l a m u s, s e d s e c u n d u m s p i r i t u m. ecce quod dicimus, orent, ut aliquando intellegant, non litigent, ut numquam intellegant. inpossibile enim est legem inplere

8 Iulianus 15 Rom. 2, 13 18 Rom. 8, 3. 4

2 ea] *add.* quae *V* 3 que *Om1,om.b* protexere *B* 6 secundoqu∗e *O* 8 legem *B* (1 *in mg.*) dire *Om1* dixisse *D* 9 datū *V* oboedientem *V* grauior *Vb* 10 dicimus *C* 11 dixit *B* 12 obo∗ dientes *V* (e *eras.*) nisi] si non *D* si *b* (*in mg.* ał nisi) 13 obo∗dientes *V* 14 gratia—oboediatur *om.OB* 15 obo∗diatur *V* 18 inpossiuile *Om1* legi *Cm2DVb* eidem *Cm1* 19 infirmamur *D* per] in *D* 20 similitudinem *ODb* 24 o∗rent *O* litigent *V* (i *pr. in ras.*) 25 inpossiuile *Om1* est enim *CDEFbd* impleri *BD*

per carnem, hoc est per carnalem praesumptionem, qua superbi ignorantes dei iustitiam, id est quae ex deo est homini ut sit iustus, et suam uolentes constituere, tamquam per eorum non adiutum diuinitus arbitrium lex possit inpleri, iustitiae dei non sunt subiecti. ideo iustitia legis in eis inpletur, qui non secundum carnem ambulant, id est secundum hominem ignorantem dei iustitiam et suam uolentem constituere, sed ambulant secundum spiritum. quis autem ambulat secundum spiritum, nisi quisquis agitur dei spiritu? quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. ergo littera occidit, spiritus autem uiuificat. nec littera malum est, quia occidit, sed malos praeuaricatione conuincit. lex enim sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. quod ergo bonum est, inquit, mihi factum est mors? absit. sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccator aut peccatum per mandatum. ecce quod est 'littera occidit'. aculeus enim mortis est peccatum, uirtus autem peccati lex; auget quippe prohibendo peccati desideria et inde occidit, nisi subueniendo uiuificet gratia.

3. Ecce quod dicimus, ecce unde nobis obiciunt, quod sic 'legem' dicamus 'datam ut grauioris sit causa peccati', non audientes apostolum dicentem: lex enim iram operatur; ubi enim non est lex, nec praeuaricatio, et: lex praeuaricationis gratia proposita est, donec ueniret semen cui promissum est, et: si data esset lex quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. sed conclusit scriptura omnia sub

2 cf. Rom. 10, 3 5 cf. Rom. 8, 4 8 Rom. 8, 14 10 II Cor. 3, 6 12 Rom. 7, 12. 13 18 I Cor. 15, 56 22 Iulianus 23 Rom. 4, 15 24 Gal. 3, 19. 21. 22

1 hoc est—praesumptionem *om.V* quia *CEF* qu∗a *V* 2 innorantes *B* 4 posset *b* sint *V* 6 uolentes *V* 7 ambulabant *O* quis—spiritum *in mg. m2 add. OV* 8 agitur] ambulat *OB* quodquod *V* 9 dei spiritu *DEFbd* hii *V* 11 praeuaricationes *C* 16 super *CEFV* peccator aut] peccans *Db* 17 quod] quid *DEFbd* 19 perhibendo *C* 20 uiuificaret *O* adiuuet *V*,*b in mg.* 21 sic] si *V* 22 dicamus *bis pos. D* grauior *V* grauioresset *O* (t *add.m2*) 25 posita *CDEFbd* 27 possit *V* omnino] uere *D*

peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. hinc est quod uetus testamentum ex monte Sina, ubi lex data est, in seruitutem generat, quod est Agar. nos autem, inquit, non sumus ancillae filii, sed liberae. non sunt itaque filii liberae, qui legem acceperunt litterae, qua possent non solum peccatores, uerum etiam praeuaricatores insuper demonstrari, sed qui spiritum gratiae, quo lex ipsa sancta et iusta et bona possit impleri. ecce quod dicimus, intendant et non contendant, inluminentur et non calumnientur.

III. 4. *Baptisma quoque*, inquiunt, *non uere homines nouos facere asserunt, id est non plenam dare remissionem peccatorum, sed ex parte filios dei fieri, ex parte autem saeculi filios, id est diaboli, remanere contendunt.* mentiuntur, insidiantur, tergiuersantur; non hoc dicimus. omnes enim homines, qui sunt filii diaboli, etiam filios saeculi, non autem omnes filios saeculi etiam filios diaboli dicimus. absit enim ut filios diaboli dicamus fuisse sanctos patres Abraham, Isaac et Iacob et alios huiusmodi, quando per nuptias generabant, et eos fideles, qui usque nunc et deinceps adhuc generant. nec tamen possumus contradicere domino dicenti: filii saeculi huius nubunt et traduntur ad nuptias. quidam ergo filii saeculi huius sunt et tamen filii diaboli non sunt; quamuis enim diabolus auctor sit et princeps omnium peccatorum, non tamen filios diaboli faciunt quaecumque peccata. peccant enim et filii dei, quoniam, si dixerint se non habere peccatum, se ipsos seducunt et ueritas in eis non est, sed ea condicione peccant, qua sunt adhuc filii huius saeculi; qua uero gratia sunt filii dei, non utique peccant, quia omnis qui natus est ex deo non peccat. filios autem diaboli infidelitas facit, quod peccatum proprie uocatur, quasi solum

2 cf. Gal. 4, 24 3 Gal. 4, 31 10 Iulianus 12 cf. Rom. 9, 8. Luc. 20, 34. I Ioh. 3, 10 19 Luc. 20, 34 24 cf. I Ioh. 1, 8 27 cf. I Ioh. 3, 9

3 data esset *D* seruitute *Vm1* generans *Vb* 5 liberae filii *EFbd* acciperunt *V* 6 possint *V* 7 quod *C* 10 no*uos *O* 12 filios saeculi *DEFbd* 13 contendant *Om1* 14 omnes—dicimus *om. D* 16 dicamus diaboli *D* camus (*om.* di) *C* 17 ysaac *BC* alios] filios *C* 18 et *pr. om. O* 19 domino contradicere *EFbd* dicente *O* 20 huius saeculi *B* traduntur *O* 22 diab. sit autor sit et *B* sit auctor *EFbd* omnium et princeps *D* peccatorum omnium *B* 26 filii adhuc *DEFbd* *post* filii *eras.* di n utique peccant *B* 28 ppriecatur *Om1* proprium *b*

sit, si non exprimatur quale peccatum sit, sicut apostolus cum dicitur, si non exprimatur quis apostolus, non intellegitur nisi Paulus, quia pluribus est epistulis notior et plus omnibus illis laborauit. unde quod ait dominus de spiritu sancto: ipse arguet mundum de peccato, infidelitatem intellegi uoluit. hoc enim cum exponeret ait: de peccato quidem, quia non crediderunt in me, et ubi ait: si non uenissem et locutus eis fuissem, peccatum non haberent. non enim peccatum antea non habebant, sed ipsam uoluit intellegi diffidentiam, qua nec praesenti et loquenti crediderunt pertinentes ad eum, de quo dicit apostolus: secundum principem potestatis aeris, qui nunc operatur in filiis diffidentiae. ergo in quibus non est fides, filii sunt diaboli, quia non habent in interiore homine cur eis dimittatur quidquid hominis infirmitate uel ignoratione uel omnino aliqua mala uoluntate committitur; illi autem filii dei, qui utique si dixerint se non habere peccatum, se ipsos decipiunt et ueritas in eis non est, profecto, quod sequitur: ‘cum confitentur peccata sua‘ — quod filii diaboli non faciunt uel non secundum fidem quae filiorum dei propria est faciunt —, ‘fidelis est et iustus qui dimittat eis peccata et mundet eos ab omni iniquitate‘. ut autem plenius intellegatur quod dicimus, audiatur ipse Iesus, qui filiis dei utique loquebatur dicens: si autem uos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se! si enim filii dei non essent, non eis diceret: pater uester, qui in caelis est. et tamen eos malos esse dicit et nosse bona dare filiis suis. numquid inde mali,

2 I Cor. 15, 10 3—6 Ioh. 16, 8. 9 7 Ioh. 15, 22 11 Eph. 2, 2 16 cf. I Ioh. 1, 8 18 cf. I Ioh. 1, 9 22 Matth. 7, 11

1 si *s.l.V* quale—exprimatur *om.Om1* 2 si *add. Om3* 6 quia] quod *BCDVbd* crediderunt *O* (ider *s.l.m3*) 7 fuissem eis *D* ei *V* 9 *ante* antea *cras.* antea *B* antea *s.l.Om3, om.D* habebant *O* (bant *in mg. m3*) differentiam *O* diferentiã *D* 10 et *ex* nec *B* 12 oparatur *C* 14 quicquid romine infirmitatis uel ignorantiae *EF* nominis *C* uel infirmitate *DVbd* 15 uel ignorantiae *in mg. B* ignorantiae *BDEFbd* committur *Om1* 17 eis *ex* nobis *O* profecto credendo *B* 18 quo *D* faciunt] sint *D* uel] quę *D* 20 demittat *V* 22 filius *V* 25 se *om.B* fili *Om1* esset *Om1* 26 noster *B* 27 nosse (e *s.l.*) esse *D*

unde filii dei? absit, sed inde mali, unde adhuc filii saeculi, iam tamen filii dei facti pignore spiritus sancti.

5. Baptismus igitur abluit quidem peccata omnia, prorsus omnia factorum, dictorum, cogitatorum, siue originalia siue addita siue quae ignoranter siue quae scienter admissa sunt; sed non aufert infirmitatem, cui regeneratus resistit, quando bonum agonem luctatur, consentit autem, quando sicut homo in aliquo delicto praeoccupatur, propter illud gaudens in actione gratiarum, propter hoc autem gemens in allegatione orationum, ibi dicens: quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? hic dicens: dimitte nobis debita nostra; propter illud dicens: diligam te, domine, uirtus mea, propter hoc dicens: miserere mei, domine, quoniam infirmus sum; propter illud dicens: oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos, propter hoc dicens: turbatus est prae ira oculus meus, et innumerabilia, quibus diuinae litterae plenae sunt, quae alternis uocibus uel exultando de dei bonis uel maerendo de nostris malis a filiis dei dicuntur ex fide, quamdiu adhuc filii sunt etiam saeculi huius pro uitae huius infirmitate, quos tamen deus a filiis diaboli non solum lauacro regenerationis, sed ipsius etiam quae per dilectionem operatur fidei probitate discernit, quia iustus ex fide uiuit. haec autem infirmitas, cum qua usque ad corporis mortem defectu et profectu alternante contendimus magnique interest quid uincat in nobis, regeneratione alia consumetur, de qua dominus dicit: in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et uos super

6 cf. II Tim. 4, 7 7 cf. Gal. 6, 1 9 Ps. 115, 3 11 Matth. 6, 12 12 Ps. 17, 2 13 Ps. 6, 3 14 Ps. 24, 15 16 Ps. 30, 10 21 cf. Tit. 3, 5. Gal. 5, 6 22 cf. Rom. 1, 17 26 Math. 19, 28

1 *alt.* filiis *C* 2 spū *O* 3 baptismū *D* peccato *Om1* 4 dittorum *B* cogitatorum *O* (*pr.* t *s.l.m1*) adita *C* 5 admissa *O* (d *s.l.m1*) āmissa *C* 8 gaudent *V* in actio *C* 9 alligatione morationum *O* quid] qui *C* 12 illud] hoc *EF* diligan *C* 13 mei] michi *D* quia *EFd* 15 uellet *C* 17 plena *Om1* 18 uicibus *Dd,b* (*in mg.* ał uocibus) 19 quandiu *O* filiis *C* 20 huius *om.b* 23 autem] *add.* est *D* est autem *b* qua usque—mortem *om.V* 24 magisque *V* quid *O* (d *s.l.m1*) 25 uindicant *Om1* nunc uincat *F* nobis] *add.* donec *DVb* quid in *F* consumentur *C* consumatur *D* 27 et uos *s.l. Om2*, *om.D*

sedes duodecim et cetera. regenerationem quippe hoc loco nullo ambigente nouissimam resurrectionem uocat, quam Paulus quoque apostolus et adoptionem et redemptionem nuncupat dicens: sed etiam nos ipsi primitias habentes spiritus et ipsi in nobismetipsis ingemescimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. numquid non per lauacrum sanctum regenerati, adoptati, redempti sumus? et tamen restat regeneratio, adoptio, redemptio, quam in fine uenturam nunc patienter expectare debemus, ut tunc filii saeculi huius ex nulla parte iam simus. quisquis igitur baptismati derogat, quod modo per illud percipimus, corrumpit fidem; quisquis autem iam nunc ei tribuit, quod quidem per ipsum, sed tamen postea percepturi sumus, amputat spem. nam si a me quispiam quaesierit, utrum per baptismum salui facti fuerimus, negare non potero dicente apostolo: saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti. sed si quaesierit, utrum per idem lauacrum omni prorsus modo iam nos fecerit saluos, respondebo: non ita est. item quippe idem dicit apostolus: spe enim salui facti sumus. spes autem quae uidetur non est spes; quod enim uidet quis, quid et sperat? si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. salus ergo hominis in baptismate facta est, quia dimissum est quod peccati a parentibus traxit uel quidquid etiam proprie ante baptismum ipse peccauit; salus uero eius tanta post erit, ut peccare omnino non possit.

4 Rom. 8, 23 15 Tit. 3, 5 19 Rom. 8, 24. 25

1 sedem *Om1* et cetera *om.b* 2 ambigente nullo *CDEFbd* 3 et *pr. om.B* redemtionem *V* noncupat *B* 4 sed] ed *C* spiritus habentes *EFbd* 5 ingemiscimus *BDEFbd* 7 nunquid *O* 8 adoptiui *O* et redempti *DEFbd* redemti *B* 9 finē *Vm2* uenturum *Om1* 10 huius saeculi *EFVbd* 11 baptismatis *V* quomodo *V* *post* illud *eras.* per illud *O* 12 eis *CV* non per ipsum *F*(non *add. m2*) 13 accepturi *D* 14 quisquam *DEFbd* facto *C* 15 sal*uos *O* 17 spū *Om1* 19 idem quippe item *Dbd* 21 quis, quid] quicquid *B* et *om.OBD* 23 dissum *C* 24 peccatum *b* ap|parentibus *V* a *s. exp.* ex *Cm2* 25 eius] hominis *Db*, *om.EF* post erit] esse non poterit *O* esse poterit *Db* ut omnino peccari *V*

IV. 6. Quibus ita se habentibus ex his etiam illa quae deinceps nobis obiciunt refelluntur. quis enim catholicus dicit, quod nos dicere iactitant, 'spiritum sanctum adiutorem uirtutis in testamento uetere non fuisse', nisi cum uetus testamentum sic intellegimus, quemadmodum dixit apostolus: a monte Sina in seruitutem generans? sed quia in eo praefigurabatur nouum, qui hoc intellegebant tunc homines dei secundum distributionem temporum ueteris quidem testamenti dispensatores et gestatores, sed noui demonstrantur heredes. an uero illum ad testamentum nouum negabimus pertinere, qui dicit: cor mundum crea in me, deus, et spiritum rectum innoua in uisceribus meis? autillum qui dicit: posuit super petram pedes meos et direxit gressus meos et inmisit in os meum canticum nouum, hymnum deo nostro? uel illum ante testamentum uetus, quod est a monte Sina, patrem fidelium, de quo dicit apostolus: fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo inritum facit aut superordinat. Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius. non dicit: 'et seminibus' tamquam in multis, sed tamquam in uno: 'et semini tuo', quod est Christus. hoc autem dico, inquit, testamentum confirmatum a deo quae post quadringentos et triginta annos facta est lex non infirmat ad euacuandam promissionem. si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione; Abrahae autem per promissionem donauit deus?

7. Hic certe si quaeramus, utrum hoc testamentum, quod dicit confirmatum a deo non infirmari a lege quae post quadringentos

3 Iulianus 5 Gal. 4, 24 10 Ps. 50, 12 12 Ps. 39, 3. 4 16 Gal. 3, 15—18

1 sese *D* 2 repellantur *O* repelluntur *B* dicat *DEFbd* quod nos] quos *V* 3 iactant *CDEF* testamento uetere *O* (i *m1*) ueteri testamento *DEFbd* 4 talentum *Om1* 5 apostolus dixit *EFbd* a monte Sina *om.EF* 6 hęc *D* 7 ueteri *D* 9 nouum] uetus *V* negauimus *V* 10 qui *ex* quod *O* spm r i i u *B* 12 su *V* supra *b* 12 dire*xit *O* gressos *V* 14 ante *s.l.Om1* 15 syna *V* 19 et *alt.*] in *B* ex *EF* 21 cristus *C* 22 quod *s.l. Om2EF, om.CV* 23 quadrigentos *V* et *om.EFV* factum *b* est *om.CEFV* 26 repromissionem *DEF* 28 hoc *om.D* honestamentum *C* 29 quadrigentos *V*

et triginta annos facta est, utrum nouum an uetus intellegendum sit, quis respondere dubitet ‘nouum‘,sed in propheticis latebris occultatum, donec ueniret tempus quo reuelaretur in Christo? nam si dixerimus ‘uetus‘, quid erit illud a monte Sina in seruitutem generans? ibi enim facta est lex post quadringentos et triginta annos, qua lege hoc testamentum promissionis Abrahae infirmari non posse confirmat et hoc quod factum est ad Abraham uult potius ad nos pertinere, quos uult esse filios liberae, non ancillae, heredes ex promissione, non lege, cum dicit: si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione; Abrahae autem per promissionem donauit deus, ut quod facta est lex post quadringentos et triginta annos ad hoc subintrauerit, ut abundaret delictum, cum per peccatum praeuaricationis conuincitur hominis superbia de sua iustitia praesumentis, et ubi abundauit delictum, superabundaret gratia per fidem iam humilis hominis in lege deficientis et ad dei misericordiam fugientis. ideo cum dixisset: si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione; Abrahae autem per promissionem donauit deus — tamquam ei diceretur: ut quid ergo postea lex facta est? —, subiunxit atque ait: quid ergo lex? cui mox interrogationi reddidit: praeuaricationis gratia proposita est, donec ueniret semen cui promissum est. hoc identidem ita dicit: si enim qui ex lege heredes sunt, exinanita est fides et euacuata est promissio. lex enim iram operatur; ubi enim non est lex, nec

4 Gal. 4, 24 9 Gal. 3, 18 12 cf. Rom. 5, 20 16 Gal. 3, 18 20 Gal. 3, 19 23 Rom. 4, 14. 15

1 trigintas *C (exp. m3)* utrum *om. V* 2 dubitet] poterit *O* non poterit *B* 3 diximus *Om1* 4 syna *V* 5 quadrigentos *V* 6 habrahe *B* non posse confirmat *om. OB* 7 *pr.* ad] ab *OEFbd* 8 ex *Op. c.* 10 repromissionem *DEF* 11 que *B* lex est *DEFVbd* quadrigentos *V* 12 et *om. CEFV* habundaret *OBCV* 13 per *om. C* hoṃines *C* 14 iustia *O* et *om. EF* 15 superhabundaret *B* superabundauit *CDEFbd* per fidem iam hic monstratur humilitas hominis *B* humilitas *OCm1* hominum *Om1* lege*O* 16 confugientis *B* 18 abrahę autem**promissionem *s. l. Om2* repromissionem *BD* 19 postea facta est lex *Db* lex postea facta est *OB* postea *m2 ex* posita *O* subiuxit *B* subinxit *D* 20 interrogationi **O* 21 p̄posita *B* posita *DEF* 22 est] sunt *C* idemptidem *B* 23 ergo exinanita *OB* 24 *pr.* est] sunt *C* *alt.* est *om. D* lex—*494,5* promissio *om EF* 25 lex non est *B*

praeuaricatio. quod ait in illo testimonio: si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione; Abrahae autem per promissionem donauit deus, hoc in isto ait: si enim qui per legem heredes sunt, exinanita est fides et euacuata est promissio, satis ostendens ad fidem nostram pertinere — quae noui est utique testamenti —, quod per promissionem donauit deus Abrahae. et quod ait in illo testimonio: quid ergo lex? atque respondit: praeuaricationis gratia proposita est, hoc in isto similiter subdidit: lex enim iram operatur; ubi enim non est lex, nec praeuaricatio.

8. Siue igitur Abraham siue ante illum iusti siue post eum usque ad ipsum Moysen, per quem datum est testamentum a monte Sina in seruitutem generans, siue ceteri prophetae post eum et sancti homines dei usque ad Iohannem Baptistam, filii sunt promissionis et gratiae secundum Isaac filium liberae non ex lege, sed ex promissione heredes dei, coheredes autem Christi. absit enim, ut Noe iustum et prioris temporis iustos et quicumque ab illo usque ad Abraham iusti esse potuerunt uel conspicui uel occulti negemus ad supernam Hierusalem, quae mater est nostra, pertinere, quamuis anteriores tempore inueniantur esse quam Sarra, quae ipsius liberae matris prophetiam figuramque gestabat. quanto euidentius ergo post Abraham, cui sic declarata est ipsa promissio, ut pater multarum gentium diceretur, quicumque deo placuerunt filii promissionis habendi sunt! non enim ex Abraham et deinceps iustorum generatio uerior, sed prophetia manifestior repperitur.

9. Ad testamentum autem uetus, quod est a monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar, illi pertinent, qui cum acce-

1. 8 Gal. 3, 18. 19 4. 10 Rom. 4, 14. 15 13 cf. Gal. 4, 24 17 cf. Rom. 8, 17 20 cf. Gal. 4, 26 23 cf. Gen. 17, 4 24 cf. Rom. 9, 8 27 cf. Gal. 4, 24

3 promissione *V* repromissionem *Om1D* 4 lege *V* 5 est *alt. om. DEFVbd* 6 ostendit *Vb* utique est *EFbd* est *om. D* 7 per *om. D* deus donauit *CV* 9 posita *DEF* 10 subdidit similiter *DEFbd* 15 iohanne *V* fili *Om1* 16 filium *O* (ium *in ras. m2*) 17 dei] sunt *OB* 19 non potuerunt *C* 20 hyerusalem *V* hrlm *O* nostra est *CDEFbd* quamuis enim *EF* 21 anterioris *OV* anteriore *b* inueniuntur *EF* libera∗e *O* liberare *C* 22 gestat *OB* 24 diceret *C* 26 reperitur *ODEF*

perint legem sanctam et iustam et bonam, putant sibi ad uitam litteram posse sufficere et ideo qua fiant factores legis diuinam misericordiam non requirunt, sed ignorantes dei iustitiam et suam iustitiam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti. ex hoc genere fuit illa multitudo, quae aduersus deum in heremo murmurauit et idolum fecit, et illa, quae iam in ipsa terra promissionis fornicata est post deos alienos. sed haec in ipso quoque ueteri testamento ualde reproba est multitudo. illi etiam, quicumque ibi erant, sola quae ibi deus pollicetur terrena promissa sectantes et quid pro nouo testamento ea ipsa significent ignorantes eorum adipiscendorum amore et amittendorum timore dei praecepta seruabant, immo non seruabant, sed sibi seruare uidebantur; neque enim fides in eis per dilectionem operabatur, sed terrena cupiditas metusque carnalis. sic autem praecepta qui facit procul dubio inuitus facit ac per hoc in animo non facit; mauult enim omnino non facere, si secundum ea quae cupit et metuit permittatur inpune. ac per hoc in ipsa uoluntate intus est reus, ubi ipse qui praecipit inspicit deus. tales erant filii terrenae Hierusalem, de qua dicit apostolus: seruit enim cum filiis suis, pertinens ad testamentum uetus a monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar. ex ipso genere fuerunt, qui dominum crucifixerunt et in eadem infidelitate manserunt. inde sunt etiam adhuc eorum filii in ingenti multitudine Iudaeorum quamuis iam nouo testamento, sicut prophetatum est, per Christi sanguinem patefacto atque firmato et a flumine, ubi baptizatus magisteriumque professus est, usque ad terminos terrae euangelio diffamato. qui Iudaei secundum prophetias quas legunt per omnes sunt terras ubique dispersi,

1 cf. Rom. 7, 12 2 cf. Iac. 4, 11 3 cf. Rom. 10, 3 5 cf. Num. 16, 41
7 cf. I Par. 5, 25 13 cf. Gal. 5, 6 19 Gal. 4, 25. 24 25 cf. Matth. 3, 16. 17

2 litterę *O* qua fiant] quasi sint *D* (sint *s.l.*) 3 querunt *D* 4 uolentes iustitiam *O* iustitiam *om.DEF* 6 eremo *EF* haeremo *V* 7 quoque in ipso *D* 8 uetere *CDEFbd* reprobaṭą *C* reprobata *Dbd* 10 quod *Om1* significat *V* significant *Om1* 12 conseruabant *EF* immo non seruabant *om.Om1* 13 enim *om.V* ėis] *add.* quę *D* 14 carnales *V* autem] enim *D* 15 magis uult *EFd* 16 facte *Om1* 17 praecepit *V* 18 hyerusalem *V* ihrłm *D* 19 suis *om.EF* 20 syna *V* 22 infelicitate *O* infidelitate *ex* infirmitate *B* adhuc etiam filii eorum *CDEFbd* 23 in *om.DEF* iudeorum *V* 25 et a *ex* ea *Om2* baptizatos *C* 26 iudei *V* 27 prophetas quos *OB*

ut ex eorum quoque codicibus christianae non desit testimonium ueritati.

10. Et uetus igitur testamentum deus condidit, quia deo placuit usque ad plenitudinem temporis promissis terrenis tamquam in praemio constitutis promissa uelare caelestia et populo terrenis bonis inhianti et propterea durum cor habenti quamuis spiritalem, tamen in tabulis lapideis legem dare. exceptis quippe librorum ueterum sacramentis, quae sola significandi ratione praecepta sunt — quamquam et in eis, quoniam spiritaliter intellegenda sunt, recte lex dicitur spiritalis — cetera certe, quae ad pietatem bonosque mores pertinentia non ad aliquam significationem ulla interpretatione referenda, sed prorsus ut sunt dicta facienda sunt, profecto illam dei legem non solum illi tunc populo, uerum etiam nunc nobis ad instituendam recte uitam necessariam nemo dubitauerit. si enim Christus nobis abstulit illud grauissimum multarum obseruationum iugum, ne carnaliter circumcidamur, ne pecorum uictimas immolemus, ne sabbato septeno dierum uolumine redeunte ab operibus etiam necessariis quiescamus et cetera huiusmodi, sed ea spiritaliter intellecta teneamus remotisque umbris significantibus in rerum ipsarum quae significantur luce uigilemus, numquid propterea dicturi sumus non ad nos pertinere quod scriptum est, ut alienum quodcumque perditum quis inuenerit reddat ei qui perdidit et alia multa similia, quibus pie recteque uiuere discitur, maximeque ipsum Decalogum, qui duabus illis lapideis tabulis continetur, excepta sabbati obseruatione carnali, quae spiritalem sanctificationem quietemque significat? quis enim dicat non debere obseruare Christianos, ut uni deo religionis obsequio seruiatur, ut idolum non colatur, ut nomen domini non accipiatur in uanum, ut parentes honorentur, ne adulteria, homicidia, furta, falsa testimonia perpe-

7 cf. Ex. 24, 12 22 cf. Leu. 6, 3. 4 24 cf. Ex. 20, 2—17 25 cf. Ex. 20, 11

1 ex *om.CEF* quoque *om.V* 3 condidit *O* (con *s.l.*, i *pr.* *ex* e) 4 *ante* terr: *eras.* terrenis *B* in *om.V* impraemio *C* 5 ualere *EF* 6 inhianti *ex* hinianti *O* 9 ante quon. *eras.* quam *B* quoniam *om. Db* 10 quae *om. D* 11 pertinenentia *B* 14 rectam uitam *EF* necessaria *C* 15 nobis xps *V* xps *suo loco eras. post* nobis *s.l. add.O* 16 ugum *Om1* *pr.* nec *B* 17 septimo *D* 18 ea*O* 20 nunquid *O* 22 quisquis *Dbd* iuenerit *Om1* 23 uiuere *om. D* dicitur *DEF* maximūque *B* 25 sanctif.] significationem *DEF* 29 non homicidia *EF*

trentur, ne uxor, ne omnino res ulla concupiscatur aliena? quis est tam impius, qui dicat ideo se ista legis non custodire praecepta, quia est ipse Christianus nec sub lege, sed sub gratia constitutus?

11. Verum haec plane magna distantia est, quod faciunt ista sub lege positi, quos littera occidit, terrenam felicitatem uel cupiditate adipiscendi uel timore amittendi et ideo non uere faciunt, quoniam carnalis cupiditas qua peccatur mutatur potius uel augetur cupiditate alia, non sanatur. hi ad uetus pertinent testamentum, quod in seruitutem generat, quia facit eos carnalis timor et cupiditas seruos, non euangelica fides et spes et caritas liberos. sub gratia uero positi, quos uiuificat spiritus, ex fide ista faciunt, quae per dilectionem operatur, in spe bonorum non carnalium, sed spiritalium, non terrenorum, sed caelestium, non temporalium, sed aeternorum praecipue credentes in mediatorem, per quem sibi non dubitant et spiritum gratiae subministrari, ut bene ista faciant, et ignosci posse cum peccant. hi pertinent ad testamentum nouum, filii promissionis, regenerati deo patre et libera matre. huius generis fuerunt antiqui omnes iusti et ipse Moyses testamenti minister ueteris, heres noui, quia ex fide qua nos uiuimus una eademque uixerunt incarnationem passionem resurrectionemque Christi credentes futuram, quam nos credimus factam, usque ad ipsum Iohannem Baptistam tamquam praeteritae dispensationis limitem quendam, qui mediatorem ipsum non aliqua umbra futuri uel allegorica significatione uel ulla prophetica praenuntiatione uenturum esse significans, sed digito demonstrans ait: e c c e a g n u s d e i, e c c e q u i t o l l i t p e c c a t u m m u n d i, tamquam dicens: 'quem multi iusti uidere concupiuerunt, in quem uenturum ab ipsius humani generis initio

3 cf. Rom. 6, 14 5. 11 cf. II Cor. 3, 6 9 cf. Gal. 4, 24 11 cf. Gal. 5, 6 16 cf. Rom. 9, 8 23 cf. Col. 2, 17 25 Ioh. 1, 29

def. B 1 *alt.* ne *om. Om1* est *om. D* 2 legis—*507, 16* sufficit tibi *in B desunt* 3 constitutus] custodire *O* 4 haec *om. D* plane *O* (a *s.* e *m1*) faciunt *om. C* 5 *ante* felic. *eras. uid.* futuram *O* cupiditatem *OV* 6 a*mittendi *O* 7 quia *D* peccatur] peccatum *CDbd* commutatur *EFd*; mutatur—uel *om. Db* 8 pertinentes *V* 9 se uirtutem *Om1* generant *Cm1* carnales *V* 11 ex] et *Vb* fidē istā *V* per dilectione *V* 16 pro***sionis *V* (mis *eras.*) et regenerationis a deo *D* et regenerati a deo *b* 17 patre *om. O* 18 heres nouus *V* 20 passionemque *Cm1* resurrectionemque *C* (que *s. l. m2*) 21 baptismum *EF* tamquam] quā *C* quasi *EFd* 23 adlegorica *V* uel nulla *EF* 24 pronuntiatione *O* 25 peccata *O* 26 cupierunt *CEF* concupierunt *Dbd* 27 ab *V* (b *s. eras.* d)

crediderunt, de quo Abrahae dictae sunt promissiones, de quo scripsit Moyses, de quo lex et prophetae sunt testes, e c c e a g n u s d e i, e c c e q u i t o l l i t p e c c a t u m m u n d i'. ab hoc Iohanne et deinceps coeperunt de Christo fieri praeterita uel praesentia, quae ab illis omnibus anterioris temporis iustis credebantur, sperabantur, desiderabantur futura. eadem igitur fides est et in illis, qui nondum nomine, sed re ipsa fuerunt antea Christiani, et in istis, qui non solum sunt, uerum etiam uocantur, et in utrisque eadem gratia per spiritum sanctum. unde dicit apostolus: h a b e n t e s a u t e m e u n d e m s p i r i t u m f i d e i s e c u n d u m q u o d s c r i p t u m e s t: c r e d i d i, p r o p t e r q u o d l o c u t u s s u m, e t n o s c r e d i m u s, p r o p t e r q u o d e t l o q u i m u r.

12. Aliter itaque dicitur iam obtinente loquendi consuetudine uetus testamentum lex et prophetae omnes, qui usque ad Iohannem prophetauerunt — quod distinctius uetus instrumentum quam uetus testamentum uocatur—,aliter autem sicut apostolica appellat auctoritas siue hoc nomen exprimens siue significans. exprimit enim, ubi dicit: u s q u e i n h o d i e r n u m d i e m, q u a m d i u l e g i t u r M o y s e s, i d i p s u m u e l a m e n i n l e c t i o n e u e t e r i s t e s t a m e n t i m a n e t, q u o d n o n r e u e l a t u r, q u i a i n C h r i s t o e u a c u a t u r. sic enim utique uetus testamentum ad Moysi rettulit ministerium. item dicit: u t s e r u i a m u s i n n o u i t a t e s p i r i t u s e t n o n i n u e t u s t a t e l i t t e r a e, id ipsum significans testamentum nomine 'litterae'. item alio loco: q u i e t i d o n e o s n o s f e c i t, inquit, m i n i s t r o s n o u i t e s t a m e n t i n o n l i t t e r a e, s e d s p i r i t u s; l i t t e r a e n i m o c c i d i t, s p i r i t u s a u t e m u i u i f i c a t. et hic per commemorationem noui illud utique uetus intellegi uoluit. multo

2 Ioh. 1, 29 9 II Cor. 4, 13 18 II Cor. 3, 14. 15 22 Rom. 7, 6 25 II Cor. 3, 6

def. B 1 Abrahae—quo *om. Om1* promissionis *V* 2 agnus dei ecce *om. D* 3 peccata *O* 4 ceperunt *Om1* 5 et desiderabantur (*om.* sperabantur) *V* 6 est *om. OCD* illis *O* (is *s. ras. m2*) 7 ante *O* 8 etiam] *add.* et *F* eadem—dicit *add. Om3* 11 et locutus sum *CF* 13 dine—prophetae *in mg. Om2* 15 prophetauerunt *O* (uerunt *add. m2*) 16 appellat** *V* (ur *eras.*) appellat auctoritas *m1 ex* appellata ueritas *O* 18 dicitur *CEF* usque *om. O* hodiernam *C* 19 uelam̄tū *C* 22 retulit *codd. praet. OC* 23 in] et *C* 24 item] *add.* dicit *D* 25 idoneus *V* inquit *om. DEFbd* 26 littera *Ob* spū *O* 27 enim *om. O*

autem euidentius, quamuis non dixerit aut uetus aut nouum, duo ipsa testamenta distinxit per duos filios Abrahae, unum de ancilla, alium de libera, quod iam superius commemorauimus. quid enim expressius quam ut diceret: dicite mihi sub lege uolentes esse: legem non audistis? scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera. sed ille quidem qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem. quae sunt in allegoria; haec enim sunt duo testamenta, unum quidem a monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar — Sina enim mons est in Arabia, quae coniuncta est huic quae nunc est Hierusalem; seruit enim cum filiis suis —, quae autem sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater nostra. quid clarius, quid certius, quid ab omni obscuritate atque ambiguitate remotius? et paulo post: nos autem fratres, inquit, secundum Isaac promissionis filii sumus. item paulo post: nos autem, fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae; qua libertate Christus nos liberauit. eligamus igitur utrum antiquos iustos ancillae filios dicamus an liberae. absit autem ut ancillae; ergo si liberae, ad nouum pertinent testamentum in spiritu sancto, quem uiuificantem litterae occidenti opponit apostolus. nam quo pacto ad gratiam noui testamenti non pertinent hi, de quorum dictis et libris istos eiusdem gratiae dementissimos et ingratissimos inimicos refellendo conuincimus?

13. Sed dicet aliquis: 'quomodo uetus appellatur, quod post quadringentos et triginta annos factum est per Moysen, et nouum

4 Gal. 4, 21—26 18 Gal. 4, 28 19 Gal. 4, 31 28 cf. Gal. 3, 17

def. B 2 destinxit *V* duos *om. O* 3 aliud *O*; alium—*lin. 7* ancilla *om. EF* 5 lege**O* 6 quod *O* (d *s.l.m2*) quoniam *DEFbd* ab abraham *O* abuit *V* 9 repromissiones *O* (s *fin. s. eras.* m) 11 a montē *V* in monte *Dbd* 12 quae *EF* 13 qui coniunctus est *EF* 14 hyerusalem *V* ierusalem *D* 16 quid clarius *om. V* 17 remotius] *add.* promissionis filiis *Dbd* 18 isac *D* 19 item] Et *EF* 21 libera****-uit *O* (bera *eras.*) 22 dicam *C* 23 an] non *O* si *s.l.Om1* filii *Db* 24 quaem *V* 26 pertinet *Om1* de *om. O* dic*tis *O* 27 refellendos *EF* 29 quadrigentos *V* *pr.* et *om. CV*

dicitur, quod ante tot annos factum est ad Abraham?' qui ex hoc non litigiose, sed studiose mouetur, intellegat primum, quia si ex anteriore tempore dicitur uetus, ex posteriore autem nouum, reuelationes eorum considerantur in his nominibus, non institutiones. per Moysen quippe reuelatum est testamentum uetus, per quem lex data est sancta et iusta et bona, per quam fieret non abolitio, sed cognitio peccati, qua conuincerentur superbi suam iustitiam uolentes constituere, quasi diuino adiutorio non egentes, et rei facti litterae confugerent ad spiritum gratiae non sua iustitia iustificandi, sed dei, hoc est quae illis esset ex deo. nam, sicut idem apostolus loquitur, per legem cognitio peccati. nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem et prophetas. lex quippe eo ipso, quod in ea nemo iustificatur, testimonium perhibet iustitiae dei; quod enim in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit. sic ergo cum lex non iustificat inpium de praeuaricatione conuictum, mittit ad iustificantem deum atque ita iustitiae dei perhibet testimonium; prophetae uero testimonium perhibent iustitiae dei praenuntiando Christum, qui factus est nobis sapientia a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio, ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in domino glorietur. erat autem occulta ista lex ab initio, cum homines iniquos natura ipsa conuinceret aliis facientes, quod sibi fieri noluissent. reuelatio autem noui testamenti in Christo facta est, cum est manifestatus in carne; in quo apparuit iustitia dei, id est quae hominibus ex deo est. sic enim ait: nunc autem sine legeiustitiadei manifestata est. ecce qua causa illud dicitur uetus testamentum, quia priore, hoc autem nouum, quia posteriore tempore reuelatum est. deinde quia testamentum uetus

6 cf. Rom. 7, 12 7 cf. Rom. 7, 7. 10, 3 11 Rom. 3, 20. 21 15 Gal. 3, 11 20 I Cor. 1, 30.31 27 Rom. 3, 21

def. B 2 quia *om. V* si *om. Db* cum *d* 4 cõmunibus *C* omnibus *EF* 6 data est lex *EFbd* quem *OCEF* 7 quia *D* 9 gratiae spiritum *DEFbd* 10 in illis *O* essent *D* sicut] si cum *V* 11 legem] *add.* enim *O* 14 quo *codd. praeter V* testimonium—iustificatur *om. V* perhibe*t *O* 18 perhibent *C* tentimonium *C* 25 uoluissent *Om1* 27 sic] hic *E* hinc *Fd* 29 testamentum uetus *O* priore**O* 30 uelatum *Om1*

pertinet ad hominem ueterem, a quo necesse est hominem incipere, nouum autem ad hominem nouum, quo debet homo ex uetustate transire, ideo in illo sunt promissa terrena, in isto promissa caelestia, quia et hoc ad misericordiam dei pertinuit, ne quisquam uel ipsam terrenam qualemcumque felicitatem nisi a domino creatore uniuersitatis putet cuiquam posse conferri. sed si propter illam colatur deus, seruilis est cultus pertinens ad filios ancillae, si autem propter ipsum deum, ut in aeterna uita sit deus omnia in omnibus, liberalis est seruitus pertinens ad filios liberae, quae est mater nostra aeterna in caelis. quae prius tamquam sterilis apparebat, quando perspicuos filios non habebat, nunc autem uidemus, quod de illa prophetatum est: l a e t a r e, s t e r i l i s, q u a e n o n p a r i s, e r u m p e e t e x c l a m a, q u a e n o n p a r t u r i s, q u i a m u l t i f i l i i d e s e r t a e m a g i s q u a m e i u s q u a e h a b e t u i r u m, id est 'magis quam illius Hierusalem, quae legis quodammodo uinculo maritata est et seruit cum filiis suis'. tempore igitur ueteris testamenti spiritum sanctum in eis, qui etiam tunc secundum Isaac promissionis filii erant, non solum adiutorem, quod isti suo dogmati sufficere existimant, uerum etiam largitorem dicimus fuisse uirtutis, quod isti negant libero eam potius arbitrio tribuentes contradicentibus illis patribus, qui sciebant ad dominum ueraci pietate clamare: d i l i g a m t e, d o m i n e, u i r t u s m e a!

V. 14. Aiunt etiam, 'quod omnes apostoli uel prophetae non plene sancti definiantur a nobis, sed in conparatione peiorum minus malos eos fuisse dicamus et hanc esse iustitiam, cui deus testimonium perhibet, ut quomodo dicit propheta iustificatam Sodomam conparatione Iudaeorum, sic etiam nos criminosorum conparatione

8 cf. I Cor. 15, 28 9. 16 cf. Gal 4, 26 12 Esai. 54, 1 18 cf. Gal. 4, 28 22 Ps. 17, 2 24 Iulianus 27 cf. Ezech. 16, 46 sqq.

def. B 1 ad *s.l.Om2* ueterem—hominem *in mg.Om2* 2 quod ibet *O* 4 dei misericordiam *DEFbd* 5 felicitate *C* si *C* creatore*O* 6 sed ipsi *C* 8 dnm *O* 10 apparebit *V* 12 latere *C* paris—non *in mg. D* 13 erumpe—parturis *om O* clama *Db* 15 quam *om.O* illa * (a *in ras.*) *V* illa *OCEF* hyerusalem *V* iesus *EF* 18 ysaac *C* isahac *D* 19 aestimant *O* 20 fuisse dicimus *O* eam *bis pon.* ℓ 22 deum *CEFbd* uera *CEFV* 24 aiunt *O* (aiu *add.m2*) 25 planę *D* plenae *V* non definiantur *E* *ante* a *eras.* qu *V* 26 eos malos *Db* 27 ut *om.C* iustificata *C* 28 iudeorum *V* nos *V* (s *s. eras.* str)

dicamus sanctos aliquam exercuisse uirtutem'. absit, ut ista dicamus, sed aut non ualent intellegere aut nolunt aduertere aut calumniandi studio dissimulant se scire quod dicimus. audiant ergo uel ipsi uel potius hi quos idiotas et ineruditos decipere moliuntur. nostra fides, hoc est catholica fides, iustos ab iniustis non operum, sed ipsa fidei lege discernit, quia iustus ex fide uiuit. per quam discretionem fit, ut homo ducens uitam sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine appetitu rei ullius alienae, parentibus honorem debitum reddens, castus usque ad continentiam ab omni omnino concubitu, etiam coniugali, elemosynarum largissimus, iniuriarum patientissimus, qui non solum non auferat aliena, sed nec sua reposcat ablata uel etiam uenditis omnibus suis erogatisque in pauperes nihil suum propriumque possideat, cum suis tamen istis uelut laudabilibus moribus, si non in deum fidem rectam et catholicam teneat, de hac uita damnandus abscedat. alius autem — habens quidem opera bona ex fide recta, quae per dilectionem operatur, non tamen ita ut ille bene moratus incontinentiam suam sustentat honestate nuptiarum, coniugii carnale debitum et reddit et repetit nec sola propagationis causa, uerum etiam uoluptatis quamuis cum sola uxore concumbit, quod coniugatis secundum ueniam concedit apostolus, iniurias non tam patienter accipit, sed ulciscendi cupiditate fertur iratus, quamuis, ut possit dicere: s i c u t e t n o s d i m i t t i m u s d e b i t o r i b u s n o s t r i s, rogatus ignoscat, possidet rem familiarem, faciens inde quidem elemosynas, non tamen quam ille tam largus, non aufert aliena, sed quamuis ecclesiastico iudicio, non forensi tamen repetit sua — nempe iste qui moribus illo uidetur

6 cf. Rom. 1, 17. Hab. 2, 4. Gal. 3, 11 7 cf. Matth. 19, 18—21 16 cf. Gal. 5, 6 18. 20 cf. I Cor. 7, 3. 6 22 Matth. 6, 12

---

def. B 1 aliquos scs *b* exercuisse *O* (c *s. eras. litt.*) 2 auertere *V* 3 nescire *F* (n *s.l.*) 4 hidiotas *C* 7 docens *V* 8 appetitur ei *V* 9 redden*s *O* concupitu *Om1* 10 elemosinarum *O* helemosinarum *CD* largissimos *V* iniuriarum pat. *om. V* 11 repos*cat *O* (at *add. m2*) 13 paures *O* proprium *Db* 14 si— catholicam *in mg. O* 15 abscedet *O* habens *om. D* 16 quidem *om. C* que *Om1* per *s.l. Om2* 17 ișta *D* bene moratus] mortuus *O* moratus *CD* morigeratus *EF* honestate**V* 18 coniugi *CEFV* carnalis *bd* reppetit *O* 19 propaginis *D* uoluntatis *V* 21 tamen non *b* accepit *V* 24 elymosinas *O* helemosinas *C* elemosinas *D* tam largas quam ille *Db* qua *O* 25 largas *DEFbd* non] qui non *EF* auferri *V* aufret *C* auferat *Db*

inferior propter rectam fidem quae illi est in deum, ex qua uiuit et secundum quam in omnibus delictis suis se accusat, in omnibus bonis operibus deum laudat sibi tribuens ignominiam, illi gloriam atque ab ipso sumens et indulgentiam peccatorum et dilectionem recte factorum, de hac uita liberandus et in consortium cum Christo regnaturorum recipiendus emigrat. quare nisi propter fidem? quae licet sine operibus neminem saluat — ipsa est enim non reproba fides, quae per dilectionem operatur —, tamen per ipsam etiam peccata soluuntur, quia iustus ex fide uiuit, sine ipsa uero etiam quae uidentur bona opera in peccata uertuntur; omne enim quod non est ex fide, peccatum est. et fit propter hanc maximam differentiam, ut, cum dubitante nullo perseuerans uirginalis integritas coniugali castitate sit potior, tamen mulier etiam bis nupta catholica professae uirgini hereticae praeferatur nec ita praeferatur, ut ista melior sit in dei regno, sed ut illa ibi non sit omnino. nam et ille, quem uelut melioribus descripsimus moribus, si adsit ei fides recta, superat illum alterum, sed ambo illic erunt; si autem fides ei desit, sic ab illo superatur, ut ipse ibi non sit.

15. Cum itaque iusti omnes et antiquiores et apostoli ex fide uixerint recta, quae est in Christo Iesu domino nostro, moresque tam sanctos cum fide habuerint, ut licet non tam perfectae uirtutis in hac uita esse potuerint, quam post hanc uitam futura est, tamen quidquid peccati ex humana infirmitate subreperet, pietate ipsius fidei continuo deleretur — unde fieri potest, ut in conparatione iniquorum, quos damnaturus est deus, iustos eos fuisse dicendum sit, cum per piam fidem tam in contrarium ab illis impiis sint remoti, ut clamet apostolus: quae pars fideli cum infideli? —, sed uidelicet noui heretici Pelagiani religiosi amatores et laudatores uidentur sibi esse sanctorum, si non audeant dicere inperfectae illos fuisse uirtutis, cum hoc confiteatur uas electionis, qui considerans ubi adhuc

8 cf. Gal. 5, 6 9 cf. Rom. 1, 17 10 Rom. 14, 23 27 II Cor. 6, 15 30 cf. Act. 9, 15

def. B 1 est *om.O* 2 excusat *F* bonis *om.O* 3 laudat deum *D* tribuens *ex* retribuens *O* 4 directionem *EF* 5 consortio *V* 7 saluit *V* enim est *EFbd* 10 peccatum *D* 11 et *om.V* 12 differentia *V* 13 coniugatur *C* 15 omnino non sit *Db* 16 si *om.D* 17 sed] si *b* 19 ita *V* et antiquiores *bis pon. D* ppli *C* 20 uixerint *O* (i *fin. ex* u) 22 *post* quam *add.* quae *EFd* post hanc uitam quae *Db* *ante* tamen *eras.* cū *O* 23 subreperet *ex* subriperet *O* subrepserit *Db* fidei *om.F* 24 deletur *O* 27 infidele *O* 28 pelagiani noui heretici *EFd* religionis *Db*

esset et quia corpus, quod corrumpitur, adgrauat animam: non quia iam acceperim, ait, aut iam perfectus sim, fratres, ego me ipsum non arbitror adprehendisse. et paulo post tamen, qui se negauerat esse perfectum: quotquot ergo perfecti, inquit, hoc sapiamus, ut ostenderet secundum istius uitae modum esse quandam perfectionem eique perfectioni hoc quoque deputari, si se quisque nouerit nondum esse perfectum. quid enim excellentius in ueteri populo sacerdotibus sanctis? et tamen eis praecepit deus sacrificium pro suis primitus offerre peccatis. et quid sanctius in nouo populo apostolis? et tamen praecepit eis dominus in oratione dicere: dimitte nobis debita nostra. omnium igitur piorum sub hoc onere corruptibilis carnis et in istius uitae infirmitate gementium spes una est, quod aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum; et ipse est exoratio peccatorum nostrorum.

VI. 16. Istum aduocatum non habent illi, qui sunt a iustis — etiamsi sola ista esset differentia — in contrarium longeque discreti. quem iustum aduocatum absit ut dicamus, sicut ipsi calumniantur, ‘carnis necessitate mentitum‘, sed dicimus eum in similitudine carnis peccati de peccato damnasse peccatum. quod fortasse isti non intellegentes et calumniandi cupiditate caecati quam diuersis modis peccati nomen in scripturis sanctis poni soleat ignorantes peccatum Christi adfirmare nos iactant. dicimus itaque Christum et nullum habuisse peccatum nec in anima nec in carne et suscipiendo carnem in similitudine carnis peccati de peccato damnasse peccatum. quod subobscure ab apostolo dictum duobus modis soluitur: siue

1 cf. Sap. 9, 15 Phil. 3, 12. 13 5 Phil. 3, 15 9 cf. Leu. 9, 7. 16, 6
11 Matth. 6, 12 14 I Ioh. 2, 1. 2 20 Iulianus cf. Rom. 8, 3

def. B 1 quia] quod *O* 3 ipsum *om O* 5 quodquot *V* 8 quid enim perfectius quidue excellentius *EFd* uetere *V* 9 et—apostolis *om. EF* ꝑcipit *Om1D* primitus pro suis *EFbd* 10 et] uel *O* s*anctius *O* (c *m2s.l.*) 11 ꝑcipit *Om1C* 12 priorum *OV* *onere *V* onere *ex* honore *Cm1* corruptiuilis *O* 14 ad patrem *CEFd* 16 nostrum *b* 17 istum] iustum *EFd* sint *V* 19 aduocatum—mentitum *om. V* ipsi] isti *CD* 20 mentitum *O* (t *fin.s.l.*) similitudinem *EFV* 22 isti] ipsi *V* calumpni *E* cupiditate**O* 23 ignorantes hoc dicunt: Quomodo enim perfectae est iustitiae qui esurit et sitit iustitiam? Si magnus (magna *F*) est cum ab illo (*pag. 506, 24*) *ceteris om. EF* 25 animam *V* 26 similitudinē *OV* 27 subobscuro *O* subobscurare *C*

quia rerum similitudines solent earum rerum nominibus nuncupari, quarum similes sunt, ut ipsam similitudinem carnis peccati uoluisse intellegatur apostolus appellare peccatum, siue quia sacrificia pro peccatis peccata appellabantur in lege, quae omnia figurae fuerunt carnis Christi, quod est uerum et unicum sacrificium pro peccatis non solum his, quae uniuersa in baptismate diluuntur, uerum etiam his, quae post ex huius uitae infirmitate subrepunt. propter quae cotidie uniuersa in oratione ad deum clamat ecclesia: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a, et dimittuntur nobis per singulare sacrificium pro peccatis, quod apostolus secundum legem loquens non dubitauit appellare peccatum. unde est etiam illud eius multo euidentius nec aliquo biuio cuiusquam ambiguitatis incertum: o b s e c r a m u s p r o C h r i s t o r e c o n c i l i a r i d e o: e u m q u i n o n n o u e r a t p e c c a t u m p r o n o b i s p e c c a t u m f e c i t, u t n o s s i m u s i u s t i t i a d e i i n i p s o. nam quod superius commemoraui: d e p e c c a t o d a m n a u i t p e c c a t u m, quia non dictum est ‘de peccato suo‘, potest quispiam sic intellegere, ut dicat eum de peccato Iudaeorum damnasse peccatum, quia de peccato eorum, qui eum crucifixerunt, factum est, ut sanguinem suum in remissionem funderet peccatorum; hoc uero, ubi dicitur deus ipsum Christum, qui non nouerat peccatum, fecisse peccatum, non mihi conuenientius uidetur intellegi quam Christum factum sacrificium pro peccatis et ob hoc appellatum esse peccatum.

VII. 17. Quis autem ferat eos obicere nobis, ‘quod post resurrectionem tales processus futuros esse dicamus, ut ibi incipiant homines quae hic noluerint dei mandata complere‘, quoniam dicimus ibi omnino nullum futurum esse peccatum nec cum aliqua peccati cupiditate conflictum, tamquam ipsi audeant hoc negare? sapientiam quoque et cognitionem dei tunc perfici in nobis et in domino tantam exultationem, ut ea sit plena et uera securitas,

3 cf. August. in Hept. IV 31 (CSEL XXVIII 339, 30) 8 Matth. 6, 12 12 II Cor. 5, 20. 21 16 Rom. 8, 3 25. Iulianus

def. BEF 2 quarum similitudines *O* 4 figurę *bis pon. D* 8 cottidie *O* in oratione *om. V* 12 alico *V* biuio] dubio *O* 16 commemorauit *OC* 18 iudeorum *V* 19 quia *bis pon. D* 21 uero] uerbo *Db* pecc. fecisse peccatum non mihi *O* 25 nobis *om. C* 26 futurus *V* 27 uoluerint *V* cōple**re *O* 28 peccati *V* (i *s. eras.* a) 29 copiditate *V* 30 cognitionen *O* perficit *V* (*om.* in) 31 tantum *V* securitas] felicitas *O*

quis negabit, nisi tam sit auersus a uero, ut ob hoc ad eam peruenire non possit? uerum haec non erunt in praeceptis, sed in eorum quae hic obseruanda sunt praemio praeceptorum. quorum quidem praeceptorum contemptus illuc non perducit ad praemium, sed hic studium praecepta seruandi gratia dei tribuit. quae si quid etiam in eis praeceptis minus seruatur, ignoscit, propter quod orando dicimus et: fiat uoluntas tua, et: dimitte nobis debita nostra. hic ergo praeceptum est, ut non peccemus, ibi praemium non posse peccare; hic praeceptum est, ut desideriis peccati non oboediamus, ibi praemium, ut desideria peccati non habeamus; hic praeceptum est: intellegite ergo qui insipientes estis in populo et stulti aliquando sapite, ibi praemium est plena sapientia et perfecta cognitio — uidemus enim nunc per speculum in aenigmate, ait apostolus, tunc autem facie ad faciem. nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum —; hic praeceptum est: exultate deo adiutori nostro, et: exultate, iusti, in domino, ibi praemium est exultare perfecto et ineffabili gaudio; postremo in praecepto positum est: beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, in praemio autem: quoniam ipsi saturabuntur. unde, quaeso, saturabuntur, nisi quod esuriunt et sitiunt? quis igitur ita non solum a diuino, sed a sensu quoque abhorret humano, qui dicat in homine tantam esse posse iustitiam, cum ab illo esuritur et sititur, quanta erit, cum ex illa saturabitur? quando autem esurimus sitimusque iustitiam, si fides Christi uigilat in nobis, quid nos nisi Christum esurire ac sitire credendum est? qui factus est nobis sapientia a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio, ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur,

7 Matth. 6, 10. 12 9 cf. Rom. 6, 12 11 Ps. 93, 8 13 I Cor. 13, 12 17 Ps. 80, 2 Ps. 32, 1 19 Matth. 5, 6 27 I Cor. 1, 30. 31

def. BEF 1 negauit *OV* auersus sit *bd* a*uersus *O* pertinere *O* 4 illuc *O* (c *ex* d) illud *CD* illo *bd* 5 quid] quidem *O* 9 non] esse non *O* peccatis *V* 11 hic hic *O* 12 praemium est *om. V* 14 enigmate *O* tunc] nunc *C* 15 facie*V* nunc] *add.* autem *O* ex parte] ex purgate *C* 18 praemium] praeceptum *V* perfecto *ex* profecto *O* 23 as*enso *V* (c *eras.*) homine*O* hominem *V* tantū *Om1* 24 *a uoce* cum *inc. EF* 25 ex *s.l. O* esurimus autem *b* autem *om. D* esurimus ẹt *D* et sitimus *EF* 26 si *om. O* 27 est *om. V* a nobis *C*

in domino glorietur. et quia modo in eum non uidentes credimus, ideo sitimus esurimusque iustitiam. quamdiu enim sumus in corpore, peregrinamur a domino; per fidem enim ambulamus, non per speciem. quem cum uiderimus peruenientes utique ad speciem, exultabimus gaudio inenarrabili et tunc iustitia saturabimur, quia nunc ei desiderio pio dicimus: saturabor, cum manifestabitur gloria tua.

18. Quam uero est non dico inpudens, sed insana superbia nondum esse aequales angelis dei et putare se iam posse habere iustitiam aequalem angelis dei nec intueri tam magnum et sanctum uirum, qui utique ipsam iustitiae perfectionem esuriebat atque sitiebat, quando magnitudine reuelationum nolebat extolli; nec tamen, ut non extolleretur, arbitrio suo uoluntatique commissus est, sed accepit stimulum carnis, angelum satanae, qui eum colaphizaret. propter quod ter dominum rogauit, ut discederet ab eo, et dixit ei dominus: sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate perficitur. quae uirtus, nisi ad quam pertinet non extolli? et quis dubitat hoc ad iustitiam pertinere? huius igitur iustitiae perfectione sunt praediti angeli dei, qui semper uident faciem patris ac per hoc totius trinitatis, quia per filium uident in spiritu sancto. nihil est autem ista reuelatione sublimius; nec tamen angelorum quisquam illa contemplatione laetantium necessarium habet angelum satanae, a quo colaphizetur, ne illum tanta magnitudo reuelationis extollat. hanc perfectionem uirtutis utique nondum habebat apostolus Paulus, nondum aequalis angelis dei, sed inerat illi extollendi se infirmitas, quae per angelum etiam satanae fuerat conprimenda, ne reuelationum magnitudine extolleretur. quamquam itaque ipsum satanam elatio prima deiecerit,

2 II Cor. 5, 6. 7 5 cf. I Petr. 1, 8 7 Ps. 16, 15 12 cf. II Cor. 12, 7. 8. 16 II Cor. 12, 9 19 cf. Matth. 18, 10

def. B 2 sit. et esurimus *D* quandiu *O* 4 inuenerimus *D,b* (*in mg.* ał uiderimus) 5 exultauimus *Om1V* 6 ei] ex *V* (x *in ras. m2*) pio desiderio *EFd* ex desiderio *b* 7 cum] dū *O* manifestatur *C* 10 sanctum] spalē *D,b* (*in mg.* ał scm) 12 noluit *b* 13 non *om. EF* commissum est *CEF* 14 accipit *O* colafizet *O* 15 dominum ter *DEFbd* ut] et *C* descederet *V* 16 dixitque (*om.* et) *EFd* dominus *om. D* *uoce* gratia *inc. B* 17 nisi *om. D* 19 perfectione *bis pon. D* praedicti *O* 20 fidelium *B* 21 ni*hil *O* 23 a *om. V* 24 multitudo *D* perfectionem *ex* profectionem *O* 25 *alt.* non *D* equalis erat equalis dei *B* 27 reualationum *B* 28 satanna *O* (na *s.l. m2*) satanan *V*

tamen summus ille medicus, qui bene uti nouit etiam malis, de angelo satanae adhibuit contra elationis uitium salubre quamuis molestum medicamentum, sicut fieri consueuit antidotum etiam de serpentibus contra uenena serpentum. quid est ergo: s u f f i c i t t i b i g r a t i a m e a, nisi ne deficiendo succumbas sub colapho angeli satanae? et quid est: u i r t u s i n i n f i r m i t a t e p e r f i c i t u r, nisi quia in isto loco infirmitatis hactenus perfectio potest esse uirtutis, ut ipsa infirmitate praesente elatio reprimatur? quae utique infirmitas futura immortalitate sanabitur. quomodo est enim dicenda sanitas plena, ubi etiam de angeli satanae colapho adhuc est necessaria medicina?

19. Ex hoc factum est uirtutem, quae nunc est in homine iusto, perfectam hactenus nominari, ut ad eius perfectionem pertineat etiam ipsius inperfectionis et in ueritate cognitio et in humilitate confessio. tunc enim est secundum hanc infirmitatem pro suo modulo perfecta ista parua iustitia, quando etiam quid sibi desit intellegit. ideoque apostolus et inperfectum et perfectum se dicit: inperfectum scilicet cogitando, quantum illi ad iustitiam desit, cuius plenitudinem adhuc esurit ac sitit, perfectum autem, quod et suam inperfectionem confiteri non erubescit et ut perueniat bene procedit, sicut possumus dicere perfectum esse uiatorem, cuius bene promouetur accessio, quamuis non perficiatur intentio, nisi fuerit facta peruentio. propterea cum dixisset: s e c u n d u m i u s t i t i a m, q u a e i n l e g e e s t, q u i f u e r i m s i n e q u e r e l l a, moxaddidit: q u a e m i h i l u c r a f u e r u n t, h a e c p r o p t e r C h r i s t u m d a m n a e s s e d u x i. u e r u m t a m e n e t a r b i t r o r o m n i a d a m n u m e s s e p r o p t e r e m i n e n t e m s c i e n t i a m C h r i s t i I e s u d o m i n i n o s t r i, p r o p t e r q u e m o m n i a n o n s o l u m d e t r i m e n t a c r e d i d i,

4. 6 II Cor. 12, 9 17 cf. Phil. 3, 12. 15 23 Phil. 3, 6—9

1 summis *C* 2 salubrae *V* 3 anthidotum *BCD* 4 serpentium *b* 5. 10 calafo *B* 7 actenus *OC* eatenus *EF* perfectio *ex* perfici *O* non potest esse *O* 8 in ipsa inf. *b* 9 enim est *V* 10 est necessaria—factum est *s.l.Om2* 12 hoc] quo *D* 13 perfecta *V* actenus *O* eatenus *EF* 15 hanc *O* (n *s. eras. litt.*) 17 et perfectum *om.OB* 19 exurit *B* ac] et *O* et *ex* est *O* 21 promouetur] promeretur *OB* 24 querella *C* 25 quem *V* haec] *add* mihi *OB* 29 detrimentum *V* detrim̄ *C*

uerum etiam stercora existimaui esse, ut Christum lucrifaciam et inueniar in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi, quae est ex deo iustitia in fide. ecce apostolus secundum iustitiam, quae ex lege est, sine querella se fuisse non utique mendaciter dicit et tamen haec quae illi lucra fuerunt abicit propter Christum et damna, detrimenta et stercora existimat non solum haec, sed et cetera omnia, quae supra commemorauit, propter non qualemlibet, sed eminentem, sicut ipse dicit, scientiam Christi Iesu domini nostri, quam procul dubio adhuc in fide habebat, nondum in specie. tunc erit enim eminens Christi scientia, quando fuerit ita reuelatus, ut quod creditur uideatur. unde alio loco ita dicit: mortui enim estis et uita uestra abscondita est cum Christo in deo. cum Christus apparuerit, uita uestra, tunc et uos apparebitis cum illo in gloria. hinc et ipse dominus: qui diligit me, inquit, diligetur a patre meo, et ego diligam eum et manifestabo me ipsum illi. hinc Iohannes euangelista: dilectissimi, inquit, filii dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. scimus quia, cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. tunc erit eminens Christi scientia; nunc enim est quidem abscondita in fide, sed nondum eminens apparet in specie.

20. Abicit ergo illa beatus Paulus praeterita iustitiae suae tamquam detrimenta et stercora, ut Christum lucrifaciat et inueniatur

14 Col. 3, 3. 4 17 Ioh. 14, 21 20 I Ioh. 3, 2 27 cf. Phil. 3, 8. 9

1 etiam] tamen *V* esse existimaui *D* existimauit etiam *C* 3 sed ea *V* 4 ex fide *V* 7 damna *om. D* et *s. l. B, om. OCEFbd* 8 hoc *OBEFV* super *V* 9 commemoraui *O* eminentem *Op.c.* 10 sicut ipse dicit *om. V* 12 enim erit *Ebd* enim *om. OF* emines *Om1* emimeminens *B* 13 uideatur] reuelatur *F* 14 et] ut *V* 15 cum enim $\overline{\text{xps}}$ *EF* 16 cum illo apparebitis *V* cum illo *om. O* 17 ipse *s. l. m2V* 18 diligitur *DV* 19 manifestabo ei *D* manifestabo ei *EF* 21 scimus] *add.* autem *d* 22 erimus ei *B* 23 eum *om. C* scientiam *V* nunc] non *C* 24 nondum enim *C* 25 speci*e *O* 26 Abicit] absit *F* beatus ille *D* ille *OBEF* tam *B* 27 stercora reputaret *F* lucrifaciant *D*

in illo non habens suam iustitiam, quae ex lege est. quare suam, si ex lege est? neque enim lex illa dei non est. quis hoc nisi Marcion et Manicheus et aliae similes pestes dixerunt? cum ergo lex illa dei sit, iustitiam suam dicit esse, quae ex lege est; quam iustitiam suam noluit habere, sed proiecit ut stercora. cur ita, nisi quia hoc est, quod etiam superius demonstrauimus, eos esse sub lege, qui ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere iustitiae dei non sunt subiecti? putant enim se arbitrii sui uiribus inplere legem iubentem et ista inplicati superbia ad gratiam non conuertuntur iuuantem. sic eos littera occidit aut aperte etiam sibi reos non faciendo quod praecipit aut putando se facere quod spiritali quae ex deo est non faciunt caritate. ita remanent aut aperte iniqui aut fallaciter iusti, in aperta iniquitate euidenter elisi, in fallaci iustitia insipienter elati. ac per hoc miro quidem modo, sed tamen uero iustitiam legis non inplet iustitia quae in lege est uel ex lege, sed quae in spiritu gratiae. iustitia quippe legis inpletur in eis, sicut scriptum est, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. secundum iustitiam uero quae in lege est se fuisse sine querella in carne, non in spiritu dicit apostolus et iustitiam quae ex lege est suam dicit fuisse, non dei. intellegendum est igitur iustitiam legis non inpleri secundum iustitiam, quae in lege est uel ex lege, id est secundum iustitiam hominis, sed secundum iustitiam quae est in spiritu gratiae; ergo secundum iustitiam dei, hoc est quae homini ex deo est. quod planius et breuius ita dici potest: iustitiam legis non inpleri, cum lex iubet et homo quasi suis uiribus facit, sed cum spiritus adiuuat et hominis non libera, sed dei gratia liberata uoluntas facit. legis itaque iustitia est iubere quod deo placet, uetare

6 cf. Rom. 6, 14. 10, 3 10 cf. II Cor. 3, 6 17 cf. Rom. 8, 4 18 cf. Phil. 3, 6. 9

1 quare—lege est *om.OBD,b* (*in mg. add.*) sua *V* 2 neque—est *om.V* marchion *B* 3 pestes *s. exp.* potestates *D* dixerit *O* dixerint *BDV* dixerant *EFbd* illa] *add.* ut dixi *Db* 6 etiam] iam *B* 8 se *om.O* 9 ista] ita *D* istam placati superbiam *Om1* 10 aut] ut *O* sibi rei sunt *EF* 13 in aperta *ex* aperte *O* et elisi *D* elisi *V* (e *s. eras.* in) 14 qui | quidem *D* quodam *Vb* uero] iusto *OB* 15 *ante* legis *add.* uero *OB* iplent *D* iustitiam non quae *D* 16 legis *om.F* 17 ambulant *m2 ex* amuiant *O* 20 legis—iustitiam *s.l.Om2* 21 id—hominis *om.O* id est] sed *B* 22 hominis—iustitiam *om.B* sed secundum—in *in mg.D* est in *Oa.c.* 23 dei *om.EF* hominis *C, om.OB* 24 legis] *add.* dei *B* 26 non *ante* hominis *pon.OV, om. BEFd* 27 uitare *b*

quod displicet; in lege autem iustitia est seruire litterae et extra eam nullum dei adiutorium ad recte uiuendum requirere. cum enim dixisset: non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi, addidit: quae est ex deo. ipsa est ergo iustitia dei, quam superbi ignorantes suam uolunt constituere. non enim propterea iustitia dei dicitur, quoniam deus ea iustus est, sed quia homini ex deo est.

21. Secundum hanc autem iustitiam dei, hoc est quae ex deo nobis est, nunc fides operatur per dilectionem. id autem operatur, quomodo perueniat homo ad eum, in quem modo non uidens credit. quem cum uiderit, tunc quod erat in fide per speculum in aenigmate, iam erit in specie facie ad faciem, tunc perficietur et ipsa dilectio. nimis quippe insipienter dicitur tantum amari deum, antequam uideatur, quantum amabitur, cum uidebitur. porro si in hac uita pio nemine dubitante quanto amplius diligimus deum, tanto sumus utique iustiores, quis dubitet piam ueramque iustitiam, cum fuerit dilectio dei perfecta, tunc perfici? tunc ergo lex, ita ut nihil omnino desit, inplebitur, cuius legis secundum apostolum plenitudo dilectio est. ac per hoc cum dixisset: non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi, quae est ex deo iustitia in fide, deinde subiunxit: ad cognoscendum eum et uirtutem resurrectionis eius et communicationem passionum eius. haec omnia nondum plena et perfecta in apostolo erant, sed tamquam in uia positus ad eorum plenitudinem perfectionemque currebat. nam quomodo iam perfecte cognouerat Christum, qui dicit alio loco: nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum? et quomodo iam

3 Phil. 3, 9 5 cf. Rom. 10, 3 9 cf. Gal. 5, 6 11 cf. I Cor. 13, 12
18 Rom. 13, 10 19 Phil. 3, 9. 10 27 I Cor. 13, 12

1 displicit *V* displicet et *OB* 2 ei *EF* 3 meam] eam *CEF* iustitia est *EF* 4 est *post* quae *om. OB* 5 ex deo est *D* ego *Om1* quam—dicitur *om. D* 7 nec dicitur quoniam *D* ea *om. b* 9 autem] ē *Db* 11 in fide *om. OB* enigmatę *V* 12 in specie] inspectio *D* et *om. D* 13 deus *B* 16 ueram piamque *EF* 17 nichil *Om1B* 19 dilectio*O* (nis *eras.*) meam] eam *CEF* 20 iustitia *O* est ex lege *CV* *post* quae *alt. eras.* et *O* 22 deinde] ḍe *D* subiuncxit *C* subiungit *OB* agnoscendum *EFV* ignoscendum *C* noscendum *OB, cf. 92, 14* 24 nundum *B semper* 26 perfecte iam *DV* perfecte iam non *C*

perfecte cognouerat uirtutem resurrectionis eius, cui restabat eam plenius tempore resurrectionis carnis experiendo cognoscere? et quomodo iam perfecte cognouerat communicationem passionum eius nondum pro illo passionem mortis expertus? denique addit et dicit: si quo modo occurram in resurrectionem mortuorum, ac deinde ait: non quia iam acceperim aut iam perfectus sim. quid ergo se confitetur nondum accepisse et in quo nondum esse perfectum nisi in ea iustitia, quae ex deo est, quam concupiscens noluit suam habere, quae ex lege est? hinc enim loquebatur et ista fuit causa, ut haec diceret resistens inimicis gratiae dei, pro qua largienda crucifixus est Christus; ex quorum genere etiam isti sunt.

22. Nam ex quo loco suscepit haec dicere, sic exorsus est: uidete canes, uidete malos operarios, uidete concisionem. nos enim sumus circumcisio qui spiritu deo seruimus — uel, sicut nonnulli codices habent, qui spiritui deo uel spiritui dei seruimus — et gloriamur in Christo Iesu et non in carne fidentes. hinc manifestum est aduersus Iudaeos eum agere, qui carnaliter obseruantes legem et suam iustitiam uolentes constituere occidebantur littera, non uiuificabantur spiritu et in se gloriabantur, cum apostoli et omnes promissionis filii gloriarentur in Christo. deinde subiecit: quamquam ego habeam fiduciam in carne. si quis alius in carne putat se habere fiduciam, magis ego. et enumerans omnia quae secundum carnem habent gloriam ad illud terminauit, ubi ait: secundum iustitiam, quae in lege est, qui fuerim sine querella. et cum

5 Phil. 3, 11. 12 14 Phil. 3, 2 20 cf. Rom. 10, 3 cf. II Cor. 3, 6 22 cf. I Cor. 1, 31 23 Phil. 3, 4 26 Phil. 3, 6

1 eius resurrectionis *DEFbd* restat *OBV* 2 carnis *om.D* 3 perfecte *om.B* passionem *Om1* 4 non *D* addidit *D* 5 resurrectione *OBCEFV*, *sed. cf. 92, 17* 7 aut] ut *F* quod *Om2* quid ergo se] qui de ore *V* 8 nisi in] nisi ex *b* 10 ista] haec *b* 11 inimici *C* dei] christi *b* largiendo *C* 12 ex quo genere *OB* 14 uidete canes *om.V*; *sed cf. 514, 16* 15 circumcisionem *EF* 17 *pr.* spiritu *B* 19 hic *O* manifes**tum *O* aduersus] apud *EF* 21 uiuificantur *O* uificabantur *D* gloriebantur *V* 22 promissiones *V* glorientur *O* 24 alius *om.OB* fiduciam habere *DEFbd* 26 illum *D* (d *s.* m) terminat *V* iustiam *O*

haec sibi omnino damna et detrimenta et stercora fuisse dixisset, ut Christum lucrifaceret, adiecit unde agitur: et inueniar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi, quae est ex deo. huius ergo iustitiae perfectionem, quae non erit nisi in illa eminenti scientia Christi, propter quam sibi dixit omnia damnum esse, nondum se accepisse confessus est et propterea nondum esse perfectum. sequor autem, inquit, si conprehendam, in quo et adprehensus sum a Christo Iesu. tale est adprehendam, in quo et adprehensus sum, quale est cognoscam, sicut et cognitus sum. fratres, inquit, ego me ipsum non arbitror adprehendisse. unum autem quae retro sunt oblitus, in ea quae ante sunt extentus secundum intentionem sequor ad palmam supernae uocationis dei in Christo Iesu. ordo uerborum est 'unum autem sequor'. de quo uno bene intellegitur et dominus admonuisse Martham, ubi ait: Martha, Martha, sollicita es et turbaris circa plurima. porro unum est necessarium. hoc iste uolens adprehendere tamquam in uia constitutus sequi se dixit ad palmam supernae uocationis dei in Christo Iesu. quis autem cunctetur, cum hoc quod sequi se adseuerat adprehenderit, tunc eum habiturum iustitiam aequalem iustitiae sanctorum angelorum, quorum neminem utique, ne magnitudine reuelationum extollatur, satanae angelus colaphizat? deinde admonens eos qui possent illius iustitiae plenitudine iam se putare perfectos: quotquot ergo, inquit, perfecti, hoc sapiamus — tamquam

1 cf. Phil. 3, 7. 8 2 Phil. 3, 9 8 Phil. 3, 12 11 I Cor. 13, 12 Phil. 3, 13. 14 17 Luc. 10, 41. 42 24 cf. II Cor. 12, 7 26 Phil. 3, 15

1 hoc *OB* 2 unde agitur *om. Db* igitur *V* et] ut *B* 3 iustitiam meam *DEFbd* 7 accepisse se *b* 8 se. Quor *V* apprehendam *bd* 9 a] an *B* 10 apprehesus *D* est *om. EF* 11 et cognoscam *O* 12 arbitor *O* conphendisse *V* 13 sunt *om. OB* 14 secundum extensionem *EF* 18 sollita *O* circa] erga *BD* 20 constituas *V* 21 *post* uoc. *eras.* in *O* Christo] dno *O* 22 adprehenderet *V* habiturum eum *DEFbd* 24 quorum *om. O* 25 colaficauit *O* colafizabit *B* possint *V* 26 plenitudinem *O* se putare *ex* sepulturae *O* quodquot *V* 27 inquit *om. EF* tamquam si *EF*

diceret: 'si secundum hominis mortalis capacitatem pro huius uitae modulo perfecti sumus, ad ipsam perfectionem hoc quoque pertinere intellegamus, ut angelica illa quae in Christi manifestatione nobis erit iustitia nondum nos perfectos esse sapiamus' — et si quid aliter sapitis, inquit, hoc quoque uobis deus reuelabit. quomodo nisi ambulantibus et proficientibus in uia rectae fidei, donec ista peregrinatio finiatur et ad speciem ueniatur? unde consequenter adiunxit: uerum tamen, in quod peruenimus, in eo ambulemus. deinde concludit, ut caueantur illi, de quibus hic locus sermonis eius sumpsit exordium: coimitatores mei, inquit, estote, fratres, et intendite eos qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram. multi enim ambulant, de quibus saepe dicebam uobis, nunc etiam flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis est interitus et cetera. illi ipsi sunt, de quibus incipiens dixerat: uidete canes, uidete malos operarios et sequentia. omnes itaque sunt inimici crucis Christi, qui uolentes constituere suam iustitiam, quae ex lege est, id est littera tantum iubente, non spiritu inplente, iustitiae dei non sunt subiecti. si enim qui per legem heredes sunt, exinanita est fides. si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, ergo euacuatum est scandalum crucis. ac per hoc illi inimici sunt crucis eius, qui per legem dicunt esse iustitiam, ad quam iubere pertinet, non iuuare. gratia uero dei per Iesum Christum dominum nostrum in spiritu sancto adiuuat infirmitatem nostram.

5 Phil. 3, 15 8 Phil. 3, 16 11 Phil. 3, 17—19 16 Phil. 3, 2 20 Rom. 4, 14 21 Gal. 2, 21 23 Gal. 5, 11 25 cf. Rom. 7, 25

1 hominis (s *s.l.*) morientis *O* (entis *s.l.*) 3 xpo *V* 5 aliud *EF* deus uobis *B* 6 reuelauit *O* et proficientibus *om. O* 9 in quod] inquid quod *V* (quid *in ras.*; *s.l.m2 add.* in id) inquit in id quod *b* in id quod *d* 10 eius] huius *O* sumsit *V* sumxit *B* 11 coimitatores (*συνμιμηταί*) *D* comi*tatores *O* (*in mg. m1* ł imitatores) comitatores *B* imitatores *Vbd* inquit mei *OBV* 12 et *om. EF* sicut et habetis *V* 14 uobis dicebam *OBCV* 15 crucis *om. F* 18 qui *om. O* 19 quae est ex lege *OBV* id est] idem *b* iubentē *V* 22 mortuus est gratis *D* 23 est *alt. om. O* 25 pertine*t *O* iubare *Om1* 26 nostrum *om. BCEFVd* in *om. OB* sancto] *add.* qui *D*

23. Quamobrem qui secundum iustitiam, quae in lege est, sine fide gratiae Christi uiuit, sicut se apostolus sine querella uixisse commemorat, nullam ueram putandus est habere iustitiam, non quia lex uera et sancta non est, sed quia oboedire uelle litterae iubenti sine uiuificante spiritu dei ueluti ex uiribus liberi arbitrii iustitia uera non est. iustitia uero, secundum quam iustus ex fide uiuit, quoniam per spiritum gratiae homini ex deo est, uera iustitia est. quae licet non inmerito in aliquibus iustis pro huius uitae capacitate perfecta dicitur, parua tamen est ad illam magnam, quam capit aequalitas angelorum. quam qui nondum habebat, et propter illam quae iam inerat perfectum et propter istam quae adhuc deerat inperfectum se esse dicebat. sed plane minor ista iustitia facit meritum, maior illa fit praemium. unde qui istam non sequitur, illam non adsequitur. quocirca post resurrectionem hominis futuram negare iustitiae plenitudinem et putare tantam futuram esse iustitiam in corpore uitae illius, quanta esse potest in corpore mortis huius, dementiae singularis est. non autem illic incipere homines quae hic noluerint dei mandata conplere uerissimum est. erit enim perfectissimae plenitudo iustitiae non tamen hominum mandata sectantium et ad eam plenitudinem proficiendo nitentium, sed in ictu oculi, sicut ipsa futura est resurrectio mortuorum, quoniam illa perfecta magnitudo iustitiae eis qui hic mandata fecerunt praemium dabitur, non et ipsa facienda mandabitur. sed ita dixerim 'mandata fecerunt', ut ipsa mandata meminerimus pertinere ad orationem, in qua cotidie ueraciter dicunt sancti filii promissionis et: f i a t u o l u n t a s t u a, et: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a.

1 cf. Phil. 3, 6 6 iustitia—non assequitur] cf. Prosperi Aquit. sent. ex Aug. delib. 315 (LI 475 M) cf. Rom. 1, 17 11 cf. Phil. 3, 12. 15 16 cf. Rom. 7, 24 20 cf. I Cor. 15, 52 25 Matth. 6, 10. 12

2 $\overline{\text{gra}}$ *C* iussisse *B* 3 iustitiam habere *B* 5 uelut *O* 6 est] sit *OB* uero *om. Prosper* | quam iustus] quā uis *C* 7 *pr.* est *om. OB* 9 est *om. Om1* 10 quaeminerat *O* 12 se *om. C* minor** *O* (ib; *eras.*) iustia *O* 13 illam non adsequitur] *om. O* minus habet *B* 14 quocirca* *V* futurum *C* 15 putare tantam *ex* putaret anima *O* 16 esse potest *F* (*s. l.* ł est) et in corp. *B* 18 noluerunt *O* enim *om. D* perfectissima *OB* 21 quoniam—eis *om. D* 22 haec *O* 23 et *s. ras. Om2* sed ista dixerit *V* 24 ut] *add.* et *V* ad *pon. ante* ipsa *OBCEF* 25 cottidie *O* et *om. Bb*

VIII. 24. Cum igitur Pelagiani his atque huiusmodi ueritatis testimoniis et uocibus urgentur, ne negent originale peccatum, ne gratiam dei, qua iustificamur, non gratis, sed secundum merita nostra dari dicant, ne in homine mortali quamlibet sancto et bene agente tantam dicant esse iustitiam, ut ei non sit necessaria etiam post regenerationis lauacrum, donec istam uitam finiat, remissio peccatorum, ergo cum urgentur, ne ista tria dicant et per haec homines qui eis credunt a gratia saluatoris alienent et elatos in superbiam in iudicium diaboli praecipites ire persuadeant, inmittunt aliarum nebulas quaestionum, in quibus eorum apud homines simpliciores siue tardiores siue sanctis litteris minus eruditos inpietas delitiscat. hae sunt nebulae ‘de laude creaturae, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrii, laude sanctorum‘, quasi quisquam nostrum ista uituperet ac non potius omnia in honorem creatoris et saluatoris debitis laudibus praedicet. sed neque creatura ita uult laudari, ut nolit sanari, et nuptiae quanto magis laudandae sunt, tanto minus eis inputanda est pudenda carnis concupiscentia, quae non est a patre, sed ex mundo est. quam profecto inuenerunt in hominibus nuptiae, non fecerunt, quia et illa in plurimis sine ipsis est et ipsae, si nemo peccasset, sine illa esse potuerunt. et lex sancta et iusta et bona nec ipsa est gratia et nihil ex ea recte fit sine gratia, quia non est data, quae posset uiuificare, sed praeuaricationis causa posita est, ut conuictos concluderet sub peccato et promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. et liberum arbitrium captiuatum non nisi ad peccatum ualet, ad iustitiam uero nisi diuinitus liberatum aditumque non ualet. ac per hoc et sancti omnes, siue ab illo antiquo Abel usque ad Iohannem Baptistam siue ab ipsis apostolis usque

3 cf. Rom. 3, 24 12 Pelagiani 17 cf. I Ioh. 2, 16 20 cf. Rom. 7, 12 21 cf. Gal. 3, 21. 19. 22

2 urgeantur *OBC* urgueantur *V* ne—gratis *s.l. Om1* 5 sint *O* 6 regenerationis] resurrectionis *CEF* 7 ergo cum urgentur] quia ergo *OBCEFV, cf. lin. 1. 2* ne *s.l.O* 8 sauatoris *Om1* heleuatos *C* 9 aliarum] *add.* rerum *D* 11 delitiscant *V* delitescat *BCDEFbd* hae*O* haec *C* 13 liberii *O* quasi *O* (si *s.l. m2*) ita *C* istuperet *Dm1* 15 ut] et *Om1* nolit] gaudet**D* 17 conpiscentia *D* 18 in *om. V* 19 ipsae si] ipsa ē *V* ipsi *D* 20 illa] ulla *V* et bona—gratia *om. EF* 21 *nil***O* nil *B* 22 possit *V* conuinctos *D* 23 conclauderet *C* et] lex *O* ex *om. OB* fidei *B*

ad hoc tempus et deinceps usque ad terminum saeculi in domino laudandi sunt, non in se ipsis, quia et illorum anteriorum uox est: in domino laudabitur anima mea et istorum posteriorum uox est: gratia dei sum quod sum et ad omnes pertinet: ut qui gloriatur, in domino glorietur et confessio communis est omnium: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et ueritas in nobis non est.

IX. 25. Sed quoniam in his quinque rebus quas proposui, in quibus quaerunt latebras et de quibus conectunt calumnias, diuinis documentis produntur atque uincuntur, excogitauerunt Manicheorum destabili nomine inperitos quos potuerint deterrere, ne aduersus eorum peruersissima dogmata aures accommodent ueritati, quia scilicet Manichei quinque istorum tria priora blasphemando condemnant dicentes neque humanam creaturam neque nuptias neque legem a summo et uero deo esse instituta. non autem accipiunt, quod ueritas dicit, a libero arbitrio exordium sumpsisse peccatum et ex illo esse omne uel angeli uel hominis malum, quia mali naturam semper malam et deo coaeternam nimis a deo exorbitantes credere maluerunt. sanctos quoque patriarchas et prophetas quantis possunt exsecrationibus insectantur. ecce unde se putant heretici noui Manicheorum nomine subiecto uim subterfugere ueritatis, sed non subterfugiunt. insequitur quippe illa et simul Manicheos Pelagianosque subuertit. homo enim, dum nascitur, quia bonum aliquid est, in quantum homo est, Manicheum redarguit laudatque creatorem, in quantum uero trahit originale peccatum, Pelagium redarguit et habet necessarium saluatorem. nam et quod sananda dicitur ista natura, utrumque repercutit, quia nec medicina opus haberet, si sana esset — quod est contra Pelagium — nec sanari posset om-

3 Ps. 33, 3 4 I Cor. 15, 10 5 I Cor. 1, 31 6 I Ioh. 1, 8 15 cf. August. De haeresibus c. 46 (XLII 34 sqq. M)

1 hoc *om.B* terminum *s. ras. Om2* 4 sum] *add.* id *Od* 7 nosmet *O* 9 prosui *V* 10 connectant *F* 11 conuincuntur *OBEFVbd* et cogitauerunt *C* manichaeorum *O* 12 ut (*add.m2*) inperitos *O* imperatos *Bm1* quos *om. O* potuerunt *BEF* ne *om. O* 14 tria *spat. uacuo rel. om. O* blasphemanda *CEF* 16 a*O* summo *O* (o *s.l. m2*) institutam *OBEFd* 17 a libero] a leuero *B* ex arb. *B* peccatum] *add.* existimantes *B* et *om. OB* 22 subiecto *Om1* obiecto *BCEFVbd* non *om. O* 26 trait *V* 27 *alt.* et *om. O* quo *CEF* 29 possit *V*

nino, si aeternum atque inmutabile malum esset, quod est contra Manicheum. item quod nuptiis, quas laudamus a domino constitutas. concupiscentiam carnis inputandam esse non dicimus, et contra Pelagianos est, qui eam in laudibus ponunt, et contra Manicheos, qui eam malae alienae naturae tribuunt, cum sit nostrae naturae accidens malum non dei disiunctione separandum, sed dei miseratione sanandum. item quod dicimus legem sanctam et iustam et bonam non iustificandis impiis, sed conuincendis superbis praeuaricationis gratia positam, et contra Manicheos est, quia secundum apostolum laudatur, et contra Pelagianos, quia secundum apostolum nemo ex lege iustificatur et ideo uiuificandis eis quos littera occidit, id est quos lex bona praecipiens praeuaricatione reos facit, spiritus gratiae gratis opitulatur. item quod arbitrium in malo liberum dicimus ad agendum bonum gratia dei esse liberandum, contra Pelagianos est, quod autem dicimus ab illo exortum, quod antea non erat malum, contra Manicheos est. item quod sanctos patriarchas et prophetas debitis in deo laudibus honoramus, aduersum est Manicheis, quod uero et ipsis quamuis iustis et deo placentibus propitiationem domini fuisse dicimus necessariam, aduersum est Pelagianis. utrosque igitur catholica fides sicut et ceteros hereticos aduersarios inuenit, utrosque diuinorum testimoniorum auctoritate et luce ueritatis conuincit.

X. 26. Addunt sane ad latebrarum suarum nebulas Pelagiani de origine animae non necessariam quaestionem ad hoc, ut res manifestas aliarum rerum obscuritate turbando moliantur latendi locum. aiunt

7 cf. Rom. 7, 12 8 cf. Gal. 3, 19 11 cf. Gal. 3, 11 cf. II Cor. 3, 6 25 cf. Operis imperf. II 173 (XLV 1218 M): dicunt autem nos animarum traducem confiteri; quod in cuius libris legerint nescio

1 aeternā *C* 3 imputandum *B* 4 in—eam *om.B* 5 alienae *om.D* aliae *b* tribuunt—naturae *s.l.O* 6 disiunctionem *V* distinctione *D,b* (*in mg.* ał disiunctione) 7 et *pr. om. CD* et iustam *om.V* 9 gratiae *C* 10 quia *O* (ia *in ras. m2*) *B* (a *ex* m) 10 apsm *O* (m *add. m2*) 11 iustificatus est *EF* uiuific.] iustificandis *Db* quos *om. O* 12 quod *Om2* praeuaricationis *D* 13 gratia *Om1* arbitrio *V* arbitrium sui *Db* malo**V* malum *CDFb. cf. p. 428, 13* 14 dicimus] accipimus *B* 15 quod—est *in mg.B* exorsum *B* 17 aduersus *D* 18 manicheos *D* quod—pelaianis *add Om3* 19 dicimus] dni *B* 20 plagianos *in ras. D* sicut *om.B* 22 auctoritatis *O* auctoritas *B* et *om.OBEF* ueritas luce *V* ueritatis lucis *C* ueritatis *om.OB* 23 ad *om.Om1* nebula sum *V* 25 alarū *C*

enim ‘nos animarum traducem cum peccati traduce contueri.’ quod ubi et quando in eorum, qui defendunt aduersus istos catholicam fidem, uel sermonibus audierint uel litteris legerint nescio, quia etsi inuenio a catholicis de hac re aliquid scriptum, nondum contra istos fuerat ueritatis suscepta defensio neque id agebatur, ut eis responderetur. sed hoc dico tam manifestum esse secundum scripturas sanctas originale peccatum atque hoc dimitti lauacro regenerationis in paruulis tanta fidei catholicae antiquitate atque auctoritate firmatum, tam clara ecclesiae celebritate notissimum, ut quidquid de animae origine cuiuslibet inquisitione uel adfirmatione disseritur, si contra hoc sit, uerum esse non possit. quapropter quisquis uel de anima uel de quacumque re obscura id adstruit, unde hoc quod uerissimum, fundatissimum, notissimum est destruat, siue sit ille filius siue inimicus ecclesiae, aut corrigendus est aut cauendus. sed hic sit huius uoluminis finis, ut aliud habeant quae sequuntur exordium.

1 nos *om.D* quam peccati traducem (traduce *C*) *CEF* contineri *D* confiteri *Opus imperf.* 2 et] uel *OBV* *post* aduersus *2 litt. eras. V* 4 inuenio∗*V* 5 nequid *O* necquid *B* 6 tamen *CEF* esse *ex* sese *Om2* 9 actoritate *B* clare *OBD* 10 quid *V* 12 anime *C* ad∗∗str∗uit *O* astruit *BCD* 13 et fundatissimum *B*, *om.EF* notissimum *om.OBEF* 15 huiusmodi *B* finis *om. V* 16 quae *om.C* quod *EF* secuntur *O* sequetur *EF* exordium amen *O* Explicit liber III beati aurelii augustini incipit eiusdem liber IIII feliciter *O* Explic̄ liber c̄ius incip̄ liber quartus *D* Expł I III ic̄ IIII *BC* Aureli ad papam Bonifaci Incipit liber IIII (*litt. mai.*) *V*

LIBER QVARTVS.

I. 1. Post haec quae tractauimus quibusque respondimus eadem repetunt quorum redarguimus epistulam, sed diuerso modo. nam prius ea proposuerunt nobis obicientes, quae uelut perperam sentiamus, postea uero quid ipsi sentiant exponentes eadem a contrario reddiderunt addentes duo quaedam quae non dixerant, id est 'baptismum se dicere omnibus aetatibus necessarium' et 'per Adam mortem ad nos transisse, non crimina'. quae suo loco et ipsa tractanda sunt. proinde quia superiore libro, quem modo explicauimus, quinque rerum eos obtendere obstacula diximus. in quibus eorum dogmata inimica gratiae dei et catholicae fidei delitiscant, laude scilicet creaturae, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrii, laude sanctorum, commodius esse arbitror omnia quae defendunt, quorum contraria nobis obiciunt, generatim distinguere et quae illorum ad quid istorum quinque pertineant demonstrare, ut dilucidior et breuior ipsa distinctione possit esse nostra responsio.

II. 2. Laudem creaturae, quod ad genus humanum adtinet, unde nunc quaestio est, his sententiis exsequuntur, 'quod nascentium conditor deus sit filiique hominum opus sint dei et peccatum omne non de natura, sed de uoluntate descendat'. huic laudi creaturae adplicant, 'quod omnibus aetatibus dicunt esse baptismum necessarium, ut scilicet illa creatura in dei filios adoptetur, non quod aliquid ex parentibus trahat, quod sit lauacro regenerationis expiandum'.

7. 19. 22 Iulianus

3 re∗petunt *O* sed] sub *EF* 4 p̄posuerunt *C* obicientes nobis *B* quod *EF* 5 a *om.Om1* 6 dixerunt *F* 7 se dicere *in spat. uacuo add. Om3* 8 trasisse *Om1* crimina *O* (a *s. ras. m2*) 9 deinde *V* quae modo *EF* quemadmodum *O* 10 tendere *Om1* 11 dogmata *m2 ex* donata *O* 12 delitescant *BDm2EF* *post* scilicet *eras.* et *O* laudą (e *s.* ą) *Om2 bis, item lin. 13* 13 commodis *V* esse *ex* sese *O, om.V* 14 generatīș *D* gradatim *F* 15 at *O* (t *ex* d, *in mg.* ł ad) quid *s.l.Om2* 16 dilucidior *ex* dulcior *D* probabilior *D,b* (*in mg.* ał breuior) distinc | tinctione *C* 18 *ante* creaturae *uid. eras.* in *O* creaturae *O* (ae *in ras. m2*) 19 nunc *om.D* hi∗s *O* exsecuntur *CD* 21 discendat *CV* 24 lau. regen. sit *D*

huic laudi adiungunt et 'quod dominum Christum nulla dicunt macula peccati fuisse respersum, quantum adtinet ad eius infantiam, quia eius carnem ab omni peccati contagione purissimam non excellentia propria et gratia singulari, sed communione naturae' quae omnibus inest infantibus adseuerant. eo pertinet etiam, quod 'de animae origine' inserunt quaestionem 'sic animae Christi coaequare molientes omnes animas paruulorum, quas uolunt esse similiter nulla peccati macula aspersas'. propter hoc etiam dicunt 'ex Adam nihil mali transisse per ceteros nisi mortem'. *quae non semper est malum*, inquiunt, *cum et martyribus sit causa praemiorum et uel bonum uel malam mortem dici faciat non resolutio corporum, quae excitabuntur in omni genere hominum, sed meritorum diuersitas, quae de humana libertate contingit.* haec scribunt in hac epistula de laude creaturae.

Nuptias uero secundum scripturas laudant, 'quia dominus in euangelio loquitur: q u i f e c i t a b i n i t i o, m a s c u l u m e t f e m i n a m f e c i t e o s. e t d i x i t: c r e s c i t e e t m u l t i p l i c a m i n i e t r e p l e t e t e r r a m', quamuis hoc non in eo loco euangelii, sed tamen in lege sit scriptum. addunt etiam: 'q u o d e r g o d e u s c o n i u n x i t, h o m o n o n s e p a r e t', quae uerba euangelica agnoscimus.

In laude legis dicunt 'ueterem legem secundum apostolum iustam et sanctam et bonam custodientibus mandata sua ac per fidem iuste uiuentibus sicut prophetis et patriarchis omnibusque sanctis uitam potuisse conferre perpetuam'.

In laude liberi arbitrii dicunt 'liberum arbitrium non perisse, cum loquatur dominus per prophetam: s i u o l u e r i t i s e t a u-

1. 6. 8. 13 Iulianus 15. 22. 26. sqq. Iulianus 16 Matth. 19, 4 17 Gen. 1, 28 20 Matth. 19, 6 22 cf. Rom. 7, 12 27 Esai. 1, 19. 20

1 et *om.B* xpm dnm *DFbd* dnm nrm hiesū xpm *E* 3 omnis *V* peccati *om.B* 4 singulari*D* cōmunicatione *C* cōnicatione *EF* 6 sic] etsi *O* et sic *EF* coaequari *V* 7 animas omnes *B* animas omnium (*om.* omnes) *O* 8 adam *ex* eadem *B* 10 et] in *O* causa*O* et ut bonam uel malam *EF* 11 bonanā *V* mortem *om. EFd* dicit *O* qua *B* 12 excitabantur *O* 13 scribuntur *EF* ac *B* 16 ab initiū *V* 17 et *pr. om.O* 18 non *s.l.Om3 D* 19 in eo *om.Om1* in eoḍeṃ *D* 22 in laudem *V* apos *O* (*sic per omnes casus*) 23 ac per hoc per fidem *OB* 27 si—edetis *om.D*

dieritis me, quae bona sunt terrae edetis; si nolueritis et non audieritis me, gladius uos comedet, ac per hoc et gratiam uniuscuiusque bonum propositum adiuuare, non tamen reluctanti studium uirtutis inmittere, quia personarum acceptio non est apud deum'.

Laude sanctorum sese contegunt dicentes 'baptisma perfecte homines innouare, si quidem apostolus testis sit, qui per lauacrum aquae ecclesiam de gentibus sanctam fieri inmaculatamque testatur; sanctum quoque spiritum mentes bonas in antiquis adiuuisse temporibus dicente propheta ad deum: spiritus tuus bonus deducet me in uiam rectam; omnes quoque prophetas et apostolos uel sanctos tam noui quam ueteris testamenti, quibus deus testimonium perhibet, non in comparatione sceleratorum, sed regula uirtutum iustos fuisse; in futuro autem tempore mercedem esse tam bonorum operum quam malorum; ceterum neminem posse quae hic contempserit illic mandata perficere, quia dixerit apostolus: oportet nos manifestari ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque propria corporis, secundum quod gessit, siue bonum siue malum'.

In his omnibus quicquid dicunt de laude creaturae atque nuptiarum ad hoc referre conantur, ut non sit originale peccatum, quicquid de laude legis et liberi arbitrii, ad hoc, ut gratia non adiuuet nisi meritum ac sic gratia iam non sit gratia, quicquid de laude sanctorum, ad hoc, ut uita mortalis in sanctis uideatur non habere peccatum nec sit eis necessarium pro dimittendis debitis suis precari deum.

III. 3. Ista nefaria dogmata et damnabilia in hac tripertita diuisione quisquis mente catholica exhorret, illius quinquepertitae late-

3 cf. pag. 469, 18 5 cf. Rom. 2, 11 6—20 Iulianus 7 cf. Eph. 5, 26. 27 10 Ps. 142, 10 17 II Cor. 5, 10 24 cf. Rom. 11, 6

1 editis *V* 2 me *om.* *Obd* 3 commedet *V* hac *V* gratia *V* 4 reluctandi *DEFbd* 5 quia n̄ ē pers. acc. *O* (n̄ ē *s.l.m1*) dn̄m *OB* 6 perfect*e *O* 9 adiuuasse *s.l.D*, *CEF* 10 dn̄m *B* 11 deducit *V* uitam *C* *ante* rectam *exp.* bonam *B* et apostolos prophetas *DEF* 13 dn̄s *D* cōparationem *O* 15 operum *om.V* 16 contempsi *Om1* 17 ap̄os *O* 22 quidquid *O* 23 libri *C* gratiam *B* 24 iam *om.B* iam—gratia *s.l.Om2* 25 non uideatur habere *B* 26 ei *C* 28 nefanda *EF* et damnabilia dogmata *Vb* ha*c *O* tripartita *EFbd* 29 exorret *O* quinque peritae *V*

bras insidiasque deuitet atque ita inter utrumque sit cautus, ut sic declinet Manicheum, ne se inclinet in Pelagium, rursusque se ita seiungat a Pelagianis, ne coniungat Manicheis, aut si in alterutris iam tenetur, ne sic se a quibuslibet alteris eruat, ut in alteros inruat. uidentur quippe inter se esse contrarii, quoniam quinque illa Manichei uituperando se manifestant, Pelagiani laudando se occultant. quapropter utrosque damnat atque deuitat quisquis secundum regulam catholicae fidei sic in hominibus nascentibus de bona creatura carnis et animae glorificat creatorem — quod non uult Manicheus —, ut tamen propter uitium, quod in eos per peccatum primi hominis pertransiit, fateatur et paruulis necessarium saluatorem — quod non uult Pelagius —; sic discernit malum pudendae concupiscentiae a bonitate nuptiarum, ut neque Manicheis similis unde nascimur culpet neque Pelagianis similis unde confundimur laudet; sic legem per Moysen sanctam et iustam et bonam a deo sancto et iusto et bono datam esse defendit — quod contra apostolum negat Manicheus —, ut eam dicat et peccatum ostendere, non tamen tollere et iustitiam iubere, non tamen dare — quod rursus contra apostolum negat Pelagius—; sic asserit liberum arbitrium, ut non ex natura nescio qua semper mala, quae nulla est, sed ex ipso arbitrio coepisse dicat et angeli et hominis malum — quod euertit heresim Manicheam—, nec ideo tamen posse captiuam uoluntatem nisi dei gratia respirare in salubrem libertatem — quod euertit heresim Pelagianam —; sic laudat in deo sanctos homines dei non solum ex manifestato in carne Christo et deinceps, uerum etiam superiorum temporum — quos audent blasphemare Manichei —, ut tamen de ipsis plus credat ipsis confitentibus quam Pelagianis mentientibus. sanctorum enim uox est: s i d i x e r i m u s q u i a p e c c a t u m n o n h a b e m u s, n o s i p s o s s e d u c i m u s e t u e r i t a s i n n o b i s n o n e s t.

14 cf. Rom. 7, 12 27 I Ioh. 1, 8

1 debitet *Om1* 2 im pelagium *C* ita se *bd* 3 coniungatur *EF* sese iungat *b* in *om.B* 4 nec *V* a] ad *V* quibuslicet *O* in alteris *F* alteri]s eruat *V* alteri seruat *Oa.c.* alteri seruet *b* 6 manifesta *Om1* pelaiani—occultant *s.l.Om3* 8 omībus *B* 10 pertransit *O* 11 et *om.B* 12 et sic *CEF* discernat *B* pud. conc. malum *OBCV* 13 neque—culpet *om.EF* unde—similis *om.V* pelagio *F* pelagianus *E* 14 sic per moysen legem *EF* scm̄ *s.l.Om2* 15 et a deo *BCEFV* et *alt. om.V* esset *C* defendat *B* 16 dicat] *add.* apostolus *EF* et *om.C* 18 asserat *B* 20 et *pr. om.OB* homines *V* 23 laudet *B* sco̅ *C* 24 xp̄i *EF* uerum] utrum *B* 25 addent *V*

IV. 4. His ita se habentibus quid prodest nouellis hereticis, inimicis crucis Christi et diuinae obpugnatoribus gratiae, quod a Manicheorum errore sani uidentur et alia sua pestilentia moriuntur? quid eis prodest, quod in laude creaturae dicunt 'deum bonum nascentium conditorem, per quem facta sunt omnia, eiusque opus esse filios hominum', quos Manichei dicunt opus esse principis tenebrarum, cum inter utrosque uel apud utrosque dei creatura quae est in infantibus pereat? utrique enim nolunt eam Christi carne et sanguine liberari: illi, quia ipsam carnem et sanguinem Christi, tamquam haec omnino in homine uel ex homine non susceperit, destruunt, isti autem, quia nullum malum inesse infantibus asserunt, unde per sacramentum carnis huius et sanguinis liberentur. iacet inter illos in paruulis humana creatura institutione bona, propagatione uitiata, bonis suis confitens optimum conditorem, malis suis quaerens misericordissimum redemptorem, Manicheos habens bonorum suorum uituperatores, Pelagianos habens malorum suorum negatores, utrosque persecutores. et quamuis per infantiam loqui non ualeat, specie tamen tacita et infirmitate abdita impiam uanitatem utrorumque compellat et illis dicens: 'ab eo qui bona creat credite me creari' et istis dicens: 'ab eo qui me creauit sinite me sanari'. Manicheus dicit: 'nihil est huius infantis nisi anima bona liberanda, cetera non ad deum bonum, sed ad principem tenebrarum pertinentia respuenda', Pelagianus dicit: 'immo huius infantis nihil est liberandum, quia totum ostendimus saluum'. ambo mentiuntur, sed iam mitior est carnis solius accusator, quia in uniuersum conuincitur saeuire laudator. sed nec Manicheus humanae animae subuenit blasphemando auctorem totius hominis deum nec Pelagianus humanae infantiae diuinam medicinam subuenire permittit negando originale peccatum. deus ergo miseretur per catholicam fidem, quae utramque redarguendo perniciem infanti subuenit ad salutem, Manicheis

1 cf. Phil. 3, 18 4 Iulianus

2 cruci *O* 3 sua *om. B* 4 quod] quia *D* 6 filio *Om1* principes *V* 10 susciperit *O* 11 quia *O* (a *s.l.m2*) 13 creaturae *O* 14 conditore *C* 16 pelaigianos *O* 18 speciae *V* tamen tam̄ *B* tacite *Vm1* uanitatem *in ras. B* 19 utrūq. *O* abeo *O* 21 ni∗hil *O* huius est *O* animo *O* 22 ad *alt. om. F* pertinent *Db* 24 sed micior est iam *D* 25 accusatur *EF* quia] quam qui *Dbd* 26 laudatur *V* neque *Db* 28 medicinam] gratiam *bd* negare *V* 29 utraque *OB* utranque *V* 30 infantis *O* infantibus *D*

dicens: ‘audite apostolum clamantem: n e s c i t i s q u i a c o r p u s u e s t r u m t-e m p l u m e s t i n u o b i s s p i r i t u s s a n c t i? et deum bonum creatorem credite et corporum, quia non potest esse templum spiritus sancti opus principis tenebrarum‘, Pelagianis dicens: ‘in iniquitatibus conceptus est et in peccatis eum mater eius in utero aluit, quem conspicitis paruulum. quid eum tamquam ab omni noxa liberum defendendo non permittitis per indulgentiam liberari? n e m o m u n d u s a s o r d e n e c i n f a n s c u i u s e s t d i e i u n i u s u i t a s u p e r t e r r a m. sinite miserum remissionem accipere peccatorum per eum qui solus nec paruus nec magnus potuit habere peccatum‘.

5. Quid eis igitur prodest, quod dicunt ‘omne peccatum non de natura, sed de uoluntate descendere‘ et Manicheis malam naturam dicentibus causam esse peccati huius sententiae ueritate resistere, quando nolentes admittere originale peccatum, cum et ipsum sine dubio de primi hominis uoluntate descendat, faciunt reos paruulos de corpore exire? quid eis prodest ‘baptismum omnibus aetatibus necessarium confiteri‘, quod Manichei dicunt omni aetati superfluum, cum isti dicant esse in paruulis falsum, quantum ad remissionem adtinet peccatorum? quid eis prodest quod ‘carnem Christi‘, quam Manichei nullam uel simulatam fuisse contendunt, aduersus eos isti non solum ‘ueram, sed et ipsam et animam nulla peccati macula respersam fuisse‘ defendunt, cum sic eius infantiae ceteri ab eis coaequentur infantes non inpari puritate, ut et illa non uideatur seruare istorum comparatione propriam sanctitatem et isti ex illa nullam consequantur salutem?

6. In eo sane quod dicunt ‘per Adam mortem ad nos transisse, non crimina‘ non habent aduersarios Manicheos, quia nec ipsi

1 I Cor. 6, 19 5 cf. Ps. 50, 7 8 Iob 14, 4. 5 12 Iulianus 17. 20. 27 Iulianus

2 in uobis est *OC* in uobis *om.B* 3 et—sancti *in mg.O* crea | dite *D* (dite *in ras.*) et corporum credite *EF* et *om.Dbd* 5 in ininiquitatibus *O* eum *post* utero *prdeb.D* 6 abluit *C* quid eum] quidem *C* 7 omni *O* (ni *s.l.m2*) omni∗*D* nox∗a *V* 9 uita] *add.* sit *D* 10 peccatorem *Om1* nec paruum nec magnum *EF* 12 igitur eis *B* 13 in manichaeis *O* malū *C* 14 sistere *V* 15 amittere *B* 18 in omni aetate *CDEFbd* aetati *O* (i *ex* e *m1*) 19 dicunt *V* 20 peccatorum attinet *O* atinet *B* (a *ex* u) 21 aduersus—defendunt *in mg.O* 22 et *alt. om. BDEFbd* 23 eius sic *Db* si *O* 25 reseruare *CEF* comparationē *C* ista *O*

astruunt originale peccatum ex homine primo prius puro et recto corpore ac spiritu et postea per arbitrium liberum deprauato deinceps in omnes cum morte transisse et transire peccatum, sed carnem dicunt ab initio malum corpus de malo corpore et a malo spiritu et cum malo spiritu creatam, animam uero bonam, partem scilicet dei, pro meritis inquinationis suae per cibos et potum, in quibus antea conligata est, uenire in hominem atque ita per concubitum etiam carnis uinculo conligari. ac per hoc Manichei consentiunt Pelagianis non crimen primi hominis transisse in genus humanum neque per carnem, quam numquam fuisse dicunt bonam, neque per animam, quam perhibent cum meritis inquinamentorum suorum, quibus polluta est ante carnem, uenire in hominis carnem. sed Pelagiani quomodo dicunt 'solam mortem ad nos transisse per Adam?' si enim propterea morimur, quia ille mortuus est — ille autem mortuus est, quia peccauit —, poenam dicunt transire sine culpa et innocentes parvulos iniusto supplicio puniri trahendo mortem sine meritis mortis. quod de uno solo mediatore dei et hominum homine Christo Iesu catholica fides nouit, qui pro nobis mortem, hoc est peccati poenam, sine peccato subire dignatus est. sicut enim solus ideo factus est hominis filius, ut nos per illum dei filii fieremus, ita solus pro nobis suscepit sine malis meritis poenam, ut nos per illum sine bonis meritis consequeremur gratiam, quia, sicut nobis non debebatur aliquid boni ita nec illi aliquid mali. commendans ergo dilectionem suam in eos quibus erat daturus indebitam uitam pati pro eis uoluit indebitam mortem. hanc singularem mediatoris praerogatiuam Pelagiani euacuare

13 Pelagiani 17 cf. I Tim. 2, 5 de uno solo—indebitam mortem] cf. Prosperi Aquitani sent. 316(LI 475 M)

1 recto et puro *F* puero (*sic*) *V* 2 a *Om1* deprauato *ex* depbato *O* 3 omne *O* transisse cum morte *D* et trans. pecc. *om.D* 4 malam (a *fin.* *ex* u) *B* malam (*om.* corpus) *Dbd* dae *O* a *s.l.B* malo *om.EF* 6 cibos] liberos *V* 7 atque ita] *add.* et *B* per hominis concubitum *B* 8 etiam *om.BEFd* colligati *E* hoc] *add.* carnis *D* 9 hominis *B* (ho *ex* nu) neque—fuisse *in mg.Om3* 11 suorum *om.Om1* 14 *pr.* illę *B* 15 sine culpa] in culpā *O* 16 suplicio *O* iudicio *Db* 17 mortis *om.V* quod—solus *lin. 19 in mg.Om2* de uno] denuo *C* 18 quod *Prosper* mortem *om.F* id est *Prosper* peccati *O* (i *s. ras. m2*) 19 enim] *add.* potenter *B* 20 fieremur *V* pro nobis *om.V* *Prosper* 21 sicut *Prosper* bonis] ullis *OB*, *om. Prosper* 22 gratiam susciperemus *BF* consequeremur *om. OCEV Prosper* 23 ergo] autem *V* 25 Pelagiani∗*O*

conantur, ut hoc iam non sit in domino singulare, si Adam ita propter culpam mortem passus est debitam, ut paruuli ex illo nullam trahentes culpam mortem patiantur indebitam. quamuis enim bonis conferatur per mortem plurimum boni, unde nonnulli congruenter etiam de bono mortis disputauerunt, tamen et hinc quae praedicanda est nisi misericordia dei, quod in bonos usus conuertitur poena peccati?

7. Sed haec ideo dicunt isti, dum uolunt ex uerbis apostoli in suum sensum homines detorquere. ubi enim ait apostolus: p e r u n u m h o m i n e m p e c c a t u m i n t r a u i t i n m u n d u m e t p e r p e c c a t u m m o r s e t i t a i n o m n e s h o m i n e s p e r t r a n s i i t, ibi uolunt intellegi non peccatum pertransisse, sed mortem. quid est ergo quod sequitur: i n q u o o m n e s p e c c a u e r u n t? aut enim in illo uno homine peccasse omnes dicit apostolus, de quo dixerat: p e r u n u m h o m i n e m p e c c a t u m i n t r a u i t i n m u n d u m, aut in illo peccato aut certe in morte. non enim mouere debet, quia non dixit 'in qua', sed i n q u o o m n e s p e c c a u e r u n t; mors quippe in graeca lingua generis masculini est. quodlibet ergo eligant. aut enim 'in illo homine peccauerunt omnes' ideo dictum est, quoniam quando ille peccauit, in illo erant omnes; aut in illo peccato peccauerunt omnes, quia generaliter omnium factum est, quod nascentes tracturi erant omnes; aut restat, ut dicant, quod in illa morte peccauerint omnes. sed hoc quemadmodum possit intellegi non plane uideo. in peccato enim moriuntur homines, non in morte peccant; nam peccato praecedente mors sequitur, non morte praecedente peccatum. a c u l e u s quippe m o r t i s e s t p e c c a t u m, id est aculeus,

9. 13 Rom. 5, 12 27 I Cor. 15, 56

1 non tam *O* non iam *B* ita *om.EF* 3 trehentes *O* 4 per mortem conferatur *V* 5 p̄dicandiē *O* (a *s.* i) 6 bono *CEF* 8 hoc *Dbd* uolunt] dicunt *D* 9 detorqueri *D* 10 introiuit *O* 11 in *s.l.Om2* homines *om.V* homines] *add.* mors *OB* 12 pertransit *b* intellegi *om.V* peccatum transisse *ins. F* 13 quid *O* (d̄ *s. l. m2*) 14 dicit omnes *EFbd* 15 hominum *Om1* 16 īmundum *C* certe] cerne *O* 17 mouere—non *om.B* 20 et ideo *Dbd* ideo—omnes *om.EF* ille *om.D* 21 *alt.* in *om.O* peccati *Om1* 22 tracturi erant] traxerant *V* 23 dicat *O* peccauer̄ *B* peccauer̄τ *C* 24 possit intellegi *ins. F* 25 homines] omnes *Dbd* nam peccati *B* 26 p̄cidente *utroque loco Om1*

cuius punctione fit mors, non aculeus, quo pungit mors, sicut uenenum, si bibitur, appellatur poculum mortis, quod eo poculo facta sit mors. non quod morte sit poculum factum aut a morte sit datum. quodsi propterea non potest illis uerbis apostoli peccatum intellegi, in quo omnes peccauerunt, quia in graeco, unde translata est epistula, peccatum feminino genere positum est, restat, ut in illo primo homine peccasse omnes intellegantur, quia in illo fuerunt omnes quando ille peccauit, unde peccatum nascendo trahitur, quod nisi renascendo non soluitur. nam sic et sanctus Hilarius intellexit quod scriptum est: in quo omnes peccauerunt; ait enim: in quo, id est Adam, omnes peccauerunt. deinde addidit: manifestum in Adam omnes peccasse quasi in massa; ipse enim per peccatum corruptus, omnes quos genuit nati sunt sub peccato. haec scribens Hilarius sine ambiguitate commonuit, quomodo intellegendum esset 'in quo omnes peccauerunt'.

8. Propter quid autem idem apostolus dicit nos per Christum reconciliari deo, nisi propter quod facti fuimus inimici? et hoc quid est nisi peccatum? unde et propheta dicit: peccata uestra separant inter uos et deum. propter hanc igitur separationem mediator est missus, ut tolleret peccatum mundi, per quod separabamur inimici, et reconciliati ex inimicis efficeremur filii. hinc utique apostolus loquebatur, hinc factum est, ut interponeret quod ait per unum hominem intrasse peccatum. haec enim sunt superiora uerba eius: commendat autem, inquit, suam caritatem deus in nobis, quoniam, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est; multo magis iustificati nunc in sanguine

9 cf. Ambrosiaster in ep. ad Rom. 5, 12 (XVII 92 M) et H. Zimmer, Pelagius in Irland pag. 119 17 cf. Rom. 5, 10 19 Esai. 59, 2 21 cf. Ioh. 1, 29 25 Rom. 5, 8—11

1 mors fit *O* quod *C* pongit *B* 2 cum uenenum bibitur *B* si] cum *s.l.Om1* 3 a *s.l.Om1* 4 apostolis *C* 8 peccatum *om.Om1* 9 sic e∗t*O* et sic *Dbd* hylarius *C* 10 ait] aut *V* 11 in adam *Dbd* 12 manifestum est *EF Ambrosiaster* in *s.l.Om1* 13 quasi] quia *O* corruptus∗*O* corruptus ē *B* 16 esset *om.O*, *in ras. D* 17 idem *om.D* 18 quod *s.l.Om2* sumus *C* et—unde *om.Om1* 19 peccata *O* (a *fin. ins. m2*) 20 igitur] ergo *bd* 22 *post* inimicis *eras.* et *O* 25 eius uerba superiora *B* autem] enim *O* deus suam caritatem *OB* 27 essemus peccatores *D* 28 nunc *om.V*

ipsius salui erimus ab ira per ipsum. si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius, non solum autem, sed et gloriantes in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem et nunc reconciliationem accepimus. deinde subiungit: propter hoc sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. quid tergiuersantur Pelagiani? si omnibus necessaria est reconciliatio per Christum, per omnes transiit peccatum, quo inimici fuimus, ut reconciliari opus haberemus. haec reconciliatio est in lauacro regenerationis et Christi carne et sanguine, sine quo nec paruuli possunt habere uitam in semet ipsis. sicut enim fuit unus ad mortem propter peccatum, sic est unus ad uitam propter iustitiam, quia, sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes uiuificabuntur et: sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem ita et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitae. quis aduersus haec apostolica uerba tanta duritia nefandae inpietatis obsurduit, ut his auditis mortem sine peccato in nos per Adam transisse contendat, nisi obpugnatores gratiae dei, inimici crucis Christi, quorum finis est interitus, si in hac obstinatione durauerint? uerum haec dixisse sufficiat propter eorum illam uersutiam serpentinam, qua uolunt mentes corrumpere simplices et auertere a catholicae fidei castitate ueluti laude creaturae.

V. 9. Porro autem de laude nuptiarum quid eis prodest, quod aduersus Manicheos, qui nuptias non deo uero et bono adsignant,

7 Rom. 5, 12 17 I Cor. 15, 22 18 Rom. 5, 18 24 cf. Phil. 3, 18 25 Phil. 3, 19

1 ipsius] eius *EF* 5 gloriamur *OB* per iesum christum dom. nostrum *DEFbd* 8 hunc *om.F* 10 homines *om.V* 11 ergo uersantur *B* ergo aduersantur *O* 13 opus reconciliari *DEFbd* 15 uitam habere *D* semet**ipsis *O* 16 est] et *CDEF* 17 sic] ita et *Dbd* 18 et] ut *O* 20 iustitiam *O* 25 est *om.Om1* hoc *O* obscuratione *C* 27 quia *V* uolunt—simplices] conantur decipere supplices *B* 28 crea*turae *O* 29 propdest *O* 30 nuptias *om.D*

sed principi tenebrarum, isti uerbis uerae pietatis obsistunt dicentes ‘quia dominus in euangelio loquitur: q u i f e c i t a b i n i t i o, m a s c u l u m e t f e m i n a m f e c i t e o s. e t d i x i t: c r e s c i t e e t m u l t i p l i c a m i n i e t r e p l e t e t e r r a m. q u o d e r g o d e u s c o n i u n x i t, h o m o n o n s e p a r e t‘? quid eis hoc prodest per uerum seducere ad falsum? hoc enim dicunt, ut ab omni noxa liberi nasci credantur infantes ac sic non eis opus sit deo reconciliari per Christum non habentibus ullum originale peccatum, propter quod reconciliatio necessaria est omnibus per unum, qui sine peccato uenit in mundum, sicut omnium factae inimicitiae sunt per unum, per quem peccatum intrauit in mundum. quod catholice creditur pro saluanda natura hominum salua laude nuptiarum, quia nuptiarum laus est iusta copulatio sexuum, non iniqua defensio uitiorum. ac per hoc cum isti laudando nuptias a Manicheis homines ad se ipsos uolunt traducere, mutare illis morbum cupiunt, non sanare.

10. Rursus in laude legis quid eis prodest, quod contra Manicheos uerum dicunt, quando ex hoc ad illud uolunt ducere, quod falsum contra catholicos sentiunt? dicunt enim: *legem etiam ueterem secundum apostolum iustam et sanctam et bonam fatemur, quae custodientibus mandata sua ac per fidem iuste uiuentibus sicut prophetis et patriarchis omnibusque sanctis uitam potuit conferre perpetuam.* quibus uerbis callidissime positis legem contra gratiam laudant. neque enim lex illa quamuis sancta et iusta et bona omnibus illis hominibus dei. sed fides, quae in Christo est, uitam potuit conferre perpetuam. haec enim fides per dilectionem operatur, non secundum

2 Iulianus, cf. p. 521, 15 Matth. 19, 4 3 Gen. 1, 28 4 Matth. 19, 6 7 cf. Rom. 5, 10 19 Iulianus 20 cf. Rom. 7, 12 25 cf. Gal. 3, 26 26 cf. Gal. 5, 6

1 istis *OB* obstituunt *OB* 3 et masculum *V* dicit *EFbd* 5 dn̄s *O* 6 falsum] fallaces decipulas *B* hoc—dicunt *om. B* enim] ē *O* ab *om. O* 7 nasci credantur] nascantur *V* sic] si *B* deo *om. b* 10 īmundum *C* omnium] enim *b* inimicitiae factae *Db* 11 catholicae *V* 12 hominis *F* salua laude] saluandę *O* saluande *B* 13 iusta *O* (s *s. ras.*) copolatio *V* sexuum *sqq. inc. fol. 144ª V, cf. Praef.* iniqua *in ras. B* 14 ac] at *BEFbd* haꝫ *C* a *s. l.* ¦ *Om2* 17 quo contra *O* 18 uer∗um *O* nolunt dicere *V* 20 bonam et sanctam *O* 22 et *om. CEF* 24 iusta et sancta *OBbd*

litteram quae occidit, sed secundum spiritum qui uiuificat; ad quam dei gratiam lex de praeuaricatione terrendo tamquam paedagogus perducit, ut sic conferatur homini, quod conferre ipsa non potuit. istis namque uerbis eorum, quibus dicunt ‘legem prophetis et patriarchis omnibusque sanctis mandata eius seruantibus uitam potuisse conferre perpetuam‘, respondet apostolus: s i p e r l e g e m i u s t i t i a, e r g o C h r i s t u s g r a t i s m o r t u u s e s t. s i e x l e g e h e r e d i t a s, i a m n o n e x p r o m i s s i o n e. s i h i q u i p e r l e g e m h e r e d e s s u n t, e x i n a n i t a e s t f i d e s e t e u a c u a t a e s t p r o m i s s i o. q u i a a u t e m i n l e g e n e m o i u s t i f i c a t u r a p u d d e u m, m a n i f e s t u m e s t, q u i a i u s t u s e x f i d e u i u i t; l e x a u t e m n o n e s t e x f i d e, s e d q u i f e c e r i t e a u i u e t i n i l l i s. quod ex lege testimonium commemoratum ab apostolo aut propter uitam temporalem intellegitur, propter cuius amittendae timorem faciebant homines legis opera, non ex fide, quia transgressores legis eadem lege a populo iubebantur occidi, aut, si altius intellegendum est propter uitam aeternam scriptum esse: q u i f e c e r i t e a, u i u e t i n i l l i s, ideo sic expressum est legis imperium, ut infirmitas hominis in se ipsa deficiens ad facienda quae lex imperat de gratia dei potius ex fide quaereret adiutorium, cuius misericordia etiam fides ipsa donatur. ita quippe habetur fides, s i c u t u n i c u i q u e d e u s p a r t i t u s e s t m e n s u r a m f i d e i. si enim non a se ipsis habent, sed accipiunt homines spiritum uirtutis et caritatis et continentiae — unde dicit idem ipse doctor gentium: n o n e n i m a c c e p i m u s s p i r i t u m t i m o r i s, s e d u i r t u t i s e t c a r i t a t i s e t c o n t i n e n t i a e —, profecto accipitur etiam spi-

1 cf. II Cor. 3, 6 2 cf. Gal. 3, 24 4 Iulianus 6 Gal. 2, 21 7 Gal. 3, 18 8 Rom. 4, 14 10 Gal. 3, 11. 12 18 Leu. 18, 5 22 Rom. 12, 3 25 II Tim. 1, 17

2 gratiam *Ba.c.* pedagogus *V* 3 conferri *O* ferre *B* 4 uerbis] uersutiis *O* 6 perpetuū *C* respondit *V* 7 iustia *V* iustitiam *D* ergo *om.D* 8 lege *O* (ge *s.l.m3*) ex] e *O om.F* 9 et *om.Om1* 10 **promissio *D* 11 aput *V* 13 ea *om.Om1* uiuit *V* quod—*p. 532, 2* fidei *om.EF* 14 cūmemoratum *B* aut *om. bd* 15 amitiende *O* amittendā beatā spem iustitiam faciebant *B* legis opera *om.B* 16 opera—legis *bis pon. V* quia] quae *Db* 17 iubebat *D* 19 si *O* 20 lex *om.D* di* *V* (s *eras.*) 21 querere *O* misericordiae *O* 22 *post* quippe *tres litt. eras. V* 23 est *om.O* 24 homines *om.Om1*

ritus fidei, de quo dicit: habentes autem eundem spiritum fidei. uerum ergo dicit lex: quifeceritea, uiuet in eis. sed ut faciat ea et uiuat in eis, non lex quae hoc imperat, sed fides est necessaria, quae hoc impetrat. quae tamen fides, ut haec accipere mereatur, ipsa gratis datur.

11. Nusquam autem isti inimici gratiae ad eandem gratiam uehementius obpugnandam occultiores moliuntur insidias, quam ubi legem laudant, quae sine dubitatione laudanda est. legem quippe diuersis locutionum modis et uarietate uerborum in omnibus disputationibus suis uolunt intellegi gratiam, ut scilicet a domino deo adiutorium cognitionis habeamus, quo ea quae facienda sunt nouerimus, non inspirationem dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus, quae proprie gratia est. nam scientia legis sine caritate inflat, non aedificat secundum eundem apostolum apertissime dicentem: scientia inflat, caritas uero aedificat. quae sententia similis est ei, qua dictum est: littera occidit, spiritus autem uiuificat. quale est enim scientia inflat, tale est littera occidit et quale est caritas aedificat, tale est spiritus uiuificat, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, quidatus est nobis. cognitio itaque legis facit superbum praeuaricatorem, per donum autem caritatis delectat legis esse factorem. non ergo legem euacuamus per fidem, sed legem statuimus, quae terrendo ducit ad fidem. ideo quippe lex iram operatur, ut territo atque conuerso ad iustitiam legis inplendam dei misericordia gratiam largiatur per Iesum Christum dominum nostrum, qui est dei sapientia, de quascriptum est: legemetmisericordiaminlingua

1 II Cor. 4, 13 2 Leu. 18, 5 8 cf. De gratia Christi 7, 8—9, 10. 41, 45 (CSEL XLII 131—133. 158) 15 I Cor. 8, 1 16 II Cor. 3, 6 19 Rom. 5, 5 24 Rom. 3, 31 25 cf. Rom. 4, 15 27 cf. I Cor. 1, 30 28 Prou. 3, 16

1 dicit $\overline{\text{aps}}$ *O* 2 eam *V* 3 eis] illis *Dbd* sed—eis *s. l. Om3;* sed—imperat *om.CE* et] ut *V* non fuit lex quae hoc imperat sed fides; quae tamen fides at haec faciat *sqq. F* hoc *om.V* 4 imperat *Om1* 5 ipsa *om.V* 6 autem *om.F* 8 quīppe *Dm1* 9 loquutionum *O* 12 inspiratione *OBV* 13 propria *V* 14 apłm *s. exp.* $\overline{\text{spm}}$ *D* 16 sentencia *in ras. B* 17 autem *om.d* inflat scientia *D* 18 littera—aedificat] caritas aedificat et quale ē caritas ędificat *O* 19 qua *Om1* 24 euacuamus legem *D* set *B* (s *add. m2*) 25 fidem] uitam *O* 26 inplendo *V* implendum *B* misericordia*O* misericordiam *Db* gratia *Db*

p o r t a t, legem, qua terreat, misericordiam, qua subueniat, legem per seruum, misericordiam per se ipsum, legem tamquam in baculo, quem misit Heliseus ad filium uiduae suscitandum et non resurrexit — s i e n i m d a t a e s s e t l e x, q u a e p o s s e t u i u i f i- 5 c a r e, o m n i n o e x l e g e e s s e t i u s t i t i a —, misericordiam uero tamquam in ipso Heliseo, qui figuram Christi gerens mortuo uiuificando magni sacramenti uelut noui testamenti significatione coniunctus est.

VI. 12. Item quod aduersus Manicheos laudant liberum arbi- 10 trium adhibentes propheticum testimonium: s i u o l u e r i t i s e t á u d i e r i t i s m e, q u a e b o n a s u n t t e r r a e e d e t i s; s i a u t e m n o l u e r i t i s e t n o n a u d i e r i t i s m e, g l a d i u s u o s c o n s u m e t, quid eis hoc prodest? quando quidem non tam contra Manicheos defendunt quam contra catholicos extollunt 15 liberum arbitrium. sic enim uolunt intellegi quod dictum est: s i u o l u e r i t i s e t a u d i e r i t i s m e, tamquam in ipsa praecedente uoluntate sit consequentis meritum gratiae ac sic gratia iam non sit gratia, quae non est gratuita, cum redditur debita. si autem sic intellegerent quod dictum est: s i u o l u e r i t i s, ut etiam ipsam 20 bonam uoluntatem illum praeparare confiterentur, de quo scriptum est: p r a e p a r a t u r u o l u n t a s a d o m i n o, tamquam catholici uterentur hoc testimonio et non solum heresim ueterem Manicheorum uincerent, sed nouam Pelagianorum non conderent.

13. Quid eis prodest, quod in laude ipsius liberi arbitrii ‘gratiam‘ 25 dicunt ‘adiuuare uniuscuiusque bonum propositum‘? hoc sine scrupulo acciperetur catholice dictum, si non in bono proposito meritum ponerent, cui merito iam merces secundum debitum. non secundum

2 cf. IV Regn. 4, 29—35 4 Gal. 3, 21 10 Esai. 1, 19. 20, cf. 521; 26 17 cf. Rom. 11, 6 21 Prou. 8, 35 24 Iulianus

3 helisęus *O* surrexit *D* 4 data est lex *B* possit uiuicare *V* 5 ex lege *om.Bm1* est *Om1* esse *V* iustia *O* 6 helyseo *O* 7 magni∗sacramenti∗ *O* 9 manichaeos *O* 11 terre *Om1* *ante* edetis *ras. 4 litt. in O* cōmedetis *Db* 12 nol. aütem *D* non *om.V* 13 uos consumet *in ras. Om3* tam̄ *C* 15 liberum— uolunt *s.l.Om3;* liberum arbitrium *in mg. B* 17 sit *s.l.Om3* sic] si *B* gratia∗ iam *V* 19 ipsam *s.l.Om3* 20 bonam *bis pon.D* 21 uo∗luntas eius *O* 22 heresim] *add.* ut *V* manichaeorum *O* 23 pelaianorum *O* non conderent] contererent *Db* 25 crospulo *B* 27 ponerent *om OB* debitum] meritum *CD*

gratiam redderetur, sed intellegerent et confiterentur etiam ipsum bonum propositum, quod consequens adiuuat gratia, non esse potuisse in homine, si non praecederet gratia. quomodo enim est hominis bonum propositum sine miserante prius domino, cum ipsa sit bona uoluntas, quae praeparatur a domino? quod autem cum dixissent 'gratiam quoque adiuuare uniuscuiusque bonum propositum', mox addiderunt 'non tamen reluctanti studium uirtutis immittere', posset bene intellegi, si non ab istis, quorum sensus notus est, diceretur. reluctanti enim prius auditus diuinae uocationis ipsa dei gratia procuratur ac deinde in illo iam non reluctante studium uirtutis accenditur. uerum tamen in omnibus quae quisque agit secundum deum, misericordia eius praeuenit eum, quod isti nolunt, quia non esse catholici, sed Pelagiani uolunt. multum enim delectat impietatem superbam, ut etiam id quod cogitur confiteri a domino datum non sibi donatum uideatur esse, sed redditum, ut scilicet filii perditionis, non promissionis ipsi credantur se bonos fecisse et deus iam bonis a se ipsis effectis pro isto eorum opere debitum praemium reddidisse.

14. Ita namque illis tumor ipse aures cordis obstruxit, ut non audiant: q u i d e n i m h a b e s q u o d n o n a c c e p i s t i? non audiant: s i n e m e n i h i l p o t e s t i s f a c e r e, non audiant: c a r i t a s e x d e o e s t, non audiant: d e u s p a r t i t u s e s t m e n s u r a m f i d e i, non audiant: s p i r i t u s u b i u u l t s p i r a t et: q u i s p i r i t u d e i a g u n t u r, h i f i l i i s u n t d e i, non audiant: n e m o p o t e s t u e n i r e a d m e, n i s i f u e r i t e i d a t u m a p a t r e m e o, non audiant quod Hesdras scribit: b e n e d i c t u s e s t d o m i n u s p a t r u m n o s t r o r u m,

5 cf. Prou. 8, 35 6 cf. pag. 522, 3 12 cf. Ps. 58, 11 20 I Cor. 4, 7 21 Ioh. 15, 5 22 I Ioh. 4, 7 Rom. 12, 3 23 Ioh. 3, 8 24 Rom. 8, 14 25 Ioh. 6, 66 27 I Esd. 8, 25

2 adiuuet *F* 3 in *s.l. Om2* 5 dō *V* 6 propositum bonum *DEFbd* 7 reluctanti∗*O* 8 bene *s.l. Om3* 9 aditus *s.l. D, b* 10 deinde] dē in *B* in *om. O* studium] sps *Db* 11 ueruntamen *D* quae] se *C* 12 dnm *EF* praeueniet *O* eum *s.l. Om3* 14 id] hic *CD* hoc *EF* 15 sed *in ras. B* rediditum *D* 16 credant *O* 17 iam *om. O* 20 enim *om. D* 22 caritas—audiant *om. OB* partitur et mensuram *V* 24 qui ∗*O* hi *om. O* hii *D* 25 potes *V* *post* nisi *eras.* pater *O* 26 hesdra *BV* hestra *C* esdra *EF* esdras *Dd* scripsit *O* 27 nrm *O*

qui haec dedit in cor regis, clarificare domum suam, quae est in Hierusalem, non audiant quod per Hieremiam dominus dicit: et timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant, et uisitabo eos, ut bonos eos faciam, maximeque illud per Ezechiel prophetam, ubi prorsus deus ostendit nullis se hominum bonis meritis prouocari, ut eos bonos faciat, id est oboedientes mandatis suis, sed potius haec eis se retribuere bona pro malis propter se ipsum hoc faciendo, non propter illos. ait enim: haec dicit dominus: ego facio non propter uos, domus Israhel, sed propter nomen meum sanctum, quod profanastis in gentibus, quo intrastis illuc. et sanctificabo nomen meum magnum, quod profanatum est in gentibus et profanastis in medio eorum, et scient gentes quia ego sum dominus, dicit Adonai dominus, cum sanctificatus fuero in uobis ante oculos eorum. et accipiam uos de gentibus et congregabo uos ex omnibus terris et inducam uos in terram uestram. et aspergam super uos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inmunditiis uestris, et mundabo uos et dabo uobis cor nouum et spiritum nouum dabo in uobis; et auferetur cor lapideum de carne uestra, et dabo uobis cor carneum. et spiritum meum dabo in uobis et faciam, ut in iustificationibus meis ambuletis et iudicia mea obseruetis et faciatis. et post aliquanta per eundem ipsum prophetam: non propter uos, inquit, ego facio, dicit dominus deus, notum erit uobis. confun-

3 Hier. 32, 40. 41 9 Ezech. 36, 22—27 28 Ezech. 36, 32—38

1 qui*V hoc *bd* in domum *F* 3 hieremian *OBD* dicit dominus *DEFbd* 5 maxime *B* ezechielum *O* hiezechielē *C* iezechielem *D* 6 deus *om.V* se *in ras. B* 8 eis *om.F* se *om.D* 9 ipsum *om.V* *alt.* hoc *C* dicit *om.V* 10 dominus deus *CDEFbd* non propter uos *om.OCDEFVb* 12 quod *O* quę *B* illac *B* 15 scientgentes *O* (tgen *s.l.m2*) quia] $\overline{\text{qm}}$ *O* 16 adonai *O* (i *s. ras. m3*) adonay *BD* 19 aspargam *V* 20 mundamini *V* 21 inquinamentis *Db* et mundabo uos *om.OB* 23 dauo *Om1* in uos *B* auferam *B,D in ras.* 25 dabo *s. ras. m3O* 26 inditia *B* 29 deus *om.O* notum—deus *om.V* erit] sit *b* cũfundimini *B* confundamini *C*

dimini et erubescite de uiis uestris, domus Israhel. haec dicit dominus deus: in die quo mundabo uos ex omnibus iniquitatibus uestris, et constituam ciuitates et aedificabuntur deserta et terra exterminata operabitur, pro eo quod exterminata est ante oculos omnis praetereuntis, et dicent: terra illa exterminata facta est sicut hortus uoluptatis, et ciuitates desertae et exterminatae et effossae munitae sed erunt, et scient gentes quaecumque relictae fuerint in circuitu uestro, quia ego dominus aedificaui destructas, plantaui exterminatas; ego locutus sum et feci. haec dicit dominus: adhuc hoc inquirar domui Israhel ut faciam eis, multiplicabo eos sicut oues homines, sicut oues sanctas, sicut oues Hierusalem in diebus festis eius; sic erunt ciuitates illae desolatae plenae ouium hominum, et scient quia ego dominus.

15. Quid remansit pelli morticinae, unde possit inflari et dedignetur, quando gloriatur, in domino gloriari? quid ei remansit, quando quidquid dixerit se fecisse, ut eo praecedente hominis merito ab homine exorto deus subsequenter faciat quo dignus est homo, respondebitur, reclamabitur, contradicetur: ego facio, sed propter nomen meum sanctum, non propter uos egofacio, dicit dominus deus? nihil siceuertit Pelagianos dicentes 'gratiam dei secundum merita nostra dari' — quod quidem

21 cf. I Cor. 1, 31 24 Ezech. 36, 22 27 cf. De gestis Pelagii 14, 30
(CSEL XLII 84, 5. 15)

1 domus—uestris *om.EF* 2 mundabo *O* (b *ex* u) mudauero *b* 3 ex] ab *bd* et *om.ODb* 4 ciuitate*O* (s *add. s.* *) 5 praeparabitur *b* operabitur—exterminata *om.V* 6 extermina**ta *O* 8 facta *om.OB* ortus *OBCDV* 9 *pr.* et *om.OB* 10 rel. fuerint *ex* reliquerunt *O* 11 ego *om.V* 14 hoc *s.l.Om3* inquiram *DEFbd* 15 et multiplicabo *C* sicut] sc̄ *O* 16 *alt.* oues *om.O* 17 h̄rm *O* ihrlm *D* in *om.EF* eius *om.V* 18 desolutae *O* planae *Om1* plane *C* ouibus *V* 19 ego] *add.* sum *O* 20 non dignetur *D* 22 dixerit *s.l.Om3* hois *B* 23 homine *O* (e *ex* i) facit *EF* quod *OBCEFV* 24 respondetur *Db* reclamauitur *Om1* reclamatur *Db* contradicitur *DVb* 26 ego *om.V* 27 dei *om.V*

ipse Pelagius etsi non se corrigendo, tamen orientales iudices timendo damnauit —, nihil sic euertit hanc praesumptionem dicentium: ‘nos facimus, ut mereamur cum quibus faciat dominus‘. respondet uobis non Pelagius, sed ipse dominus: e g o f a c i o e t n o n p r o p t e r u o s, s e d p r o p t e r n o m e n m e u m s a n c t u m. quid enim potestis facere boni de corde non bono? ut autem habeatis cor bonum: d a b o, inquit, u o b i s c o r n o u u m e t s p i r i t u m n o u u m d a b o u o b i s. numquid potestis dicere: prius ambulauimus in iustificationibus eius et iudicium eius obseruauimus et fecimus ut digni essemus, quibus gratiam suam daret? quid enim boni faceretis homines mali et quomodo ista bona faceretis, nisi boni essetis? ut autem sint homines boni, quis facit nisi ille qui dixit: e t u i s i t a b o e o s, u t e o s b o n o s f a c i a m, et qui dixit: e t s p i r i t u m m e u m d a b o i n u o b i s e t f a c i a m u t i n i u s t i f i c a t i o n i b u s m e i s a m b u l e t i s e t i u d i c i a m e a o b s e r u e t i s e t f a c i a t i s? itane nondum euigilatis? nondum auditis: faciam ut ambuletis, faciam ut obseruetis, postremo: faciam ut faciatis? quid adhuc uos inflatis? nos quidem ambulamus, uerum est, nos obseruamus, nos facimus; sed ille facit, ut ambulemus, ut obseruemus, ut faciamus. haec est gratia dei bonos faciens nos, haec est misericordia eius praeueniens nos. quid merentur deserta et exterminata et effossa? quae tamen aedificabuntur et operabuntur et munientur. numquid haec pro meritis desertionis, exterminationis, effossionis suae? absit. ista enim merita mala sunt, haec munera bona. redduntur itaque malis bona; gratuita ergo, non debita et ideo gratia.

4 Ezech. 36, 22 7 Ezech. 36, 26 13 Ezech. 32, 40 Ezech. 36, 27
21 cf. Ps. 58, 11 26 cf. Rom. 3, 24

1 se *om.Dd* 2 hanc] hominum *EFd,b* (*in mg.* ał hanc) 3 faciamus *O* fac . . . mus ut nos faciamus *D* deus *Fbd* quam quod respondet *F* respondit *V* 4 et non *O* *alt.* non *s.l.Om2* 6 habetis *Om1* 8 nouum] meum *Db* do *V* numquit *V* nunquid *O* 9 obseruabimus *V* 10 facimus *F* essemus] *add.* ut *d* 11 faceretis *ex* feceritis *bis B* 12 homines sint *Dbd* *pr.* qui *C* 13 *pr.* et *om.b* et qui—faciam *om.V* et] eis *OB*, *om. EFbd* 14 *pr.* in *om. b* 16 mea *om. D* ita**ne *O* euilatis *V* 17 necdum *V* n̄ dum *ex* dudum *B* non *Db* audistis *O* 18 **ut *O* 20 illae *B* ut *alt. om O* 21 *alt.* est *om.b* 23 effossa] offensa *V* et operabuntur *om.OB* operibuntur *V* 24 haec *in ras. B* exterminationis *s.l.Vm1* 25 effusionis *O* effosionis *B* ista] i*a* *V* (nam *fuit*) 26 itaque *om.V* gratuita] erat uita *D*

e g o, inquit dominus, e g o d o m i n u s. nonne te ista uex comprimit, o humana superbia, quae dicis: 'ego facio, ut merear a domino aedificari atque plantari'? nonne audis: n o n p r o p t e r u o s e g o f a c i o; e g o d o m i n u s a e d i f i c a u i d e s t r u c t a s, p l a n t a u i e x t e r m i n a t a s; e g o d o m i n u s l o c u t u s s u m et feci, non tamen p r o p t e r u o s, s e d p r o p t e r n o m e n m e u m s a n c t u m? quis multiplicat sicut oues homines, sicut oues sanctas, sicut oues Hierusalem? quis facit, ut ciuitates illae desolatae plenae sint ouium hominum, nisi ille qui sequitur et dicit: e t s c i e n t q u i a e g o d o m i n u s? sed quibus ouibus hominibus inplet, sicuti est pollicitus, ciuitates, utrum quas inuenit an quas facit? psalmum interrogemus. ecce respondet, audiamus: u e n i t e, a d o r e m u s e t p r o c i d a m u s e i, e t p l o r e m u s a n t e d o m i n u m q u i f e c i t n o s, q u i a i p s e e s t d e u s n o s t e r e t n o s p o p u l u s p a s c u a e e i u s e t o u e s m a n u s e i u s. ipse igitur facit oues, quibus desolatas inpleat ciuitates. quid mirum? quando quidem illi unicae oui dicitur, hoc est ecclesiae, cuius membra sunt omnes oues homines: quoniam ego sum dominus qui facio te. quid mihi obtendis liberum arbitrium, quod ad faciendam iustitiam liberum non erit, nisi ouis fueris? qui facit igitur oues homines, ipse ad oboedientiam pietatis humanas liberat uoluntates.

16. Sed quare istos homines oues facit et istos non facit, apud quem non est acceptio personarum? ipsa est quaestio, quam beatus apostolus curiosius quam capacius proponentibus ait: o h o m o, t u q u i s e s q u i r e s p o n d e a s d e o? n u m q u i d d i c i t f i g m e n t u m e i q u i s e f i n x i t: q u a r e s i c m e f e c i s t i? ipsa est quaestio, quae ad illam pertinet altitudinem, quam perspicere uolens idem apostolus quodam modo expauit et exclamauit:

3 Ezech. 36, 32 4 Ezech. 36, 36 10 Ezech. 36, 38 12 Ps. 94, 6. 7 22 cf. Rom. 2, 11 24 Rom. 9, 20

1 *pr.* ego] ergo *CEF* none *V* te *om. OB* 2 o] te *V*, *om. O* humanā superbiā *OV* dicit *O* 3 nūne *B* ego *om. O*, *bis D* 8 hrłm *O* ihrłm *D* ille desolate *V* 10 ego] *add.* sū *O* 11 *post* inplet *eras.* et dicit *O* sic̄ *B* 12 psalmus *V* respondit *V* 13 ei *om. OV* 14 dm̄ *EF* est dn̄s d̄s noster *O* 16 fecit *O* 19 ostendis *D* 20 ouis fueris] liberatum fuerit *EF* fuerit *OBCV* 21 oboedientiae *V* obedienti∗ampietate *O* uoluntate *V* 22 oues hom. facit *EF* 24 coriosius *Om1* 25 quis] qui *OBC*, *om. V* qui] ut *Dbd* 26 eius *C* me fecisti sic *D* 27 haltitudinem *B*

o altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius! quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in saecula saeculorum. non itaque istam scrutari audeant inscrutabilem quaestionem, qui meritum ante gratiam et ideo iam contra gratiam defendentes priores uolunt dare deo, ut retribuatur eis — priores utique dare quodlibet ex libero arbitrio, ut sit gratia retribuenda pro praemio —, et sapienter intellegant uel fideliter credant etiam quod se putant priores dedisse, ab illo, ex quo sunt omnia, per quem sunt omnia, in quo sunt omnia, percepisse. cur autem iste accipiat, ille non accipiat, cum ambo non mereantur accipere et quisquis eorum acceperit, indebite accipiat, uires suas metiantur et fortiora se non scrutentur. sufficiat eis scire quod non sit iniquitas apud deum. cum enim nulla merita inuenisset apostolus, quibus Iacob geminum apud deum praecederet fratrem: quid ergo dicemus? inquit, numquid est apud deum iniquitas? absit. Moysi enim dicit: miserebor cui misertus ero et misericordiam praestabo cui misericors fuero. igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. grata sit ergo nobis eius gratuita miseratio, etiamsi haec profunda insoluta sit quaestio. quae tamen hactenus soluitur, quatenus eam soluit idem apostolus dicens: si autem uolens deus ostendere iram et demonstrare potentiam suam adtulit in multa patientia uasa irae,

1 Rom. 11, 33—36 13 cf. Rom. 11, 36 16 cf. Eccli. 3, 22 19 Rom. 9, 14—16 26 Rom. 9, 22. 23

2 sunt *om. Om1* 3 inuestigabiles *O* (b *ex* u) inuestibiles *D* 4 aut—fuit *bis D* 5 illi]**O* 8 inscrutauilem *Om1* questione *C* 9 iam] *add.* non *V* priore *V* 10 dare] qui daret *V* 11 et sapientes *C* sed sapientes *EF* 13 *pr.* omnia—sunt *in mg. Om3* in—omnia *s. l. Om3* 14 ille—accipiat *bis D* accipia*t *O* 15 acciperit *O* acceperat *b* indebiti *Om3* 16 metiuntur *Om1* me*tiantur *B* 19 dicimus *V* 20 nunquid *O* iniquitas est apud deum *BCV* est *s. l. Om1* moyses *OBCEFV* 21 dixit *B* 22 p̄tabo *Om1* 24 misericordia *Om1* 25 actenus *O* eatenus *EFd* 26 quatinus *B* deus uolens *EFbd* 27 demonstraret *C* 28 suam *om. Om1*

quae perfecta sunt in perditionem, et ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam. ira quippe non redditur nisi debita, ne sit iniquitas apud deum; misericordia uero etiam cum praebetur indebita, non est iniquitas apud deum. et hinc intellegunt uasa misericordiae, quam gratuita illis misericordia praebeatur, quod irae uasis, cum quibus eis est perditionis causa et massa communis, ira debita et iusta rependitur. et iam haec satis sint aduersus eos, qui per arbitrii libertatem destruere uolunt gratiae largitatem.

VII. 17. Quod uero laude sanctorum nolunt nos affectu illius publicani esurire et sitire iustitiam, sed uanitate illius pharisaei tamquam saturatos plenosque ructare, quid eis prodest quod aduersus Manicheos, qui baptisma destruunt, isti dicunt 'baptismo perfecte homines innouari' atque ad hoc apostoli adhibent testimonium, *qui per lauacrum aquae ecclesiam de gentibus sanctam fieri immaculatamque testatur*, cum superbo sensu atque peruerso contra orationes ipsius ecclesiae suas exerant disputationes? hoc enim propterea dicunt, ut credatur ecclesia post sanctum baptismum, in quo fit omnium remissio peccatorum, ulterius non habere peccatum, cum aduersus eos illa a solis ortu usque ad occasum omnibus suis membris clamet ad deum: dimitte nobis debita nostra. quid quod etiam de se ipsis in hac causa si interrogentur, quid respondeant non inueniunt? si enim dixerint se non habere peccatum, respondet eis Iohannes, quod se ipsos decipiant et ueritas in eis non sit; si autem confitentur peccata sua, cum se uelint

5 cf. Rom. 9, 14 6 cf. Rom. 9, 22. 23 12 cf. Luc. 18, 10—14 14 Iulianus 16 cf. Eph. 5, 26 22 Matth. 6, 12 25 cf. I Ioh. 1, 8 26 cf. I Cor. 6, 15

1 peditionem *Om1* 2 facere *Om1* 5 misericordia—deum *in mg. m1V* uero *om. B* 6 quam] cum *Vb* 7 ira *Om1* est eis *DEFbd* 8 cumunis *V* commu***nis *O* 9 et iam haec] haec iam *Dbd* 10 largitorē *Db* 11 laudes *O* in laude *EF* affectu *O* (a *s. l. m2*) 12 puplicani *O* scitire *V* uanitatem *CEF* pharisei *V* farisei *B* 13 aduersus *O* (s *fin. s. ras. m2*) 17 contra orationes] contra tines *O* (r *et alt.* t *s. l. m2*, *in mg.* . . . . ntratines *initio desecto*) 18 sua rexerant *V* exerant *O* (ex *s. l. m2*) erexerant *B* exeçrant *C* exserant *DEFbd* 21 a *s. l. Om2* ortu*O* menbris *B* 22 dn̄m *EF* quid quod] qui quidem *EF* 23 intergentur *Om1* 24 non habere se *O* respondeat *D* 25 ei *B* iohannis *V* decipiunt *OB* 26 sit] est *D* sia *B* confiteantur *D*

esse Christi corporis membra, quomodo erit illud corpus, id est ecclesia, in isto adhuc tempore perfecte, sicut isti sapiunt, sine macula et ruga, cuius membra non mendaciter confitentur se habere peccata? quapropter et in baptismate dimittuntur cuncta peccata et per ipsum lauacrum aquae in uerbo exhibetur Christo ecclesia sine macula et ruga, quia, nisi esset baptizata, infructuose diceret: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a, donec perducatur ad gloriam, ubi ei perfectius nulla insit macula et ruga.

18. 'Et spiritum sanctum' fatendum est 'etiam antiquis temporibus' non solum 'mentes bonas adiuuisse', quod et isti nolunt, uerum etiam bonas eas fecisse, quod nolunt. 'omnes quoque prophetas et apostolos uel sanctos et euangelicos et antiquos, quibus deus testimonium perhibet, non in comparatione sceleratorum, sed regula uirtutum iustos fuisse' non dubium est. quod aduersum est Manichaeis, qui patriarchas prophetasque blasphemant; sed quod aduersum est et Pelagianis interrogati omnes de se ipsis, cum in hoc corpore degerent, una uoce concordissima responderent: s i d i x e r i m u s q u i a p e c c a t u m n o n h a b e m u s, n o s i p s o s s e d u c i m u s e t u e r i t a s i n n o b i s n o n e s t. 'in futuro autem tempore' negandum non est 'mercedem esse tam bonorum operum quam malorum et nemini praecipi, quae hic contempserit, illic mandata perficere', sed plenae iustitiae saturitatem, ubi peccatum esse non possit, quae hic a sanctis esuritur et sititur, hic sperari in praecepto, ibi percipi in praemio, elemosynis et orationibus impetrantibus, ut quod hic minus impletum fuerit mandatorum fiat inpunitum per indulgentiam peccatorum.

2. 6 cf. Eph. 5, 27 7 Matth. 6, 12 9. 11 Iulianus 17 I Ioh. 1, 8 19 Iulianus

1 *post* esse *eras.* cū *O* xpi *O* (i *s. ras. m2*) 2 eccles]ia *O* (ia *add. m2*) perfecta *Db* sicut isti] sic̄ utistis *V* 3 confitentur *om. V* confitentur se habere *Om2* (r—ha *in ras.*, bere *s. l.*) 4 se dicunt habere *V* quapropter—peccata *in mg. O* 5 exibetur *V* 6 esse *V* 7 perducantur *C* perducat *V* 8 ei] et *V* 9 sanctum spiritum *OBCV* 10 adiuuasse *CVb* nolunt *C* 12 antiquos uiros *B* deus *om. O* 15 quod *om. O* aduersus *V* 16 pelagianis *O* (nis *add. m2*) 17 degerunt *O* 20 non *om. V* esset amborum *Om1* 21 hic *O* (c *m2 ex* s, *in mg.* ł his) 22 plane *BCDVb* plene *EF* iustitiae] istam *Db* 23 spirari *Om1* 24 recipi *CEF* elemosinis *OBCDV* 25 faciat *B*

19. Quae cum ita sint, desinant Pelagiani quinque istarum rerum insidiosissimis laudibus, id est 'laude creaturae, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrii, laude sanctorum', quasi a Manicheorum tendiculis fingere se homines uelle eruere, ut possint eos suis retibus implicare, id est ut negent originale peccatum et paruulis inuideant Christi medici auxilium et ut dicant gratiam dei secundum merita nostra dari ac sic gratia iam non sit gratia et ut dicant sanctos in hac uita non habuisse peccatum ac sic euacuetur oratio quam sanctis tradidit qui non habebat peccatum et per quem sanctis orantibus dimittitur omne peccatum. ad haec tria mala homines incautos et ineruditos quinque illorum bonorum fraudulenta laude seducunt. de quibus omnibus satis me existimo respondisse eorum crudelissimae et impiissimae uanitati.

VIII. 20. Sed quoniam dicunt 'inimicos suos dicta nostra in ueritatis odium suscepisse et toto penitus occidente non minus stultum quam impium dogma esse susceptum et simplicibus episcopis sine congregatione synodi in locis suis sedentibus ad hoc confirmandum subscriptionem queruntur extortam', cum potius eorum profanas uocum nouitates ecclesia Christi et occidentalis et orientalis horruerit, ad curam nostram existimo pertinere non solum scripturas sanctas canonicas aduersus eos testes adhibere, quod iam satis fecimus, uerum etiam de sanctorum litteris, qui eas ante nos fama celeberrima et ingenti gloria tractauerunt, aliqua documenta proferre. non quo canonicis libris a nobis ullius disputatoris aequetur auctoritas, tamquam omnino non sit quod melius seu uerius ab aliquo catholico quam ab alio itidem catholico sentiatur, sed ut admoneantur qui putant istos aliquid dicere, quemadmodum de his rebus ante

7 cf. Rom. 11, 6 14 Iulianus 18 cf. I Tim. 6, 20

2 inuidiosissimis *b* creature *B* (u *ex* o) 4 a *om.CDV* 5 orriginale *B* 6 et *om.V* 7 ac *ex* hanc *O* et sic gratia non iam est gratia *F* 8 banc *V* non *om.O* ac—oratio] nec sit necessaria oratio *B* euacuatur *V* 9 habent *O* quā *D* 10 orationibus *OB* 11 inheruditos *C* fraudulenta *V* (u *alt. s. eras.* e) 15 per totum pen. occidentem *B* 16 episcoporum *B* sine *om.B* 17 sintodii *O* sinodi *BC* 18 subscriptione *V* susscriptionem *C* exortam *O* extortā *D* (tortā *in ras.*) 21 facimus *Om1* 23 attractauerunt *O* aliquando cumenta *V* 25 aut tamquam *F* quid *OB* aliquo] alio *OBC* 26 ut *om.V* ammoneatur *O*

noua istorum uaniloquia catholici antistites eloquia diuina secuti sint, et sciant a nobis rectam et antiquitus fundatam catholicam fidem aduersus recentem Pelagianorum hereticorum praesumptionem perniciemque defendi.

21. Beatissimum, corona etiam martyrii gloriosissimum Cyprianum nec africanis atque occidentalibus tantum, uerum et orientalibus ecclesiis fama praedicante et scripta eius longe lateque diffundente notissimum etiam ipse heresiarcha istorum Pelagius cum debito certe honore commemorat, ubi Testimoniorum librum scribens eum se asserit imitari 'hoc se' dicens 'facere ad Romanum, quod ille fecerit ad Quirinum'. uideamus ergo quid de originali peccato, quod per unum hominem intrauit in mundum, senserit Cyprianus. in epistula De opere et elemosynis ita loquitur: c u m d o m i n u s a d u e n i e n s s a n a s s e t i l l a q u a e A d a m p o r t a u e r a t u u l n e r a e t u e n e n a s e r p e n t i s a n t i q u a c u r a s s e t, l e g e m d e d i t s a n o e t p r a e c e p i t, n e u l t r a i a m p e c c a r e t, n e q u i d p e c c a n t i g r a u i u s e u e n i r e t. c o a r t a t i e r a m u s e t i n a n g u s t u m i n n o c e n t i a e p r a e s c r i p t i o n e c o n c l u s i. n e c h a b e r e t q u i d f r a g i l i t a t i s h u m a n a e i n f i r m i t a s a t q u e i n b e c i l l i t a s f a c e r e t, n i s i i t e r u m p i e t a s d i u i n a s u b u e n i e n s i u s t i t i a e e t m i s e r i c o r d i a e o p e r i b u s o s t e n s i s u i a m q u a n d a m t u e n d a e s a l u t i s a p e r i r e t, u t s o r d e s p o s t m o d u m q u a s c u m q u e c o n t r a h i m u s e l e m o s y n i s a b l u a m u s. hoc testimonio duas istorum falsita-

10 ex Pelagii Testimoniorum libro 12 cf. Rom. 5, 12 13 cum dominus—abluamus] cf. Cypriani De opere et elemosynis 1 (CSEL III p. I 373, 13 –374, 2) 16 cf. Ioh. 5, 14 25 cf. Luc. 11, 41

1 noua *ex* uana *B* antestites *OV* 2 sunt *OB* *a***V* a nobis] ab his *O* et *om.F* 3 recentes *C* recedentem *EFd* hereticorum *om.EF* 4 pernitiemqui *Om1* 5 martirii *V* ciprianum *OB* 6 affricanis *D* tantis *V* tantum *ex* statum *O* 7 p̄dicant *Om1* diffundentem *O* 8 heresiarches *Dbd* haeresiarcha *EF* 9 onore *V* lib*rum *O* 10 eum ergo *O* *pr.* se *om. CV* ducens *O* 11 fecit *O* fecerat *BEFd* quirnum *Om1* 12 ciprianus *B* 13 elymosinis *O* de elemosinis *B* helemosinis *CD* loquor *C* 14 sanas sed *V* sanusset *Om1* 17 peccati *OV* 18 in *om.O* praesumptione *EF* 19 fragilitatis] flagitatis *V* 24 posmodum *D* 25 elemosinis *OBCV* helemosinis *D* abluamur *V*

tes testis iste redarguit: unam, qua dicunt nihil uitiorum ex Adam trahere genus humanum, quod sit curandum sanandumque per Christum, alteram, qua dicunt nullum post baptismum sanctos habere peccatum. rursus in eadem epistula: p o n a t, inquit, u n u s q u i s q u e a n t e o c u l o s s u o s d i a b o l u m c u m s u i s s e r u i s, i d e s t c u m p o p u l o p e r d i t i o n i s a c m o r t i s, i n m e d i u m p r o s i l i r e p l e b e m C h r i s t i p r a e s e n t e a c i u d i c a n t e i p s o c o n p a r a t i o n i s e x a m i n e p r o u o c a r e d i c e n t e m: e g o p r o i s t i s q u o s m e c u m u i d e s n e c a l a p a s a c c e p i n e c f l a g e l l a s u s t i n u i n e c c r u c e m p e r t u l i n e c s a n g u i n e m f u d i n e c f a m i l i a m m e a m p r e t i o p a s s i o n i s e t c r u o r i s r e d e m i, s e d n e c r e g n u m i l l i c a e l e s t e p r o m i t t o n e c a d p a r a d i s u m r e s t i t u t a i n m o r t a l i t a t e d e n u o r e u o c o. respondeant Pelagiani, quando fuerimus in immortalitate paradisi et quomodo inde fuerimus expulsi, ut eo Christi gratia reuocemur. et cum inuenire nequiuerint quid hic pro sua peruersitate respondeant, adtendant quemadmodum intellexerit Cyprianus quod ait apostolus: i n q u o o m n e s p e c c a u e r u n t et Pelagiani heretici noui de Manicheis ueteribus hereticis nulli catholico audeant inrogare calumniam, ne tam sceleratam etiam martyri antiquo Cypriano facere comuincantur iniuriam.

22. Hoc enim et in epistula, cuius De mortalitate titulus inscribitur, ita dicit: r e g n u m d e i, f r a t r e s d i l e c t i s s i m i, e s s e c o e p i t i n p r o x i m o, p r a e m i u m u i t a e e t g a u d i u m s a l u t i s a e t e r n a e e t p e r p e t u a l a e t i t i a e t

4—15 ponat—reuoco] cf. Cypriani De opere et elemosynis 22 (CSEL III p. I 390, 3—11) 19 Rom. 5, 12 25 regnum—ueniunt] cf. Cypriani De mortalitate 2 (ibid. 298, 7—9)

1 testis iste *om.B* redarguit] obpugnauit *B* una *C* 3 qui *O* sanctos *om.O* 4 rursum *OEFd* pona*t *V* 5 seruis suis *B* 7 prosiler *Om1* pleue *Om1* plebe *B* 8 ac] et *Cypr.* captionis exsemine *O* (s *alt. s. l. m2*) 9 ergo *B* proproistis *B* 10 accipi *Om1* 11 flagellas *C* 13 crucioris *C* illi regnum *B* illis *OCD* 14 paradiso *V* 15 respondeat *C* 16 in *om.C* parady *O* 17 ex eo *Vb* prouocemur *C* 19 intellexit *O* ciprianus *B* 20 manichaeis *O* 21 interrogare *Om1Dm1* 22 tam̄ *O* cipriano *OB* 24 et *om.B* titulus *s.l.Om2* 25 dei *om.O* kmi̇ *B* 26 pręçiū *D* (m *s.* ç)

possessio paradisi nuper amissa mundo transeunte iam ueniunt. hoc rursus in eadem: amplectamur, inquit, diem qui adsignat singulos domicilio suo, qui nos istinc ereptos et laqueis saecularibus exsolutos paradiso restituat et regno. item in epistula De patientia: dei sententia cogitetur, inquit, quam in origine statim mundi et generis humani Adam praecepti inmemor et datae legis transgressor accepit. tunc sciemus quam patientes esse in isto saeculo debeamus, qui sic nascimur, ut pressuris istic et conflictationibus laboremus. 'quia audisti', inquit, 'uocem mulieris tuae et manducasti ex illa arbore, de qua sola praeceperam tibi ne manducares, maledicta terra erit in omnibus operibus tuis. in tristitia et gemitu edes ex ea omnibus diebus uitae tuae; spinas et tribulos eiciet tibi et edes pabulum agri. in sudore uultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quoniam terra es et in terram ibis'. huius sententiae uinculo conligati omnes et constricti sumus, donec morte expuncta de isto saeculo recedamus. itemque in eadem: nam cum in illa, inquit, prima transgressione praecepti firmitas corporis cum inmortalitate discesserit et cum morte infirmitas uenerit nec possit firmitas recipi, nisi cum recepta et inmortalitas fuerit, oportet in hac fragili-

2 amplectamur—regno] cf. De mort. 26 (p. I 313, 13) 6 dei sententia—recedamus] cf. Cypr. De bono patientiae 11 (p. I 404, 25) 12 Gen. 3, 17—19 23 nam cum—sustinęri] cf. Cypr. De bono pat. 17 (p. I 409, 16)

1 a*missa *O* 2 rursum *OB* ampletamur *B* 4 *post* istinc *eras.* erep *B* erectos *D* 5 exolutos *D* restituit *Cypr.* 7 mundi statim *Db* 9 scimus *V* que *Om1* 10 in isto saec. *om. D* isto] illo *V* (*in ras.*), *b* 11 praesuri si istic *V* istis *Db* 12 audisti*O* 13 de] ex *Db* ꝑceperam *Om1* praeceram *V* 14 manducares *m3 s. exp.* comederes *O* 17 et *fin. om. O* pubulum *Om1* 19 suptus *Om1B* 23 in *alt. om. O* 28 huic fragilitati atque infirmitati *D*

tate atque infirmitate corporis luctari semper et congredi. quae luctatio et congressio non nisi patientiae potest uiribus sustineri.

23. In epistula autem quam scripsit ad episcopum Fidum cum sexaginta sex coepiscopis suis, a quo fuerat consultus propter circumcisionis legem, utrum ante octauum diem baptizari liceret infantem, haec causa sic agitur, tamquam prouisione diuina tam longe futuros hereticos Pelagianos iam catholica confutaret ecclesia. neque enim qui consuluerat inde dubitabat, utrum nascentes traherent originale peccatum, quod renascendo diluerent — absit enim ut hinc aliquando fides christiana dubitauerit! —, sed ille dubitabat, utrum regenerationis lauacrum, quo non dubitabat soluendum originale peccatum, ante diem tradi deberet octauum. ad quam consultationem respondens beatissimus Cyprianus: quantum uero, inquit, ad causam infantum pertinet, quos dixisti intra secundum uel tertium diem quam nāti sunt constitutos baptizari non oportere et considerandam esse legem circumcisionis antiquae, ut intra octauum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud concilio nostro omni uisum est. in hoc enim quod putabas esse faciendum, nemo consensit, sed uniuersi potius iudicauimus nulli hominum nato misericordis dei gratiam denegandam. nam cum dominus in euangelio suo dicat: 'filius hominis non uenit animas

15 quantum—perdenda est] cf. Cypr. epist. 64, 2 (p. II 718, 1) 19 cf. Gen. 17, 12 27 Luc. 9, 56

1 corporea *Cypr.* **luctari *O* reluctari *D* 5 cum *ex* cuius *Om2* 6 *post* sex *eras.* et *V* episcopis *B* 7 liceret *B* (l *ex* d) *ante* inf. *eras.* baptizari *B* 8 causa] *add.* inquit *B* promisione *O* 9 catholica * *D* confutare *V* (a *ex* u ?) ecclesiae *V* 10 consulerat *b* inde *O* (de *s.l.m2*) 12 dubitaueri*t *O* dubitabat *B* (ba *s.l.*) 15 ciprianus *B* 16 infancium *B* infantium *Cypr.* quod *OBV* 17 quo *Dbd* qua *F* 18 sint *V Cypr.* 19 considerandum *O* 21 non *exp. O* 22 consilio *EF* in concilio *Vbd Cypr.* omnino *D* omnibus *Vbd*, *om. Cypr.* 23 in] ad *V* qd̄*V* quod tu *Cypr.* 24 contensit *Bm1* 25 hominum *om. D* misericordiam dei et gratiam *Cypr.*

perdere, sed saluare', quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. et paulo post: nec aliquis, inquit, nostrum id debet horrere, quod dominus dignatus est facere. nam etsi adhuc infans a partu nouus est, non ita est tamen, ut quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari, quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato et recens nato quodammodo exosculamur, quando id quod deus fecit amplectimur. item paulo post: ceterum si homines, inquit, inpedire aliquid ad consecutionem gratiae posset, magis adultos et prouectos et maiores natu possent inpedire peccata grauiora. porro autem si etiam grauissimis delictoribus et in deum multo ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur et a baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquae prima natiuitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata!

24. Quid ad ista dicturi sunt gratiae dei non solum desertores,

3 nec aliquis—amplectimur] cf. Cypr. epist. 64, 4 (p. II 719, 17) 12 ceterum—aliena peccata] cf. Cypr. epist. 64, 5 (p. II 720, 14). August. Contra Iulianum Pel. I 3, 6. III 17, 31 (XLIV 644. 718 M) 16 cf. Hieronymi adu. Pelagianos III 18 (XXIII 616 M)

1 si *om.O* 2 nulla nima *Bm1* 3 ne *V* aliquid *OBm1* 4 deus *Cypr.* facere *ex* eficere *B* 5 apertu *C* sit nouus *B* nouus *ex* nobis *Om2* est *om.O* *ante* non ita *exp.* non ideo *D* 6 illud *O* in pace *om.OB* 9 relegione *O* 10 et recens nato *om.OB* 11 recentes *C* recenter *EF* quodã modũ *O* 13 inpe*dire *V* consequutionem *Bm1* 16 etiam *om.C. Iul.* 17 multum *Cypr.* 18 postea credentibus remissio peccat. datur *F* crediderit *V* remissio *Hieron.* 19 a *om.O* in *Db* 23 quid *D* remissa *OV* remissionem *F Hieron.* 24 percipiendam *V* accipienda *Om2*

sed etiam persecutores? quid ad ista dicturi sunt? quo pacto nobis paradisi possessio redditur? quomodo paradiso restituimur, si nunquam ibi fuimus? aut quomodo ibi fuimus, nisi quia in Adam fuimus? et quomodo ad sententiam quae in transgressorem dicta est pertinemus, si noxam de transgressore non trahimus? postremo baptizandos etiam ante diem censet octauum, ne per contagium mortis antiquae prima natiuitate contractum pereant animae parulorum. quomodo pereunt, si ex hominibus etiam fidelibus qui nascuntur non tenentur a diabolo, donec renascantur in Christo et eruti de potestate tenebrarum in regnum illius transferantur? et quis dicit nascentium, nisi renascantur, animas perituras? nempe ille, qui sic laudat creatorem atque creaturam, opificem atque opus, ut humani sensus horrorem quo dedignantur homines recentes ab utero paruulos osculari, creatoris ipsius interposita ueneratione compescat et corrigat dicens in illius aetatis osculo recentes dei manus esse cogitandas. numquid ergo confitens originale peccatum aut naturam damnauit aut nuptias? numquid, quoniam nascenti ex Adam reo adhibuit regenerationis purgationem, ideo deum negauit nascentium conditorem? numquid, quia metuens animas cuiuslibet aetatis perire etiam ante octauum diem liberandas esse sacramento baptismi cum collegarum concilio iudicauit, ideo nuptias accusauit, quando quidem in infante, siue de coniugio siue de adulterio, tamen quia homo natus est, recentes dei manus dignas etiam osculo pacis ostendit? si ergo potuit sanctus episcopus et martyr gloriosissimus Cyprianus peccatum originale in infantibus medicina Christi censere sanandum salua laude creaturae, salua laude nuptiarum, cur nouicia pestilentia, cum istum non audeat dicere

10 cf. Col. 1, 13

1 paradisi nobis *B* 3 nisi—fuímus *om.EF* 4 transgressore *OB* dicta] data *OB* 5 si *om.EF* transgressorem *V* si postremo *V* postremo si *b* 6 censemus *O* (t *s.* mus) VIII ā *O* (ā *add. m2*) 7 nortis *C* nauitate *V* contractu *Om2* animas *Om1* 9 a *s. l. Om2* 11 nascenti sum *Om2* animę periturę *Om2* neppe *V* 12 lauda∗t *O* 13 sensū *C* dignantur *Om1* 14 paruulo *D* creator *F* ipsius] suis *E* 15 oculo *Om1* manus dei *V* magnus *C* (g *exp.*) 16 nunquid *O* originali *Om1* 17 nūquid *s.l.Om2* quia *V* ex adam nascenti *B* 18 generationis *C* 19 numquid *O* n̄ quid *B* cuilibet *Om1* 20 diem octauum *DEFbd* 21 collegio *V* concilio *b* (*in mg.* ał collegio) 22 accusauit *O* (accus *m2 s. ras.*) infantem *V* infancię *B* de *alt. om. O* a∗dulterio *V* 24 oculo *Om1* 25 cipri-anus *B* 26 xpi *in ras. B* laude *pr. om. D* 27 isto *Om1* audeāt *b*

Manicheum, catholicis qui ista defendunt, ut obtegat proprium, putat obiciendum crimen alienum? ecce praedicatissimus tractator diuinorum eloquiorum, antequam terras nostras uel tenuissimus odor Manicheae pestilentiae tetigisset, sine ulla uituperatione diuini operis atque nuptiarum confitetur originale peccatum non dicens Christum ulla peccati macula aspersum nec tamen ei comparans carnem peccati in nascentibus ceteris, quibus per similitudinem carnis peccati mundationis praestat auxilium, nec originis animarum obscura quaestione terretur, quominus eos qui Christi gratia liberantur in paradisum remeare fateatur. numquid ex Adam dicit in homines mortis condicionem sine peccati contagione transisse? non enim propter corporis mortem uitandam, sed propter peccatum, quod per unum intrauit in mundum, dicit per baptismum paruulis quamlibet ab utero recentissimis subueniri.

IX. 25. Iam uero gratiam dei quemadmodum aduersus istos praedicet Cyprianus, ubi de oratione dominica disputat, euidenter apparet. ait enim: d i c i m u s: ‘s a n c t i f i c e t u r n o m e n t u u m‘, n o n q u o d o p t e m u s d e o, u t s a n c t i f i c e t u r o r a t i o n i b u s n o s t r i s, s e d q u o d p e t a m u s a d e o, u t n o m e n e i u s s a n c t i f i c e t u r i n n o b i s. c e t e r u m a q u o d e u s s a n c t i f i c a t u r, q u i i p s e s a n c t i f i c a t? s e d q u i a i p s e d i x i t: ‘s a n c t i e s t o t e, q u o n i a m e t e g o s a n c t u s s u m‘, id p e t i m u s e t r o g a m u s, ut qui i n b a p t i s m o s a n c t i f i c a t i s u m u s i n e o q u o d e s s e c o e p i m u s p e r s e u e r e m u s. et alio loco in eadem epistula: a d d i m u s q u o q u e, inquit, e t d i c i m u s: ‘f i a t u o l u n t a s

6 cf. pag. 521, 1. 525, 22 12 cf. Rom. 5, 12 17 dicimus—perseueremus] cf. Cypr. De orat. domin. 12 (p. I 274, 22). August. De dono perseuerantiae 2, 4 (XLV 996 M) 22 Leu. 19, 2 26 addimus—tutus est] cf. Cypr. De orat. domin. 14 (p. I 276, 21) Matth. 6, 10

1 obtega*t *O* obtegaṷt *C* puta*o biciendum *V* (b *eras.*) 2 praedicantissimus *E* 4 manichae *Om1V* 6 ṉulla *O* adspersum *V* ei] et *O* 7 carne**V* 8 praestet *EFbd* 10 in *om.OB* remanere *OEF* fateaṉtur *D* 11 homine *O* 12 enim *om.D* *ald.* propter] per *V* 14 ab utero quamlibet *b* quantumlibet *F* 16 euidentes *B* 18 *post* ut *exp.* nomen eius *O* 19 orationibus—sanctificetur *add. Om2, om. EF* a deo] ab eo *BEFbd De dono pers.* a domino *Cypr.* 21 qui] quia *O* 22 et *om.V* 23 rogamus] oramus *b* 25 in alio *O* epistulae *V* 26 inquit *om.EF* et dicimus *om.V*

tua in caelo et in terra', non ut deus faciat quod uult, sed ut nos facere possimus quod deus uult. nam deo quis obsistit, quominus quod uelit faciat? sed quia nobis a diabolo obsistitur, quominus per omnia noster animus atque actus deo obsequatur, oramus et petimus, ut fiat in nobis uoluntas dei. quae ut fiat in nobis, opus est dei uoluntate, id est ope eius et protectione, quia nemo suis uiribus fortis est, sed dei indulgentia et misericordia tutus est. item alio: fieri autem petimus, inquit, uoluntatem dei in caelo et in terra, quod utrumque ad consummationem nostrae incolumitatis pertinet et salutis. nam cum corpus e terra et spiritum possideamus e caelo, ipsi terra et caelum sumus et in utroque, id est in corpore et spiritu, ut dei uoluntas fiat oramus. est enim inter carnem et spiritum conluctatio et discordantibus aduersum se inuicem cotidiana congressio, ut non quae uolumus ipsa faciamus, dum spiritus caelestia et diuina quaerit, caro terrena et saecularia concupiscit. et ideo petimus inter duo ista ope et auxilio dei concordiam fieri, ut, dum et in spiritu et in carne uoluntas dei geritur, quae per eum renata est anima seruetur. quod aperte atque manifeste apostolus Paulus sua uoce declarat: 'caro', inquit, 'concupiscit aduersus spiritum et spiritus

10 fieri—ipsa faciatis] cf. Cypriani De orat. domin. 16 (p. I 278, 8) 17 cf. August. Opus imperf. I 72 (XLV 1097 M) 26 Gal. 5, 17

1 sicut in caelo *Db* 3 quis] quid *O* (d *s.l.m2*) 4 quia] qua *V* 6 in—fiat *om.V* 7 uoluntas—nobis *in mg. O* est *ex* et *Om2* 8 uoluntate*D* 9 sed] se *V* 10 alio loco *B* 12 ad *O* (d *s.l.m2*) conmationem *V* consumationem *O* 13 incolumnitatis *V* incolomitatis *O* *ante* pertinet *eras.* et *V* et *om.C* 14 cum *om.O* 15 caelum et terra sumus *EF* 16 id] hoc *EF* in corpore] et corpore *Cypr.* ut *om.V* 18 aduersus *OEFbd* 19 concressio *Om1* 20 spu *V* 22 duo*D* duos *V* auxiliū *Om1* 23 et *pr. om.OB* 25 animas eruetur *V* seruetur] reparetur *EF* 26 palus *V* declarans *D* 27 et spiritus] sps autem *EF*

aduersus carnem; haec enim inuicem aduersantur, ut non quae uultis, ipsa faciatis'. et paulo post: potest et sic intellegi, inquit, fratres dilectissimi, ut, quoniam mandat et docet dominus etiam inimicos diligere et pro his quoque qui nos persequuntur orare, petamus et pro illis qui adhuc terra sunt et necdum caelestes esse coeperunt, ut et circa illos uoluntas dei fiat, quam Christus hominem conseruando et reintegrando perfecit. itemque alio: huncautem panem, inquit, dari nobis cotidie postulamus, ne qui in Christo sumus et eucharistiam cotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto dum abstenti et non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur. et aliquanto post in eadem: quando autem rogamus, inquit, ne in temptationem ueniamus, ammonemur infirmitatis et inbecillitatis nostrae, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atque adroganter aliquid adsumat, ne quis aut confessionis aut passionis gloriam suam ducat, cum dominus ipse humilitatem docens dixerit: 'uigilate et orate, ne ueniatis in temptationem; spiritus quidem promptus est, caro autem infirma', ut, dum praecedit humilis et summissa

3 potest—perfecit] cf. Cypriani De orat. dom. 17 (p. I 279, 11) 5 cf. Matth. 5, 44 10 hunc—separemur] cf. Cypriani De orat. dom. 18 (p. I 280, 10) 16 quando—praestetur] cf. Cypriani De orat. dom. 26 (p. I 286, 21—287, 4) et August. De dono perseuerantiae 6, 12 (XLV 1000 M) 17 cf. Matth. 6, 13 23 Matth. 26, 41

1 aduersantur sibi *Cypr. Op. imp.* 2 ea quae uultis (*om.* ipsa) *OB* 3 potest *O* (test *add. m2*) et *om. O* fratres *om. D* 4 mandat**O* docet] monet *Cypr.* 6 persequntur *Om1* persecuntur *CV* petamus] pręcemur *Db* 7 et *om. OB* necdumque *B* 8 coperunt *Om1* 9 qua *Om2* conseruandū *V* reintegrando *BFb* 10 perficit *O* alio loco *B* 12 eucaristiam *B* eucharistiam eius *Cypr.* 14 dum abstinemus et abstenti cōnicantes *EF* abstenti] absentes *Db* 15 *pr.* a **V*, *om. O* 17 tēptatione *C* 22 aut passionis *om. B* 25 quide proptus *V* prōtus *OB* 26 sumissa *O*

confessio et datur totum deo, quidquid supplici-
ter cum timore et honore dei petitur ipsius
pietate praestetur. item Ad Quirinum, in quo opere se
Pelagius uult eius imitatorem uideri, ait in libro tertio: in nullo
gloriandum, quando nostrum nihil sit. cui propo- 5
sito testimonia diuina subiungens inter cetera posuit apostolicum
illud, quo istorum maxime ora claudenda sunt: 'quid enim
habes, quod non accepisti? si autem accepisti,
quid gloriaris, quasi non acceperis'? item in epistula
De patientia: est enim nobis, inquit, cum deo uirtus 10
ista communis; inde patientia incipit, inde
claritas eius et dignitas caput sumit, origo et
magnitudo patientiae deo auctore procedit.

26. Numquid iste sanctus tam memorabilis ecclesiarum in uerbo
ueritatis instructor liberum arbitrium negat esse in hominibus, quia 15
totum deo tribuit quod recte uiuimus? numquid legem dei culpat,
quia non ex ipsa iustificari hominem significat, quando quidem quod
illa iubet, a domino deo precibus impetrandum esse declarat? num-
quid sub nomine gratiae fatum asserit, quamuis dicat 'in nullo
gloriandum, quando nostrum nihil sit'? numquid sicut isti spiritum 20
sanctum adiutorem ita credit esse uirtutis, tamquam ipsa uirtus,
quae hoc adiuuatur, oriatur ex nobis, quando nostrum nihil esse
asserens propter hoc apostolum dixisse commemorat: quid
enim habes, quod non accepisti? uirtutemque excellen-
tissimam, hoc est patientiam, non a nobis dicit incipere ac deinde 25
adiuuari spiritu dei, sed ab ipso caput, ab ipso originem sumere?

3 cf. pag. 543, 10 4. 7 cf. Cypriani Test. III 4 (p. I 116, 20. 23) et Aug. De dono perseuerantiae 14, 36. 17, 43. 19, 48 (XLV 1015. 1020. 1023 M) 7 I Cor. 4, 7 10 est enim—procedit] cf. Cypr. De bono pat. 3 (p. I 398, 23) 23 I Cor. 4, 7

1 deo totum datur *B* sumpliciter *V* suppliter *Om1* 2 et honore *om. Op. imp.* dei *s.l.Om2* ipsius ipsius *C* 4 imitationem *Bm1* ait *in ras. V* libro *om.O* *ad uocem* tertio *in mg. add.* ł int *ceteris litt. desectis O* 6 testimonio *V* 7 quo∗*O* habes enim *B* 8 habis *V* habe∗s *O* 10 uobis *EF* 11 Inde s. (= scilicet) a deo patientia incipit *EF* 13 actore *D* pręcedit *D* 14 ist∗e *O* tam memorabilis] tamen morabilis *V* commemorabilis *EF* 15 structor *D* nega∗t *O* hominibus] omnibus *D* 16 deo totum *EFbd* 17 ipso *Vb* 21 ista *D* credidit *B* 22 hoc] ad hoc *OBV* ab hoc *bd* ut (*s.l.m2*) oriatur *O* esse] ē *OB* 24 habis *V* 25 ad nobis *V*

postremo nec propositum bonum nec studium uirtutis nec mentes bonas sine dei gratia incipere esse in hominibus confitetur, cum dicit 'in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit'. quid tam in libero arbitrio constitutum, quam quod lex dicit non adorandum idolum, non moechandum, non homicidium perpetrandum? ista autem sunt atque huiusmodi crimina, quae si quisque commiserit a corporis Christi communione remouetur. et tamen si beatissimus Cyprianus his non committendis existimaret nostram sufficere uoluntatem, non sic intellegeret quod in oratione dominica dicimus: p a n e m n o s t r u m c o t i d i a n u m d a n o b i s h o d i e, ut hoc nos petere adseueraret, ne intercedente aliquo grauiore delicto, dum absenti et non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur. respondeant certe heretici noui, quid bonorum meritorum praecedat in hominibus inimicis nomini christiano. non solum enim non habent bonum, sed habent etiam pessimum meritum. et tamen etiam sic Cyprianus intellegit, quod in oratione dicimus: f i a t u o l u n t a s t u a i n c a e l o e t i n t e r r a, ut et pro ipsis, qui propter hoc terra intelleguntur, oremus. oramus ergo non solum pro nolentibus, uerum etiam pro repugnantibus et obpugnantibus. quid ergo petimus, nisi ut fiant ex nolentibus uolentes, ex repugnantibus consentientes, ex obpugnantibus amantes? a quo nisi ab illo, de quo scriptum est: p r a e p a r a t u r u o l u n t a s a d o m i n o? discant esse catholici qui dedignantur, si quid mali non faciunt et si quid boni faciunt, non in se ipsis, sed in domino gloriari.

X. 27. Illud iam tertium uideamus, quod non minus in istis omne Christi membrum et totum eius corpus exhorret, quia conten-

4 cf. Ex. 20, 1 sqq. 9 Matth. 6, 11 17 Matth. 6, 10 22 Prou. 8, 35 25 cf. I Cor. 1, 31

2 gratia dei *EFbd* inciperere *D* esse] et *eras. O* et esse *Db* in omibus *D* 5 homitidium *B* 6 quisquam *bd* a *om. O* corpore *V* corporis *O* (s *in ras. m2*) 7 remouebitur *EF* ciprianus *B* 8 estimaret *D* 10 cottidianum *V* 11 asseueraret *Op. c.* ne *om. Om1* non *b* interdicente *C* greuiore *V* abstenti] absenti *V* absentes *Db* abstinenti *C* 12 *alt.* a *om. O* 14 praecedet *O* 15 habet *Om1* 16 si *CE* 17 oratione dominica *O* sicut in caelo *B* 18 qui propter hoc quia carnaliter uiuunt terra intelleguntur *B* 19 et obpugnantibus *om. V* 20 obiurgantibus *D* fiat *Om1* 21 repugnantibus *O* (ti *in ras. m2*) consentientes ex oppugn. *in marg. m2V* 23 d̄o *D* discant] *add.* ergo *bd* qui**O* 24 non *om. OB* et] * in se *O* non in se *B* et si—faciunt *s.l. m2V* 27 exoret *Om1*

dunt esse in hac uita uel fuisse iustos nullum habentes omnino peccatum. qua praesumptione apertissime orationi dominicae contradicunt, in qua omnia membra Christi: d i m i t t e n o b i s d e b i t a n o s t r a ueraci corde et cotidianis uocibus clamant. uideamus ergo quid etiam ex hoc Cyprianus in domino gloriosissimus senserit, quid ad instruendas ecclesias non utique Manicheorum, sed catholicorum non solum dixerit, uerum etiam litteris memoriaeque mandauerit. in epistula De opere et elemosynis: a g n o s c a m u s i t a q u e, f r a t r e s, inquit, c a r i s s i m i, d i u i n a e i n d u l g e n t i a e s a l u b r e m u n u s et e m u n d a n d i s p u r g a n d i s q u e p e c c a t i s n o s t r i s, q u i s i n e a l i q u o c o n s c i e n t i a e u u l n e r e e s s e n o n p o s s u m u s, m e d e l l i s s p i r i t a l i b u s u u l n e r a n o s t r a c u r e m u s. n e c q u i s q u a m s i c s i b i d e p u r o a t q u e i n m a c u l a t o p e c t o r e b l a n d i a t u r, u t i n n o c e n t i a s u a f r e t u s m e d i c i n a m n o n p u t e t a d h i b e n d a m e s s e u u l n e r i b u s, c u m s c r i p t u m s i t: ‘q u i s g l o r i a b i t u r c a s t u m s e h a b e r e c o r a u t q u i s g l o r i a b i t u r m u n d u m s e e s s e a p e c c a t i s?’ e t i t e r u m i n e p i s t u l a s u a I o h a n n e s p o n a t e t d i c a t: ‘s i d i x e r i m u s q u i a p e c c a t u m n o n h a b e m u s, n o s i p s o s d e c i p i m u s et u e r i t a s i n n o b i s n o n e s t’. s i a u t e m n e m o e s s e s i n e p e c c a t o p o t e s t et q u i s q u e s e i n c u l p a t u m d i x e r i t a u t s u p e r b u s a u t s t u l t u s e s t, q u a m n e c e s s a r i a, q u a m b e n i g n a e s t d i u i n a c l e m e n t i a, q u a e c u m s c i a t n o n d e e s s e s a n a t i s q u a e d a m p o s t m o d u m u u l n e r a, d e d i t

1 cf. Concil. Africae uniu. (XLV 1729 M) 3 cf. I Cor. 12, 27 Matth. 6, 12 8 agnoscamus—salutaria] cf. Cypr. De opere et eleem. 3 (p. I 375, 1) 13 nec quisquam—salutaria] cf. Contra Iulianum Pel. II 8, 25 (XLIV 691 M) 17 Prou. 20, 9 20 I Ioh. 1, 8

2 qua *O* (a *in ras. m2*) 3 demitte *V* 4 ueraciter *Cm1* cottidianis *O* 5 in hoc *b* in domino *om. V* 7 *post* dixerit *exp.* uerit *D* manducauerit *Dm1* 8 elemosinis *O* elemosinis *B* helemosinis *CD* agnoscimus *D* 9 inquit fratres *EF* $\overline{K}$ $\overline{K}$ *s. ras. Om2* k$\overline{\text{mi}}$ *B* dilectissimi *Dbd Cypr.* indulgentia *Om1* 10 et] ut *Db* 11 quis ine *Om1* 14 sibi sic *D* atque] *add.* de *Db* 15 innocentia ∗*O* (e *eras.*) sua *om. O* 17 gloriatur *V* gloriauitur *Om1* 19 sua *om. BDV* sua] *add.* inquit *C. Iul.* iohannis *V* 22 nemo sine pecc. esse *b* 23 quisquis *Dbd C. Iul.* inculpatum esse *F C. Iul.* 24 aut stult *O* (us *desecto*) *pr.* quam—quae *om. CDVb* 25 nondum sanatis esse *EF*

curandis denuo sananandisque uulneribus remedia salutaria! rursus in eadem: et quoniam cotidie, inquit, deesse non potest quod peccetur in conspectu dei, sacrificia cotidiana non deerant, quibus possent peccata tergi. item in epistula De mortalitate: cum auaritia, inquit, nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus uitiis, cum inlecebris saecularibus assidua et molesta luctatio est; obsessa mens hominis et undique diaboli infestatione uallata uix occurrit singulis, uix resistit. si auaritia prostrata est, exsurgit libido; si libido conpressa est, succedit ambitio; si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, uinolentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscidit; cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet, conpelleris iurare, quod non licet. tot persecutiones cotidie animus patitur, tot periculis pectus urgetur: et delectat hic inter diaboli gladios diu stare, cum magis concupiscendum sit et optandum ad Christum subueniente uelocius morte properare? item in ipsa: beatus, inquit, apostolus Paulus in epistula sua ponit et dicit: 'mihi uiuere Christus est et mori lucrum', lucrum ma-

2 et quoniam—tergi] cf. Cypr. De opere et eleem. 18 (p. I 387, 23) 6 cum—properare] cf. Cypr. De mortalitate 4 (p. I 299, 12). Aug. C. Iulianum Pel. II 8, 25 (XLIV 690 M) . 23 beatus—fieri] cf. Cypriani De mortalitate 7 (p. I 301, 1) 24 Phil. 1, 21

1 sanandisque *ex* saluandisque *O* 2 rursum *OB* et *om.C* 3 peccatur *B* 4 decrunt *ODb* 5 possint *D* (i *ex* e) tergeri *OBV* 8 uitiis cum *om. V* 9 molest*a *O* molestia *C* est *om. Cypr.* *post* obsessa *eras.* est *V* 11 singulis uix resistit *om.OB* 12 exsugit *V* surgit *D* 13 si libido *om.V* 15 uinulentia *O* imutat *s. exp.* inuitat *Dm2* inuida *V* 16 amicitia *O* abscindit *CDEFbd C. Iul.* 18 tot—patitur *in mg. V* persecutionis *Om1* 19 animus cotidie *CDEFbd* pectus] et peccatis *B* 20 erigitur *O* (*alt.* i *ex* e *m2*) surgetur *C* gladios] laqueos *Vb* 21 sit et obtandum *s.l.m2V* 23 in *in ras.Om2* inquit beatus *O* 25 lucrum *fin. om.OBV*

ximum computans iam saecularibus laqueis non teneri, iam nullis peccatis et uitiis carnis obnoxium fieri. item De oratione dominica exponens quod petimus dicentes: sanctificetur nomen tuum, ait inter cetera: opus est enim nobis cotidiana sanctificatione, ut qui cotidie delinquimus, delicta nostra sanctificatione adsidua repurgemus. rursus in eadem, cum exponeret quod dicimus: dimitte nobis debita nostra: quam necessarie autem, inquit, quam prouidenter et salubriter ammonemur, quodpeccatores sumus, qui pro peccatis rogare conpellimur, ut, dumindulgentiadedeopetitur, conscientiae suae animus recordetur! ne quis sibi quasi innocens placeat et se extollendo plus pereat, instruitur et docetur peccare se cotidie, dum cotidie pro peccatis iubetur orare. sic denique et Iohannes in epistula sua monet dicens: 'si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est; si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis et iustus est qui nobis peccata dimittat'. merito et ad Quirinum de hac re absolutissimam sententiam suam proposuit, cui testimonia diuina subiungeret 'neminem sine sorde et sine peccato esse'. ubi etiam illa testimonia posuit, quibus confirmatur originale peccatum, quae conantur isti in nescio quos alios nouos sensus prauosque conuertere, siue quod ait sanctus Iob

4 Matth. 6, 9 5 cf. Cypriani De orat. dom. 12 (p. I 275, 4) 8 Matth. 6, 12 9 quam necessarie—dimittat] cf. Cypr. De orat. dom. 22 (p. I 283, 15) 18 I Ioh. 1, 8. 9 22 cf. Cypr. Test. III 54 (p. I 156, 5)

1 computans maximum *D* maximum putans *V* putans maximum *b* saeculi *Cypr.* 3 expones *V* 5 enim est *O* est *om. EF* cottidiana *O* sanctificatio *Cypr.* 6 quia *D* cottidie *O* delinquemus *Om1* 7 sanctificatio neadsidua *V* repugnemus *V* purgemus *O* repurgemus *ex* repurgnemus *D* 9 necessario *Cypr.* autem *om. EF* 10 quam—salubriter *om. V* et] ac *EF* 11 sumus *s.l. Om2* simus *CDEF* 13 et ne quis *Db* 14 quasi *om. V* innocen *Om1* ignocens *B* 15 sese *O* 16 dum cotidie *om. V* ibetur *Om1* 18 habe*mus *V* 21 est] *add.* dominus *Cypr.* 22 absolotissimam *V* suam *om. V* 23 sorde] corde *EF* 24 peccata *Om1* 25 nescio quo *EF* 26 prabosue *Om1*

neminem esse sine sorde nec cuius sit uita diei unius super terram, siue quod in psalmo legitur: in facinore conceptus sum et in peccatis me mater mea in utero aluit. quibus testimoniis propter eos etiam qui iam in aetate maiore sunt sancti, quia nec ipsi sunt sine sorde atque peccato, adiunxit etiam illud beatissimi Iohannis, quod multis et aliis locis saepe commemorat: si dixerimus quia peccatum non habemus et cetera eiusdem sententiae, quae ab omnibus catholicis non tacentur aduersus istos, qui se ipsos decipiunt et in eis ueritas non est.

28. Dicant, si audent, Pelagiani hunc hominem dei Manicheorum errore peruersum, quia ita laudat sanctos, ut tamen fateatur neminem in hac uita ad tantam perfectionem peruenire iustitiae, ut nullum habeat omnino peccatum, sententiam suam testimoniorum canonicorum perspicua ueritate et diuina auctoritate confirmans. numquid enim negat 'in baptismo uniuersa peccata dimitti', quia fatetur manere fragilitatem atque infirmitatem, unde nos dicit peccare post baptismum et usque in huius uitae finem cum carnalibus uitiis indesinentem habere conflictum? aut ideo non memmerat, quid 'de inmaculata ecclesia' dixisset apostolus, quia praecepit neminem sic sibi de puro atque inmaculato pectore debere blandiri, ut innocentia sua fretus medicinam non putet adhibendam esse uulneribus? puto quod concedant noui heretici huic homini catholico scire 'spiritum sanctum mentes bonas etiam antiquis temporibus adiuuisse', immo etiam quod ipsi nolunt nec mentes bonas eos nisi per spiritum sanctum habere potuisse. puto quod 'omnes prophetas et apostolos uel quoslibet sanctos, qui domino quocumque tempore placuerunt, non in comparatione sceleratorum', sicut nos isti dicere calumniantur, 'sed regula uirtutum', sicut se dicere gloriantur, 'iustos fuisse' nouerat Cyprianus, qui tamen dicit: nemo esse sine

1 Iob 14, 4. 5 2 Ps. 50, 7 7 I Ioh. 1, 8 20 cf. Eph. 5, 27 et pag. 540, 16 24 cf. pag. 522, 9. 541, 9 26 cf. pag. 522, 11. 541, 11 30 cf. pag. 554, 22

1 unius diei *V* 3 mater mea me *BC* me *om.OVb* mea *s.l.Om2* 4 aluit me *O* (me *s. l. m2*) me aluit *Om1D* 5 mosore *V* maiores *Om1* maiori *EFbd* 7 quia *om.C* 8 omnibus] hominibus *OB* 9 aduersum *OBV* 14 ut] et *C* 18 peccare *s. l. m2O* 19 indesinenter *Db* nomemirera∗t *V* (re *s. l.*) 20 eccła *O* (a *add. m2*) hapostolus *V* praecipit *V* 23 uhic *V* hinc *O* 25 nonnisi *b* 27 uel quoslibet sanctos *om.V* quolibet *Om1* 28 im *C*

peccato potest et quisque se inculpatum dixerit, aut superbus aut stultus est. nec propter aliud intellegit scriptum: quis gloriabitur castum se haberecor aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis? puto quod non ab istis docendus fuerat Cyprianus, quod optime sciebat, in futuro tempore mercedem esse bonorum operum, malorum autem supplicium; ceterum neminem posse, quae hic contempserit, illic mandata perficere et tamen etiam ipsum apostolum Paulum, mandatorum diuinorum non utique contemptorem, non ob aliud intellegit asseritque dixisse: mihi uiuere Christus est et mori lucrum, nisi quia lucrum maximum computabat iam post hanc uitam saecularibus laqueis non teneri, iam nullis peccatis et uitiis carnis obnoxium fieri. sensit ergo beatissimus Cyprianus atque in diuinarum scripturarum ueritate perspexit etiam ipsorum apostolorum quamuis bonam, sanctam iustamque uitam nonnullos nexus saecularium laqueorum fuisse perpessam, nonnullis peccatis et uitiis carnis obnoxiam et ideo eos mortem desiderasse, ut his malis carerent et ut ad illam, quae ista non pateretur nec iam in mandato facienda, sed in praemio percipienda esset, perfectam iustitiam peruenirent. neque enim cum uenerit quod oramus dicentes: adueniat regnum tuum, non erit in illo dei regno ulla iustitia, cum dicat apostolus: non est enim regnum dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. nempe ista tria inter cetera praecepta diuina praecipiuntur. hic nobis praecipitur iustitia cum dicitur: facite iustitiam, praecipitur pax cum dicitur: pacem habete inter uos, praecipitur gaudium

3 Prou. 20, 9 6 cf. pag. 541, 19 11 Phil. 1, 21, cf. pag. 555, 24 21 Matth. 6, 10 22 Rom. 14, 17 26 Esai. 56, 1 27 Marc. 9, 49

1 quisque *V* (que *ex* quis) quisquis *BC* (*cf. 554, 23*) 3 intellegi *C* intellegitur *EF* 4 glabit*C* 6 quod] quomodo *O* scieba*t *V* 8 illic *om. DVb* 9 paulum *s.l.Om3* 10 asseritque *V* (a *ex* e) 11 nisi quia lucrum *s.l.Om3* 12 hunc *Om1* 14 atque] ad *V* 15 istorum *O* sanctam et bonam *EF* 16 nonullus *V* nonnullo* ex saecularium *O* sexus *C* 17 fuisse *om. D* 18 *alt.* et] ergo *OCV*, *om. B* 19 istis (s *fin. s.l.*) n̄ para*tur *O* mandata *OB* praemia *B* 20 est *O* esse *V* per perfectam *O* enim *om. O* cum uenerit] conuenerit *O* 21 ueniat *d* 22 erit *post* iustitia *pon. O* in illo dī regno nulla erit *B* illes *D* dei *om. EF* 23 est *om. D* 24 ista tria *om. EF* 25 diuina] *add.* quae *EF* 26 facite iustitiam *s.l.Om3* praecipitur—uos *s.l.Om3* 27 habetote *V* (te *s.l.m1*) habere *C*

cum dicitur: g a u d e t e i n d o m i n o s e m p e r. negent ergo Pelagiani haec futura in regno dei, ubi sine fine uiuemus, aut usque adeo, si uidetur, insaniant, ut iustitiam. pacem, gaudium, qualia hic sunt iustis, talia et illic futura esse contendant. quodsi et erunt et non talia erunt, profecto eorum hic in praecepto curanda est actio, illic in praemio speranda perfectio. ubi saecularibus ullis laqueis non retenti nullisque peccatis et uitiis carnis obnoxii — propter quod apostolus, sicut hoc testimonium accepit Cyprianus, mori lucrum sibi esse dicebat — perfecte diligamus deum, cuius erit facie ad faciem contemplatio, perfecte diligamus et proximum, cum manifestatis cogitationibus cordis nulla ullum de ullo mali ullius possit sollicitare suspicio.

XI. 29. Sed iam gloriosissimo martyri Cypriano ad istos cumulatius redarguendos beatissimum addamus Ambrosium, quoniam et ipsum Pelagius ita laudauit, ut ne ab inimicis quidem in eius libris quod reprehenderetur diceret inueniri. quoniam ergo Pelagiani dicunt non esse originale peccatum, cum quo nascantur infantes, et catholicis, qui eis pro antiquissima et firmissima ecclesiae fide resistunt, heresis Manicheae crimen obiciunt, respondeat eis de hac re homo dei catholicus et ab ipso Pelagio in ueritate fidei laudatus Ambrosius. qui cum Esaiam prophetam exponeret ait: i d c i r c o C h r i s t u s i n m a c u l a t u s, q u i a n e c i p s a q u i d e m n a s c e n d i s o l i t a c o n d i c i o n e m a c u l a t u s e s t. et alio loco in eodem opere loquens de apostolo Petro: i p s e s e, inquit, o b t u l i t,

1 Phil. 4, 4 8 cf. Phil. 1, 21 9 cf. I Cor. 13, 12 15 cf. Aug. De gratia Christi 43, 47 (CSEL XLII 159, 25) 21. 24 Ambrosii Expositio in Esaiam non exstat

1 gaude *C* 2 uiuamus *Bm1* uiuimus *V* auctusque a do *C* 3 uidentur *B* ut] et *in mg. B* et gaudium *O* gaudiumque *EF* 4 sunt hic *DEFbd* illic] hic *V* contendant *O* (a *ex* u) etsi *Db* 5 alia *O* eorum—illic *om. Om1* 6 premia *V* ulli *Om1* 7 non] *add.* erunt *Db* obnoxii erimus *EF* 8 hoc *om. D* accipit *OBV* 9 diligemus *D* faciem ad fac. *V* 10 ma*nifestatis cogitatis cogitationibus *V* 11 nulla nullum *EF* ullo malo illius *EF* 13 Sed—potuerunt *570, 8 om. EF* etiam *D* et iam *bd, om. O* martyr *Om1* martyre *C* cipriano *B* cumlatius *Om1* 17 est *O* nascuntur *OB* 18 qui*O* et firmissima *om. OBbd* fide * *D* 19 manichae *V* respondea*t *O* 20 Ambrosius *om. D* 21 ysaiam *BD* esaym *C* icciro *BD* 22 immolatus *O* et quia *C* ne *BCV* 23 solita *om. V* est *om. C* in alio loco *O* 24 eo deopere *V* se *om. O*

quod ante putabat esse peccatum, lauari sibi non solum pedes, sed et caput poscens, quod ilico intellexisset lauacro pedum, qui in primo lapsi sunt homine, sordem obnoxiae successionis aboleri. item in eodem opere: seruatum est igitur, inquit, ut ex uiro et muliere, id est per illam corporum commixtionem, nemo uideatur expers esse delicti; qui autem expers delicti, expers etiam huiusmodi conceptionis. item contra Nouatianos scribens: omnes homines, inquit, sub peccato nascimur. quorum ipse ortus in uitio est, sicut habes lectum dicente Dauid: 'ecce in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea'. item in Apologia prophetae Dauid: antequam nascamur, inquit, maculamur contagio et ante usuram lucis originis ipsius excipimus iniuriam, in iniquitate concipimur. item de domino loquens: dignum et enim fuit, inquit, ut qui non erat habiturus corporeae peccatum prolapsionis nullum sentiret generationis naturale contagium. merito ergo Dauid flebiliter in se deplorauit ipsa inquinamenta naturae et quod prius incipere et in homine macula quam uita. item De arca Noe: per unum, inquit, dominum Iesum salus uentura nationi-

deus bonus et summus et uerus II 67, 14. 18. deus nascentium conditor.--renascentium liberator II 259, 19; *cf.* 260, 1. 312, 16. deus hominum copulator II 261, 12. deus maris creator feminae conuenientia generationibus membra formauit II 264, 12. deus auctor fecunditatis II 275, 25. exasperatus deus II 281, 3. deus per hominem dixit II 264, 6. deus de humanis seminibus hominem operatur II 282, 21. deus est auctor naturae II 286, 13. 293, 12. deus solus inmutabilis et potentissimae bonitatis II 304, 11. deus puniens I 5, 21. omnipotentia creatoris poterat mox editos filios grandes protinus facere I 69, 16. deus qui lux est hominis interioris I 75, 15. deus summum atque incommutabile bonum et auctor qualiumcumque bonorum omnium I 100, 13. delectatio dilectioque dei summi atque incommutabilis boni I 157, 14. dominum deum bonum etiam sanctis suis alicuius operis iusti aliquando non tribuere certam scientiam I 103, 13. deum non iniustum esse I 234, 11. deus naturae summus creator et artifex I 235, 12. summa substantia et solus uerus rationalis creaturae cibus I 248, 8. deus per apostolum docet I 325, 5. deo esse possibilitatem qua uoluntas sic adiuuetur humana, ut etiam illa iustitia perficiatur, secundum quam postea in aeternum in dei contemplatione uiuet I 228, 9. deus pater I 349, 3. 350, 21. deus est trinitas I 385, 18. deus animarum nostrarum dator creator formator I 394, 14. deus omnipotentis et inmutabilis substantiae I 398, 11. deus uocatur spiritus I 417, 4. deus Israhel I 4, 23. summe atque incommutabiliter bonus I 482, 26. in cordibus hominum uoluntatem operatur I 455, 12. 24. summus medicus I 508, 1. nulla substantia est quam non fecerit deus I 460, 17. conditor naturae auctorque nuptiarum I 450, 7. deus artifex I 340, 2.
diabolus *passim:* princeps mundi dictus II 265, 22. I 122, 4. mors ab eo uenit I 10, 24. peccatum opus diaboli II 212, 10. sub diabolo omnes cum peccato generati II 278, 10. spiritus inmundus II 238, 21. princeps auctorque peccati II 239, 10, *cf.* I 488, 22. reos paruulos tenet II 239, 15. auctor uitii II 273, 24. princeps tenebrarum II 235, 13. culpae auctor, non naturae I 431, 23. II 263, 10. 269, 11. potestatem

habet mortis I 122, 4.
diaconus occiditur II 121, 25.
dies dominicus est dies octauus in hebdomadum recursibus II 195, 15.
differentia inter duo testamenta quam deus testatur I 186, 27. 202, 20. differentia peccatorum I 240, 25.
Dinocrates, utrum sine baptismo defunctus sit an post baptismum a Christo alienatus I 312, 20. 349, 9. 350, 24. 351, 13. 369, 5. 370, 1. 375, 12. 406, 22. 26. 407, 11. 19.
diuinae paginae *cf.* paginae.
diuinitas: quamuis enim in terra factus sit filius hominis, diuinitatem tamen suam, qua in caelo manens descendit in terram, non indignam censuit nomine filii hominis I 60, 22. per distantiam diuinitatis et infirmitatis filius dei manebat in caelo, filius hominis ambulabat in terra I 61, 4. 13. unitas personae I 61, 6. in cuius non tantum diuinitate, sed nec in anima nec in carne ullum potuit esse peccatum I 88, 24. antiquis iustis non solum diuinitas, sed etiam nondum reuelata humanitas profuit II 191, 23. eius diuinitas omne tempus excedit II 192, 1. hanc eius aequalem patri diuinitatem Abraham uidere cupiuit II 192, 15. parentes ambo humilitatis eius, non sublimitatis, infirmitatis, non diuinitatis II 224, 20.
doctrina littera est occidens, nisi adsit uiuificans spiritus I 157, 25. 160, 12. 173, 7. 185, 27.
dogma *passim*, *uelut* II 69, 10. 70, 24. 71, 8. 114, 5. 122, 4. 128, 30. dogma Pelagianum uel Caelestianum I 463, 22. dogma Pelagii et Caelestii de paruulis sine ullius uitii ex Adam contagione nascentibus II 175, 28. dogmatici I 388, 12.
domus magna, quae est catholica ecclesia I 335, 4.
donationes sanitatum II 92, 8.
Donatistae: caruit enim Donatistarum uel potius Rogatistarum diuisione et errore I 304, 25. 349, 2. 360, 3. 361, 1. Augustinus diuturnum cum Donatistis conflictum in Collatione habuit II 80, 18. 100, 19.

ecclesia Christi I 356, 30. toto orbe diffusa II 286, 25.
ecclesiasticus-a, um: regula I 27, 12. 313, 2. iudicium I 502, 25. examen II 55, 20. damnatio II 111, 5. usus loquendi II 313, 4. curae II 252, 12.
Edem: contra Edem habitauit, id est contra sedem deliciarum I 124, 23.
Elisabeth cum Zacharia commoratur I 90, 21. 91, 16. 92, 18. II 38, 17 et inter feminas, quae iuste uixisse referuntur I 263, 22.
Enoc per longam aetatem senectute non marcuisse I 5, 9. non modo non peccasse, uerum etiam iuste uixisse memoratur I 263, 16.
episcopi, Graeci homines et ea uerba per interpretem audientes II 53, 4. episcopi iudices II 175, 4.
epistolaris, e: quod epistolari more etiam non Christianis quibusdam scribere solemus II 104, 16.
epistula ad Hebreos in canonicis habetur I 47, 20.
Esaias ab Ambrosio episcopo exponitur *cf. Indicem I et Ind. part. II p. 328.*
Esau I 478, 8. 484, 9.
Esther (Hester) regis cubile execrans II 145, 2. inter feminas nominatur quae iuste uixerunt I 263, 21.

Eua ex Adam uxor eius I 106, 8. Eua peccauit I 265, 14. Adam et Eua quot filios procreauerint scriptura non commemorat I 266, 1. Eua ex costa Adae facta I 340, 3. II 263, 13. Adam ei nomen inponit II 263, 17. 21. appellatur uita II 263, 17.
euangelista I 427, 28. II 162, 7. 225, 8. euangelistas Marcum et Lucam baptizatos esse non legimus I 369, 26.
euangelium I 35, 19. 38, 26. 39, 4. 57, 7. 92, 3. 24. 341, 18. 495, 26. II 217, 15. 264, 5. nouum testamentum quattuor euangeliorum auctoritate praefulget I 126, 10. euangelium non mentitur II 224, 21.
Eulogius episcopus, cui libellus contra Pelagium datus est II 60, 19.
Eutropius coepiscopus cum Paulo coepiscopo ab Augustino petunt, ut Definitionibus quae Caelestii dicuntur respondeat II 3, 3.
exaltatio serpentis I 115, 3.
exaltatus serpens est mors Christi I 62, 4.
examen, *cf.* ecclesiasticus.
exclusor: unde et exclusores dicuntur quidam artifices argentarii I 169, 23.
excommunicatio: atque ita uelut phreneticus, ut requiesceret, tamquam leniter fotus a uinculis tamen excommunicationis nondum est creditus esse soluendus II 171, 15.
exorcismus: quid in illo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non tenetur I 63, 28.
exorcizo: exorcizatur in eis et exsufflatur potestas contraria II 203, 12. 235, 20. 306, 3. 308, 11.
exsufflantur baptizandi infantuli II 287, 1.

atum: nec fatum, quia nullae stellae ista decernunt I 475, 8. quod fatum Augustinus sub nomine gratiae asserat I 469, 6—479, 6.
fidelis, quod a credendo utique nomen est I 37, 8. secundum fidem qua credimus fideles sumus deo, secundum illam uero qua fit quod promittitur etiam deus ipse fidelis est I 211, 3; *cf.* 248, 22.
fides: uera fides quae sit I 214, 13—215, 5. ex fide et per fidem quid differant I 205, 13. fides ipsa num in nostra constituta sit potestate I 209, 21. 210, 27. fides duplici sensu definitur I 211, 2. catholica fides iustos ab iniustis non operum sed fidei lege discernit I 502, 5. in quibus non est fides, filii sunt diaboli I 489, 13. fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos II 277, 8. fides sana et catholica ueracissima et fundatissima II 286, 21; *cf.* I 118, 11. 207, 19. 28. 212, 26. II 187, 6 *cet.*
Fidus episcopus, ad quem Cyprianus consultus epistulam dedit I 546, 5.
Finees (Phinees) in principibus sacerdotum fuit ad offerenda ueteris testamenti sacrificia pertinentium I 91, 10. commemoratur I 263, 17.
Firmus conpresbyter per quem Augustinus Valerii Comitis epistulas accepit II 209, 8.
forense iudicium (*opp.* ecclesiasticum) I 502, 26.
fortuna: nec fortuna, quia non fortuiti casus ista agunt I 475, 8.

Gallus: coepiscopi nostri Galli Heros et Lazarus II 52, 16. 95, 7.
generatio: carnalis *opp.* spiritalis I 19, 15. 118, 12. 130, 20. *opp.* regeneratio I 63, 20. 141, 23. 143, 25.

II 227, 15. 293, 17. *opp.* imitatio II 299, 9. series generationum usque ad Ioseph II 225, 19; *cf.* genero, regenero I 20, 17.

Genesis: de Genesi testimonium I 329, 29.

gentes (*Heiden*) II 151, 7. gentes = peccatores I 290, 15; *cf.* 197, 1. 5. 198, 10. 18. 21. 22. 26. 200, 5. 20. 24. 205, 15.

gentilium sacrilegia I 370, 4.

gesta *passim* I 463, 19. 464, 1. II 51, 2. 4. 52, 3. 72, 17. 76, 9. 77, 4. 17. 79, 5 *cet.* gesta ecclesiastica I 479, 27. II 153, 11. gesta Palaestina II 172, 18. 20. 177, 18. gesta eccl. Carthaginiensia, de quibus Augustinus descripsit II 168, 6—21. gestorum iudicium II 173, 3.

gloriatio laudabilis quae sit et quae uitiosa I 169, 21. 27. per legem fidei exclusa I 175, 10.

Graecus: I 31, 21. 36, 7. 319, 17. 19. 320, 1. 16. 170, 8. 23. 198, 10. 18. 26. 30. 213, 15. II 56, 4. 53, 5. 129, 25. graeca lingua I 527, 18. 528, 5.

gratia: ipsum quippe gratiae nomen et eius nominis intellectus aufertur, si non gratis datur, sed eam qui dignus est accipit II 89, 1. gratia Christi, sine qua nec infantes nec aetate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur I 235, 23. per gratiam solam quod lex iubet potest inpleri, per ipsam iustificatur gratis, id est nullis suorum operum praecedentibus meritis I 168, 18. gratia data est pusillis et magnis I 432, 23. sine gratia nec infantes nec aetate grandes salui fieri possunt I 235, 23. gratia nouo testamento per Christi passionem tamquam scissione ueli reuelanda I 181, 20. gratia non solum illud unum soluit quod originaliter trahitur, sed etiam cetera quae in unoquoque homine motu propriae uoluntatis adduntur II 301, 3. liberi a peccato non fiunt nisi gratia saluatoris I 426, 11. qua uocamur et iustificamur II 106, 20. gratia dei promissa testamento nouo quo definita sit I 204, 14. gratia Christi, hoc est inhabitans spiritus eius in uobis I 9, 10. gr. saluatoris regnum mortis destruit I 14, 2. laus et praedicatio gratiae uituperatio et damnatio est delictorum I 161, 14. nemo sine dei gratia recte uiuit II 53, 24. gratia dei homo adiuuatur ut uelit bonus esse I 453, 5. adiuuat infirmitatem nostram I 514, 25. qua fit in nobis, ut nos delectet et cupiamus quod praecepit nobis I 483, 12. studium quoque bonum non incipit sine gratia sed a deo inspiratur I 484, 24. dei gratia non solum omnia sidera et omnes caelos uerum etiam omnes angelos supergreditur I 472, 21. gratia fieri ut legi oboediatur I 486, 14. auditus diuinae uocationis ipsa dei gratia procuratur I 534, 9. bonos faciens nos I 537, 21; *cf.* I 533, 24—540, 10. 485, 12. gratia non est natura, non est legis scientia, non est littera occidens, sed spiritus uiuificans, non qua homines creati sumus, sed qua in nouam creaturam adoptati II 73, 3. 75, 21.

hebdomades (ebd.): in diebus tamen ebdomadum octauo a mortuis resurrexit I 138, 5. dies enim octauus est in hebdomadum recursibus dies dominicus II 195, 14. 196, 15.
Hebreus populus I 458, 25.
ἡγεμονικόν quid sit definitur I 387, 3.
Helias non marcuit I 5, 10. sine cibo uixit I 5, 15. iuste uixisse refertur I 263, 18. Helias et Enoch utrum nunc in paradiso sint an alicubi alibi II 186, 3.
Heliseus sine peccato uixisse commemoratur I 263, 18. num flando in eius faciem mortuum suscitauerit I 365, 13. 14. 20. 23. 24. 366, 5. baculum misisse ad filium uiduae suscitandum I 533, 3. 6.
heresiarcha Pelagius nominatur I 543, 8.
heresis: Pelagianam tamquam uenenosa uirgulta fruticibus catholicis inserere conatur II 262, 19. Pelagiana paruulis non baptizatis inter damnationem regnumque caelorum quasi medium locum promittit I 312, 12; *cf.* 317, 5. 334, 17. 523, 23. 533, 23. Manichea I 523, 21. 559, 19.
hereticus: her. dogmata I 361, 24. nouitas II 235, 16. hereticae uirgines II 216, 13. heretici noui medicinam Christi carnaliter natis paruulis necessariam non esse contendunt II 211, 5. heretici noui Pelagiani I 470, 18. 503, 28. futuri heret. Pel. I 546, 9.
Heros et Lazarus *cf.* Gallus.
Hieremias in utero matris sanctificatus I 29, 13.
Hieronymus plurimos utriusque linguae diuinarum scripturarum tractatores et christianarum disputationum scriptores commemorat I 138, 12. 24. sanctus H. presbyter II 121, 24; *cf. etiam Indicem I.*
Hierusalem: I 494, 20. 501, 15. 538, 8.
Hiezechiel: I 263, 19. II 288, 5.
Hilarius, ad quem Augustinus epist. 157 scripsit II 77, 10. 107, 24.
Hilarius episcopus; *cf. Indicem I.*
Hipponense litus II 100, 14.
Hispania, quo nonnulla opuscula sub Augustini nomine peruenisse feruntur II 72, 13.
homo: animal rationale, intellectus capax, rationis compos sensuque uiuax I 415, 18. homo primus — secundus I 21, 16. non a diabolo fieri, sed a deo I 431, 20. homo interior — exterior I 36, 15. homo intimus I 400, 26. interiorem hominem esse animam, intimum spiritum I 400, 5. interior homo quis sit, utrum anima an spiritus an utrumque I 399, 19. homines dei, immo ipse spiritus dei I 456, 3, *cf.* 492, 7. homines sancti et fideles cum Christo unus Christus I 61, 13; *cf.* I 399, 26, 400, 10. 14. 17. 405, 4. 432, 24. 431. 22. II 232, 13. possitne homo sine peccato esse in hac uita I 77, 17. 221, 23. *cf.* 78, 17. 155, 6. 227, 19. 447, 10.
humanitas Christi reuelata II 191, 24.

Iacob cum Abraham et Isaac memoratur I 260, 21. 263, 17. 488, 17. uniuersum semen Iacob appellari Israhel I 415, 3. apud deum praecedit fratrem I 539, 18; *cf.* 477, 24. 478, 8. 484, 9.
Iacobus apostolus I 243, 3. 244, 11.
Iacobus et Timasius Augustino librum miserunt I 233, 1. II 101, 4. 102, 2. ad Augustinum epistulam dederunt II 102, 8.
Iesus latine saluator est I 118, 21. 134,

22. II 319, 13. 17. in eius monumento non esse carnem inuentam II 245, 29. inceptor uitae I 49, 21. Iesus uocatur, quia ipse saluum facit populum suum I 248, 16. in carne uenisse, ut omnes uiuificaret I 37, 14. Iesus Christus magnus deus I 47, 9. unus et solus magister bonus I 57, 18. hoc omnino quod pater, nisi quod filius est ipse, non pater I 343, 20. per hominem deus dixit II 264, 5. Iesus Christus II 225, 12. pastor pastorum I 570, 17. homo Christus Iesus I 432, 22.

Iesu Naue I 263, 17. praenuntiauit in populo Christum uenturum II 45, 14.

imagines uisorum I 404, 15.

incarnatio domini II 65, 15. 68, 3. 79, 11. 187, 13. 191, 16. 20. 28. 192, 16. I 433, 1 *cet.*

incensum spiritale: per hoc licet mori sine peccato I 263, 11.

indifferentia nuptiarum et uirginum II 292, 8.

inferi: I 342, 17. 401, 12. 406, 13. 409, 5. 412, 9.

infernus: I 282, 6. 372, 6. infernus inferior I 388, 21. infernus-a-um I 341, 20.

infidelitas, quod peccatum proprie uocatur, quasi solum sit, si non exprimatur quale peccatum sit I 488, 28; *cf.* 8, 24. 489, 5. 495, 22.

inluminatio: ad discernendam spiritalem ab ista corporali I 36, 13.

Innocentius papa: eius litteris Pelagius se consentire respondit I 464, 22. Caelestii et Pelagii dogmata damnauit I 465, 9. litteris episcoporum afrorum respondet I 465, 12. eius uerba ad concilium Carthaginiense I 466, 7. Caelestius secundum eius sententiam omnia damnat I 466, 20. 467, 24. quae rescripserit Numidiae episcopis I 467, 8. eius litteris Caelestius consensum praebuisse tenetur I 468, 3. eius sententia de paruulis non baptizatis I 468, 11. Pelagius ad eum et litteras et libellum misit II 150, 10. 153, 27. 180, 1. Pelagius damnat a Paulino sibi obiecta II 171, 12. de gestis Palaestinae synodi quid iudicauerit II 172, 11. qualem sententiam de Pelagii purgatione tulerit II 173, 7.

innouatio hominis II 277, 3.

instrumentum: quod distinctius uetus instrumentum quam uetus testamentum uocatur I 498, 15.

insufflatio: animarum nouarum sine propagine insufflationem defendi minime prohibemus I 333, 8; *cf.* 322, 10. 329, 26. 333, 25. 364, 19.

Iob praesciens Christum ad passionem uenturum I 88, 9. magnus in perferendis tribulationibus I 89, 21. extra populum Christum uenturum praenuntians II 45, 15. 187, 22.

Iohannes Baptista mediatorem digito demonstrans I 497, 21; *cf.* 39, 5. 494, 15. 498, 3. 516, 27. euangelista I 40, 12. 509, 19. memoratur I 263, 20.

Iohannes Constantinopolitanus, de cuius tractatu quodam Pelagius locum profert I 291, 9.

Iohannes Hierosolymitanae antistes ecclesiae quae Pelagio praesente narrauerit II 93, 19 *sqq.* 94, 13. 25. 95, 6. 96, 6. 108, 4. 109, 1. 16.

Ionas propheta I 138, 16

Ioseph iuste uixisse refertur I 263, 17

Ioseph cui desponsata erat uirgo Maria I 263, 19. II 225, 20. 24. 226, 20.

Iouinianus hereticus nouus: uirginitatem Mariae destruebat et uirginitati

sacrae nuptias fidelium coaequabat I 425, 16. II 267, 20, *cf.* 268, 2. sanctimonialibus etiam aetate prouectioribus nuptias persuasisse I 139, 20. catholicis Manicheos obicit II 292, 10. nouellam heresim condere conatus II 292, 4. 8.

Isaac non sine concubitus calore generatus II 276, 1. omnes spiritaliter ad filios Isaac pertinentes I 192, 17, *cf.* 260, 21. 263, 17. non fuisse filium diaboli, sed promissionis I 488, 17. 494, 16. 501, 18.

Israhel: I 126, 18. 155, 15. 192, 16. 29. 193, 9. 10. 194, 4. 7. 195, 17. 201, 1. 6. 415, 3. 4. 477, 18. II 45, 13. Israhel filii II 187, 21.

Israhelitae I 4, 23. annis omnibus decimas praebere Leuitis I 112, 2. Moysen iis permisisse alia copulare conubia II 223, 12.

Iuda: I 192, 17. 29. 30. 193, 9. 415, 4.

Iudaei: dominus ab iis consultus I 430, 12. per omnes terras ubique dispersi I 495, 26. carnaliter legem obseruantes I 512, 19. de accepta lege se extollebant I 160, 17. 197, 20. sabbatum obseruant I 181, 18. legis auditores I 199, 22. 200, 7. 203, 1. 235, 2. eorum iactantia I 204, 1. non est Iudaeorum tantum deus I 204, 10, *cf.* I 501, 28. 505, 18.

Iudaeus: I 164, 18. 165, 13. 213, 15.

Iudaicus populus reprobatus II 190, 2.

Iudaismus: legem operum esse in Iudaismo I 173, 19.

Iudas traditor caput poni debuit peccatorum I 19, 7. Iudam Christus non suscitauit I 237, 14.

iudicium ecclesiasticum, ubi Pelagio anathemante omnia damnata sunt II 78, 18. Caelestius uenit ad iud. II 100, 22. 26. libellos Caelestius allegat iud. eccl. II 149, 30. iudicium Palaestinum: quae Pelagius ibi ficto corde damnauerit I 453, 18.

Iudith iuste uixisse refertur I 263, 21.

iura nuptiarum semel inita manent inter uiuentes II 223, 15.

iustificatio, qua Christus iustificat inpium I 18, 11.

iustitia: iust. dei sine lege quid sit I 167, 19. in testamento uetere uelata in nouo reuelatur I 171, 4. perfecta iustitia quando etiam quid sibi desit intellegit I 508, 16. haec erit in eminenti scientia Christi I 513, 5. iustitia ex lege quid sit I 514, 19, *cf.* 510, 27. iustitia quae uera sit I 515, 6. 215, 13. iust. dei non in praecepto legis sed in adiutorio gratiae Christi constitutam esse I 233 14. iust. legis cur proponatur I 207, 4; *cf.* 508, 18—515, 26.

latinus-a-um: codex I 319, 17. II 92, 4. interpres II 95, 13. lingua II 313, 3. scriptores II 159, 27. liber II 56, 3. latine I 118, 22. 170, 11. II 83, 18.

latro (*cf. Luc. 23, 43*) a Cypriano inter martyres ponitur I 311, 13. 24. 26. fueritne baptizatus I 369, 8.

lauacrum *passim* aquae I 522, 7. 540, 16. 541, 5. regenerationis I 24, 20. 31, 3. 236, 1. 238, 11. II 81, 18. 167, 6. 202, 21. 212, 3. *cet.* baptismatis I 466, 15. II 202, 19. christianae fidei I 352, 11. 22. ubi omnes praeteritae maculae rugaeque tolluntur II 81, 23. lau. sanctitate omnia prorsus hominum mala tolluntur II 250, 21. lauacro adoptari in dei filios I 471, 9.

Lazarum dominus suscitauit I 237, 13.

Lazarus episcopus II 52, 16. 95, 8. 116, 25.
lectio euangelica I 58, 5.
lector: lectoris functus officio in synagoga I 53, 8.
Leui postea non esse decimatum I 111, 16.
Leuitis decimae praebentur I 112, 3.
lex: euangelii II 223, 13. circumcisionis I 546, 6. de praeuaricatione I 531, 2. lex factorum I 169, 18. 170, 2. 173, 15. 174, 23. 175, 4. 194, 3. 196, 8. fidei I 196, 9 *cet.* lex dei I 197, 20 cet. lex in tabulis digito dei conscripta I 182, 9. legem uolunt Pelagiani intellegi gratiam I 532, 8. lex spiritalis I 496, 10. lex auditores iustitiae facit, gratia factores I 486, 17. naturalis lex in qua quisque iam ratione utens incipit peccato originali addere et propria I 13, 12. lex scripta per Moysen populo data I 13, 13. lex naturalis uel conscripta I 65, 22. lex carnalis circumcisionis I 137, 17. legem accepimus non ut emendatione finiremus peccatum, sed ut transgressione augeremus I 148, 3. lex quamuis bona auget prohibendo desiderium malum I 158, 25. lex ostendit quid faciendum quidue cauendum sit I 166, 25. lex factorum et lex fidei quid differant I 173, 15. quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat I 175, 13. hominem non lege operum iustificari sed lege fidei I 176, 14. num legem duabus tabulis scriptam litteram occidentem apostolus appellet I 177, 8. lex dei est caritas I 183, 2. lex operum — lex fidei I 183, 5. lex data est, ut gratia quaereretur, gratia data est, ut lex inpleretur I 187, 22. leges dei ab ipso deo scriptae in cordibus sunt praesentia spiritus sancti, qui est digitus dei I 189, 9. legem factorum pertinere ad testamentum uetus, legem fidei ad testamentum nouum I 194, 3. non auditores legis sed factores iustificantur I 198, 25. 'factores legis iustificabuntu' quid significet I 199, 1. naturaliter homines quae legis sunt faciunt I 201, 16. 202, 4. 203, 13. ex lege timemus deum, ex fide speramus in deum I 208, 5. lex nec ipsa est gratia et nihil ex ea recte fit sine gratia I 516, 20. lege huius saeculi interueniente repudio sine crimine conceditur cum aliis alia copulare coniugia . . . lege euangelii reus est adulterii II 223, 9. 13. lex per Moysen data non potuit regnum mortis auferre II 300, 1. legem ad cognitionem peccati ualere I 435, 16. non auferre sed potius augere peccatum I 434, 28.
libellus Caelestii gestis ecclesiasticis allegatus II 169, 24.
liber: Liber capitulorum (Pelagii) II 58, 2. 107, 15. 108, 20. Testimoniorum liber I 543, 9. liber fidei Pelagii Romam cum litteris ad papam Innocentium missus II 182, 23. l. Sapientiae I 371, 20. l. sancti I 412, 23.
liberum arbitrium: lib. arb. nobis nisi ex deo esse non posse I 101, 13. ipsum quoque liberum arbitrium ad dei gratiam, hoc est ad dei dona, pertinere I 77, 19. lib. arb. sine quo nec male nec bene uiuitur I 159, 12. lib. arb. primi hominis peccato non periisse I 425, 25. lib. arb. usque adeo in peccatore non periit, ut per ipsum peccent maxime omnes I 426, 4. lib. arb. captiuatum

non nisi ad peccatum ualet I 516, 24. 157, 19. in ipso nomine lib. arb. libertatem sonare I 209, 12. per gratiam non euacuatur I 208, 18. lib. arb. deum hominibus non adimere I 216, 20.
litterae ecclesiasticae I 138, 13. saeculares I 233, 7. litt. magister I 55, 6. 269, 15. II 302, 4.
Lucas: ipsos euangelistas Marcum et Lucam baptizatos esse non legimus I 369, 27.

Machabei in proelio cadentes I 350, 6. Mach. iuuenum mater I 322, 11. 323, 25.
mancipiorum aestimàtio I 66, 16.
Marcellinus (*cuius rogatu Augustinus libros De peccatorum meritis et De spiritu et littera scripsit*) I 3, 5. 71, 11. 128, 13. 155, 2. 242, 13. 252, 17. II 78, 25.
Marcion I 510, 2. II 12, 12. 67, 15.
Marcus: *cf.* Lucas I 369, 27.
Mardocheus I 263, 19.
Maria I 118, 18. 263, 20. 24. 425, 17. II 267, 22. filius Mariae liberat II 202, 29.
Martha I 513, 17.
martyres, quibus contigit ante baptismum pro Christi nomine occidi I 352, 7. uisiones martyrum I 405, 18. mortem martyribus causam praemiorum esse I 521, 10; *cf.* 412, 27.
mater ecclesia, quae cor et os maternum paruulis praestat, ut sacris mysteriis inbuantur I 37, 5.
Mathusalem qui in arca non fuit ubi potuerit uiuere II 186, 15.
matrimoniales tabulae: ut secundum matrimoniales tabulas non nisi liberorum procreandorum causa concumbant II 215, 24. 201, 16.
medici: non medicos empiricos nec anatomicos nec dogmaticos nec methodicos scire I 388, 12.
medietatem quandam tribuunt paruulis non baptizatis I 54, 11.
Melania II 125, 7.
Melchisedec: a Melchisedec iam fuerant decimati I 111, 20; I 263, 16. testimonium fidelibus protulit II 192, 24.
mens: mentem nostram nisi rationale et intellectuale nostrum dicere non solemus I 414, 13. rationalis I 67, 10.
Micheas I 263, 18.
minister: nullus autem in ecclesia recte posset ordinari minister, si dixisset apostolus: 'si quis sine peccato' I 447, 6. Moyses testamenti minister ueteris I 497, 18.
Misael I 263, 19.
monachus: inlata est heresis a quibusdam ueluti monachis II 116, 2.
monasteria II 121, 26.
motus non cessat in corde, unde se pulsus diffundit usquequaque uenarum I 388, 5.
Moyses: lex scripta per Moysen populo data I 13, 13. 92, 4. ex praecepto domini exaltauit in deserto aeneum serpentem I 62, 1. 115, 3. populus per Moysen deprecatus est dominum I 61, 29. uetus testamentum in quinque Moysi libris excellit I 126, 9. legem ministrandam populo in monte accepit I 176, 27. 182, 9. 458, 24. 494, 13. 523, 14. II 300, 1. celebratio paschae per Moysen fieri praecepta I 182, 6. filii Israhel non poterant intendere uultus Moysi I 183, 19. Moyses testamenti minister ueteris, heres noui I 497, 18. testamentum uetus ad Moysi relatum ministerium I 498, 21. de Christo

uenturo scripsit I 498, 1. per Moysen reuelatum est testamentum uetus I 500, 5; *cf.* 499, 29. Christum praenuntiauit II 45, 13. conubia permisisse II 223, 11.
mulier etiam bis nupta catholica professae uirgini hereticae praefertur I 503, 13.
mundationis sacramenta I 142, 24. auxilium I 549, 8.
mundi nomine solet appellare scriptura a quibus habitatur hic mundus II 141, 26.
mysterium: mysterio dominicae mortis et resurrectionis figuratus uitae nostrae ueteris occasus et exortus nouae demonstrataque iniquitatis abolitio renouatioque iustitiae I 162, 17. m. credulitatis I 352, 17. mysteria = baptisma I 458, 11. 13. 37, 6.
mysticus: hic numerus (= uiginti) mysticum aliquid adumbrat et resonat I 126, 8; *cf.* 106, 23. 161, 26.

Nathan I 263, 18.
natiuitas: in damnatione hominem prima natiuitas tenet, unde nisi secunda non liberat II 202, 27. prima carnalis natiuitas — secunda spiritalis II 316, 8. carnalem Christi natiuitatem expertem esse peccati II 267, 8. originale peccatum generatione primae natiuitatis adtractum regeneratione secundae natiuitatis expiatur II 256, 16.
natura: natura hominis primitus inculpata et sine ullo uitio creata omnia bona habet I 235, 8. natura principiorum amat singularitatem II 222, 13. nat. nuptiarum ut mas et femina generandi societate iungantur II 215, 12. indiget diuina gratia I 426, 1. uitium naturae ex originali peccato contractum est libero arbitrio commisso I 235, 12.
Nicodemus I 59, 24. 373, 8. 11.
Noe: in Noe praefigurans iustos plebium praepositos I 83, 21. aliquando ebrium fuisse I 84, 5. iustus dicitur I 494, 17. praenoscens Christum uenturum II 45, 16. de eo eiusque filiis quid dixerit Pelagius II 273, 14. 20. Noe iustum ad supernam Hierusalem pertinere I 494, 17.
Nouatiani I 560, 9.
nouelli heretici Pelagiani conciliis et sede apostolica damnati I 351, 20. inimici crucis Christi et obpugnatores gratiae I 524, 1.
Numidiae episcopi (*ad quos Innocentius papa de causa Pelagianorum rescripsit*) I 467, 5.
nuptiarum bonum inpletum est in illis parentibus Christi: proles, fides, sacramentum II 225, 25. 231, 12; *cf.* II 200, 15. nuptias institutas propter ordinatam generationem filiorum I 431, 5.

occidentales et orientales ecclesiae I 542, 19. 543, 6.
oleum peccatoris I 357, 24.
orbis: romanus II 308, 3. catholicus II 183, 10.
ordino: I 56, 10. 111, 17. 431, 6. 447, 6.
oriens I 479, 26. II 155, 2. 172, 20.
orientalis: episcopi I 460, 9. 468, 2. 470, 14. 16. II 109, 10. 114, 21. 115, 4. iudices I 537, 1. ecclesiae I 47, 24. II 79, 8. synodus II 143, 4.
Origenes II 60, 25. 61, 7.
Origenista II 60, 25. 61, 14.
originale peccatum *cf.* peccatum.
Orosius presbyter II 95, 8.

osculum pacis I 548, 24. osculo recentes dei manus esse cogitandas I 548, 14. 22.
ouile catholicum I 340, 21.

paedagogus: II 53, 13. 14. 27.
paenitens: I 24, 23. 25, 2. 350, 6. 353 23. 369, 17.
paginae: humanae et diuinae I 384, 4. testimonia diuin. pag. I 417, 12. sanctae II 302, 12.
Palaestina, cui terrae dominus praesentiam suae incarnationis exhibuit II 79, 10; *cf.* II 51, 5. 116, 27. 151, 14. Palaestini iudices II 173, 13. synodus II 172, 10. gesta II 172, 18. 176, 27. 177, 18. iudicium I 429, 15. 453, 18. 470, 6. II 142, 29. 171, 27. 173, 13.
palma I 348, 20.
palmitum frutices I 196, 10.
Pammachius II 168, 14.
paradisus: corporalis — spiritalis I 107, 1. 10; *cf.* 124, 20. 23. 125, 4. 310, 21. 315, 29. 345, 20. 348, 14. 20. 350, 19. 25. 351, 12. 28. 352, 24 *cet.*
paralyticus: de paralyticis et oppressis animae sensibus I 344, 1.
participatio mensae dominicae: I 33, 21. corporis huius et sanguinis I 26, 10. 467, 25. II 180, 16. luminis I 157, 18. 163, 6.
pascha: celebratio paschae quae fieri praecepta est I 182, 7.
passio in latina lingua, maxime usu loquendi ecclesiastico non ad uituperationem consueuit intellegi II 313, 3.
pastoralis: uigilantia et diligentia I 570, 14. II 122, 10. specula I 424, 11. cura past. et medicinalis I 361, 24.
patribus sanctis ex Abraham et ante Abraham etiam plures coniuges habere concessum erat II 221, 12.
patriarchae: I 518, 17. 521, 24. 530, 22. 531, 5. 541, 15. 569, 13.
Paulinus diaconus I 466, 22. 25. II 168, 12. 16. 23. 25. 169, 1. 5. 10. 171, 8.
Paulinus episcopus II 154, 9.
Paulus prius Saulus I 163, 24. 453, 20. praedicator Christi I 11, 11. tanti apostolatus principatum meruisse I 92, 24. non fuisse perfectum I 92, 20. 93, 6. perfectus uiator, nondum peruentor I 93, 12. admirabilis doctor I 426, 11. apostolus gentium I 192, 3. doctor gentium I 392, 11. 434, 28. 531, 25. minimus apostolorum I 164, 1. 193, 7. uehemens defensor gratiae I 170, 22. 193, 6. incunctanter praedicat gratiam I 164, 9. constantissimus gratiae praedicator I 175, 27. magnus gratiae praedicator II 91, 13. persecutor II 92, 21. gratiam gratis accepit indignus II 93, 10. habebat prophetiam et operabatur uirtutes et sanitates II 87, 6. 11. apostolatum gratia donauit indigno II 91, 19. magnus gratiae praeceptor, confessor, praedicator II 93, 14. monet uiros, ut diligant uxores I 430, 16. quomodo de Paulo possit intellegi I 439, 4. mandatorum diuinorum non utique contemptor I 558, 9. beatus Paulus I 509, 26. II 279, 16. 91, 12. sanctus Paulus II 92, 12. uas electionis I 503, 30. apostolus *passim uelut* II 47, 19. 82, 23. 86, 19. 87, 24. 97, 22. 119, 16 *cet.*
Paulus coepiscopus II 3, 3.
pecora rationalem animam non habere I 69, 21. non habent spiritum, id est intellectum et rationis ac sapientiae

sensum, sed animam tantum I 416, 12.
peccatum: peccati nomen diuersis modis in scripturis sanctis poni solere I 504, 23 *sqq*. nullum peccatum nisi concupiscendo committi I 158, 21. peccata sunt quae secundum carnis concupiscentiam uel ignorantiam inlicita fiunt dicuntur cogitantur I 445, 22. 446, 12. peccata uenialia non inpedire a uita aeterna iustum I 203, 17. peccatum non propagatione in alios homines ex primo homine, sed imitatione transisse I 10, 15—18, 8. ab origine tractum est et peccatum in hac carne peccati I 148, 14. peccatum in Adam — mortem in Adam I 145, 24. peccata uocantur sacrificia pro peccatis II 196, 8. I 505, 3. originale commissum libero arbitrio I 235, 14. ex Adam in paruulos transitus II 177, 17. it per generationem originale peccatum II 299, 17; *cf*. I 16, 11. 431, 20.
Perpetua sancta: I 312, 20. 349, 9. 369, 5. 406, 18.
persecutionis tempore clanculo in carcere baptizabantur I 369, 11.
Petrus apostolus: I 12, 22. 49, 21. 50, 27. 369, 23. 559, 24. II 98, 10. 161, 3. 8. 16. 21. 189, 13. 272, 21.
Petrus conpresbyter I 336, 2. 362, 1.
pharisaeus: I 76, 10. 176, 10. 540, 12.
Philemon: baptizatum esse non legimus I 369, 26; *cf*. II 42, 4. 43 17.
Philippus: I 52, 3.
philosophi: II 192, 17.
phoenice resurrectionem significat corporum I 411, 6. 10.
pietas uera sapientia I 170, 7. 171, 10. 175, 18.
Pilatus: I 212, 6
Pinianus: II 125, 7.
Platonici: II 195, 3.
plebium praepositi: in Noe praefigurans iustos plebium praepositos I 83, 22. mortis I 252, 25. 28.
populi dei I 12, 23.
possibilitas II 128, 1. 129, 3 *sqq*.
praeputium: in circumcisionem deputatur I 201, 1. iustificari ex fide I 205, 21. quomodo maneat in eis, quos genuerint circumcisi I 142, 19.
praeputii circumcisio Christum prophetauit II 195, 13.
praerogatiua: singularem mediatoris praerogatiuam Pelagiani euacuare conantur I 526, 25.
primitiae I 81, 16. 82, 7. prim. nouitatis (*opp*. antiquae uetustatis) I 115, 13. spiritales prim. I 115, 21.
principatus magis naturaliter unius in multos quam in unum potest esse multorum II 222, 6.
Priscillianistae I 367, 27.
procreatio spiritalis I 22, 16.
propheta I 50, 24. 28. 500, 19. II 137, 1. *cet*.
propria nuptiarum: generandi ordinatio, fides pudicitiae, conubii sacramentum II 197, 15.
prosa oratio I 389, 13.
psalmus diuinus notat I 432, 15.
publicae leges I 369, 13.
publicanus I 540, 12.
pudenda unde appellentur I 108, 2. foliis ficulneis pud. texerunt I 448, 19, *cf*. 449, 4. 452, 7.
pulsus uenarum I 388, 6, *cf*. 387, 6.
punici Christiani I 33 17.

Quirinus: hoc se facere ad Romanum quod Cyprianus fecisset ad Quirinum I 543, 11; *cf*. I 552, 3. 556, 22.

ratio: qua humana anima rationalis

appellatur I 36, 24. quae non hominibus et pecoribus, sed hominibus angelisque communis est II 70, 17.
Rauenna: de Rauenna profectio II 254, 2.
reatus: paruulos de quibuslibet sanctis iustisque procreatos originalis peccati reatu non absolui I 149, 16. ex parentibus trahere I 478, 16.
receperunt eum idem ualere ac crediderunt in eum I 427, 10.
reconciliatio est in lauacro regenerationis et Christi carne et sanguine I 529, 13.
regnum: dei quo sola Christi societas introducit I 16, 14. mortis auferre I 13, 24. mortis, quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad uitam aeternam uenire non sinat I 13, 25.
regula: fidei I 115, 6. 137, 8. 358, 21. 523, 7. ueritatis I 95, 6. 104, 18. 349, 25. uirtutum I 522, 14. 541, 13. 557, 29. ecclesiastica I 27, 12. 313, 2. locutionum I 275, 3.
Renatus *duos libros Vinc. Victoris Augustino misit* I 303, 2. 336, 5. *ad eum Aug. lib. I de animae origine scripsit* I 349, 13. 394, 18, *cf.* 361, 29.
renouatio incipit a remissione peccatorum I 79, 23, *cf.* 115, 16. 202, 23. 214, 22.
rescripta: africana I 467, 3. afric. concilii II 171, 22. 183, 4.
ritus: multiplex sacrificiorum sacrorumque I 189, 16.
Rogati successor I 360, 10.
Rogatista I 360, 4. Rogatistae I 304, 26. 349, 2. 361, 1.
Roma: I 139, 20. 464, 20. II 126, 2. 127, 2. 168, 2. 180, 1. 182, 23. 183, 7. 254, 2. 13.
Romani Caelestium Pelagii discipulum bene nouerant II 172, 8. Romanorum fides II 172, 5. Romanus I 543, 10. romanum imperium II 179, 15. romana ecclesia: I 465, 8. 468, 14. II 171, 28. 175, 13. 179, 15. romani iuuenes II 309, 10. mos romanus I 449, 5.
Rufinus presbyter contendit traducem peccati non esse II 168, 13. 169, 11.
sabbatizo: a cuius operibus abstinendum, id est sabbatizandum est I 181, 28.
sabbatum: dies sanctificationis est I 181, 10. bis in sabbato ieiunare I 76, 15. Iudaei sabbatum obseruant I 181, 18. excepta sabbati obseruatione carnali, quae spiritalem sanctificationem quietemque significat I 496, 25, *cf.* 496, 17. II 276, 22.
Sabelliani patrem et filium et spiritum sanctum unum eundemque esse dicunt II 292, 13. 15. 21.
sacerdotale ministerium: Ambrosii Mediolanensis episcopi sac. ministerio Augustinus lauacrum regenerationis accepit II 251, 13.
sacerdotum principes: Iesus tunc intus fuit, cum a sacerdotum principibus audiebatur II 161, 7.
sacramentum baptismatis constituendum fuit regenerandis in spem salutis aeternae I 23, 1. baptismi profecto sacram. regenerationis est I 114, 21. punici Christiani baptismum nihil aliud quam salutem et sacram. corporis Christi nihil aliud quam uitam uocant I 33, 17. sacramenti nuptiarum res est, ut mas et femina conubio copulati quamdiu uiuunt inseperabiliter perseuerent II 222, 21. 24. 223, 4. ante Abraham

iusti uel eorum paruuli num aliquo corporali et uisibili sacramento signati sint, scriptura non exprimit II 194, 5. sacr. diuinitatis et humanitatis Christi I 234, 13. medicina sacramentorum paruuli a peccati peste sanantur I 134, 23. sacram. sancti lauacri I 26, 2. sanctae mensae I 26, 3. mensae dominicae I 33, 27; *cf.* I 317, 4. 350, 13. 351, 25. II 235, 24. sacr. fidei II 223, 24; *cf.* I 64, 6. 67, 11. 347, 1. propheta nihil de sacrificiorum uel quorumque sacramentorum commutatione dixit I 195, 18. mundationis sacramenta I 142, 24.

sacrificium: corporis et sanguinis Christi I 418, 10; *cf.* 333, 19. 349, 23. 356, 25. sacrificiorum sanguinibus conuincebantur potius peccatores quam mundabantur I 51, 13. pro non baptizatis de corpore exeuntibus non esse offerendum I 374, 4.

saeculum: saeculi nomine homines significantur in hoc saeculum nascendo uenientes I 26, 25.

Samaria: II 162, 8. I 415, 5.

Samuhel: post mortem solito indumento uestitus I 409, 5. iuste uixisse refertur I 263, 17. Christum praenuntiauit II 45, 14.

sancti: Christum imitantur I 11, 7. 12, 20. s. libri I 412, 23. s. sacerdotes I 311, 1. 349, 21. 374, 11. sacerdotes sancti in ueteri populo sacrificium pro suis primitus offerre peccatis praecipiuntur I 504, 8. sanctus sanctorum sacerdos I 98, 9. sancti homines dei I 494, 14. 523, 23. 516, 26.

sanctificatio: non est unius modi I 113, 16. uerbo sanctificationis omnia prorsus mala hominum regeneratorum mundantur II 250, 2. non peccare sanctificationis est I 181, 15; *cf.* I 149, 4. 11. 181, 12.

sanctimonium: uirgines sanctimonio dicatas nihil amplius fidelibus coniugatis apud deum habere meritorum I 139, 23.

Sarra: quae ipsius liberae matris prophetiam figuramque gestabat I 494, 21; *cf.* 449, 17.

Saul sibi misericors uisus est regi parcens I 351, 29.

Saulus talis fuit, quando sine querella fuisse se dicit I 437, 17. 454, 3. 9.

scientia dei quam inconprehensibilis I 391, 12. scientiam naturae profiteris I 390, 20.

scissio ueli I 181, 21.

scripta ecclesiastica inter apostolicam sedem et afros episcopos currentia I 464, 1.

scriptura, hoc est dei spiritus I 87, 25. diuina humanis omnibus ingeniis praeferenda I 33, 15.

secunda mors I 14, 1. 30, 22. 74, 6.

sedes apostolica: I 351, 21. 463, 27. 464, 2. 25. 465, 17. 466, 16. 467, 18. II 170, 24. 171, 9.

sensus: omnis sensus ab anima inest et corpori I 388, 7.

serpens exaltatus mortem Christi significat I 62, 4.

sexaginta sex coepiscopi I 546, 6.

Sicilia II 3, 9. 4, 3. 77, 9.

signaculum circumcisionis II 194, 12. 276, 25.

Sila I 369, 26.

Simeon I 263 19.

similitudo: rerum similitudines solent earum rerum nominibus nuncupari quarum similes sunt I 505, 1. non

omnis similitudo corporis corpus est I 412, 13.
Simplicius homo excellentis memoriae I 389, 7.
Sina: in monte Sina datus est Decalogus I 181, 9. II 117, 26.
singularitas: natura principiorum amat singularitatem II 222, 13.
Sodoma-ae I 203, 22. 501, 27. Sodomaorum II 193, 23. 287, 25.
Sodomitae II 288, 2.
specula pastoralis I 424, 11.
spiritus: spir. sapientia et sensus animae I 416, 7. quod sentit quod sapit quod uiget spiritus est I 416, 5. spiritus est rationale nostrum, quo sentit atque intellegit anima I 416, 8. proprie uocatur quo ratiocinamur et intellegimus I 414, 4. 27. quamuis proprie non uniuersa anima dicatur, sed aliquid ipsius, tamen et uniuersa anima hoc nomine appellatur I 413, 24. spiritus a mente distinctus I 414, 23. spiritum corpus tertium esse I 400, 9. generale animae nomen esse I 417, 3. 17. dicens per apostolum Christi I 214, 7. inmundus I 29, 12. spiritus sanctus digitus dei dicitur I 182, 1.
sponsor salutis I 311, 23.
suggestiones diaboli I 452, 22.
Sunamitis: Heliseum in faciem defuncti filii illius Sunamitis insufflasse I 365, 26.
superbia causa omnium uitiorum I 99, 20. spiritum huius mundi superbiae spiritum esse I 176, 1; *cf.* I 150, 22.
susceptio matutina I 193, 11.
syllogismus II 98, 11.
symbolum reddere I 312, 26. 370, 2. symbolum nouisse II 55, 3.
synagoga I 53, 8.
synodus: II 52, 21. 53, 2. 77, 25. 173, 29. synodus orientis et occidentis I 570, 11.

Tertullianus sicut animam ita etiam deum corporalem esse contendit I 342, 20.
Thessalonica: I 424, 22. 460, 3.
testamentum: inter duo testamenta, id est uetus et nouum, quae sit differentia I 186, 27. ueteris et noui testamenti distantia I 196, 11. 197, 2. 202, 20. test. duo in ancilla et libera allegorica significatione distincta II 66, 22. I 499, 1. ueteris testamenti nomen modis duobus dici solet II 64, 23. propter ueteris hominis dicitur illud uetus, hoc autem nouum propter nouitatem spiritus I 188, 16. ueteris testamenti promissa terrena I 189, 12. uetus testamentum nomine litterae I 498, 24; *cf.* I 432, 16. 494, 27. 497, 17. 498, 14. 499, 24. 500, 28.
Timasius et Iacobus *Augustino librum miserunt* I 233, 1. II 101, 4. 102, 2. 8.
Timotheum baptizatum esse non legimus I 369, 26.
Titus: I 369, 26.
Tobis etiam carnis luminibus perditis iustum uidebat I 337, 25.
tradux: *de traduce animarum et peccati cf. quae apud Pelagium et Vincentium Victorem et Caelestium (pars II 328) adnotata sunt; cf. etiam* I 129, 19. 132, 10. 133, 11. 143, 13. 323, 11. 17. 19. 328, 15. 344, 15. 345, 21. 519, 1 *cet.*
transfusio: filii uero anima propaginis transfusione trahitur I 331, 10.
tribus: Israhel in tribubus decem I 415, 4.
trinitas: unius est eiusdemque naturae; nam haec tria unum sunt et singu-

um quidque deus et simul omnia unus deus ... sine temporis ullo initio siue termino I 339, 10. 14. deum esse trinitatem I 385, 18; *cf.* I 507, 20.

Valerius Comes (*a quo Augustinus tres epistulas accepit*) II 209, 1. 3, *cf.* 211, 3. 5. 253, 4.

uenire ad me = credere in me I 427, 23. 429, 7. 453, 27.

Vergilius, de quo Simplicius uersus memoriter recitauit I 389, 9. 12.

ueritas = euangelium: I 54, 17. 134, 18. 21. 251, 17. 279, 19. 352, 4. 20. 477, 21. 517, 17.

Vestales: christianas catholicas nuptas non solum Vestalibus, sed etiam hereticis uirginibus anteponendas esse II 216, 13.

Vindemialis coepiscopus Augustini II 209, 7.

uirginitas sacrata II 216, 11.

uirilitas: motum genitalium, id est uirilitatem, a deo institutam I 448, 12. 14.

uirtus sacramenti: I 63, 5. uirtus celebratioque tanti sacramenti I 27, 13.

uisa: ueracia I 413, 5. somniorum et somniantium I 407, 4. 408, 13. imagines I 404, 15.

uisiones: martyrum conscriptae I 405, 18. propheticae I 412, 24.

uita aeterna definita ea, ut cognoscant unum uerum deum I 190, 25. 194, 20.

unitas trinitatis II 152, 22.

uocationes hominum: multa dici possunt de miris uocationibus hominum I 31, 8. uocatio dei I 220, 19. 453, 23. 534, 9, *cf.* 474, 4.

uolumen (= pars operis, liber) I 71, 8. 129, 13. 377, 10. 379, 9. 383, 18. 485, 15. 519, 15.

uoluntas: II 128, 1. 129, 3 *sqq.* diuinitus adiuuari ad faciendam iustitiam I 157, 10. ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntatem I 168, 7. uoluntas nostra, sine qua operari bonum non possumus, adiuuatur et erigitur inpertito spiritu gratiae I 173, 5. utrum dei donum sit an ex illo naturaliter insito adhibeatur arbitrio I 215, 17. praecedit in uoluntate hominis adpetitus quidam propriae potestatis I 104, 1. uoluntatis arbitrium in eis naturalibus bonis est, quibus et male malus uti potest I 101, 13; *cf.* I 99, 2. 216, 26. 428, 25. 436, 23. 523, 21.

Xystus romanae ecclesiae episcopus I 291, 18. 292, 10; *cf. Indicem I et Retractationem.*

Zaccheus: I 38, 18.

Zacharias eminenti iustitia fuit I 90, 23. in sacerdotum numero fuit I 91, 10. 92, 5. Zach. et Elisabeth non habuisse perfectam sine ullo peccato iustitiam I 92, 18; *cf.* 289, 12. sine querella, non autem sine ullo peccato fuisse II 38, 15. 21. Zach. et Elisabeth laudes II 164, 3 *sqq.*; *cf.* II 165, 10. propheta II 307, 10.

Zosimus papa, cui Caelestius in urbe Roma libellum dedit II 168, 3. recolluit quid praecessor eius de ipsis gestis senserit II 172, 3. synodus africana ei respondet II 172, 14. successor Innocentii II 173, 10. litteris apostolicae sedis assensum praebuit II 171, 6. Pelagii litterae ei datae II 180, 3. exsecranda adtexuit II 183, 10; *cf.* I 464, 4. 465, 15. 22. 468, 10.

III. INDEX VERBORVM ET ELOCVTIONVM AD VOLVMINA XLII ET LX.

a, ab, abs (ab re I 106, 4. ab stilo I 378, 14. ab stella I 194, 26. 203, 20. ab stultitiae tenebris I 36, 2): ab hac uita emigratio I 117, 16. ab eo defectus II 141, 11. ab inimicis uictoriarum rèportatio II 66, 13. liberatio a corpore mortis huius II 247, 1. sanatio animae a uitio peccati I 208, 21. — corporis oculus non adiuuatur a luce I 75, 13. temptari a concupiscentia I 75, 1. ut absorberetur mortale a uita I 4, 20. abstracti a concupiscentia I 75, 7. 8. ab ea potius augetur II 132, 15. uincimur a peccato II 84, 9. 12. a uoluptate semina confici II 278. 22. non adiutus a lege I 167, 21. a gratia adiuuari I 452, 21. 453, 14 *cet.* — quod ibi a saluatore sanandum est II 291, 9. a Christo damnandum, saluandum II 92, 20. 261, 22. — a partu recentissimus II 203, 9. ab utero recens I 66, 2. 67, 25. 137, 22. 471, 15. 548, 13. 549, 14. II 268, 9. recentissimus a uisceribus matrum II 194, 10. ab utero recentis aetatis I 386, 22. si ab homine est, ut habeatur I 244, 8. — a summo — ab imo I 400, 22. 23. a contrario I 520, 5. II 145, 19. 300, 7. ab inuicem II 107, 10. abs *ante* te: I 99, 14. 253, 17. 367, 9.

abditus: abditis uisceribus II 310, 14. in re profunda et nimis abdita I 164, 8. infirmitas abdita I 524, 18. scripturarum abditissimae latebrae II 186, 23. ex eius (memoriae) abditissimis sinibus I 404, 26. in abdito et profundo iudiciorum dei I 229, 3. in naturae humanae tam profundo abditoque secreto I 324, 24; *cf.* I 69, 24. 476, 9.

aberro: a christianae fidei regula I 115, 6. ab hac fide I 185, 20.

abhorret a sensu humano I 506, 23. a doctrina apostolica II 130, 15. a uero I 307, 22. ab illius ingenio II 3, 14.

abicere exsecrandae impietatis errorem I 340, 15. illa praeterita iustitiae suae tamquam detrimenta I 509, 26. 7. exclusam (gloriationem), id est eiectam et abiectam I 170, 3. subiectionem erroris II 102, 25.

ablatio I 435, 8.

ablatiuus: quem siue aliis siue ipso doctore didicerant II 101, 21. *temp.* tota uita decimas solent praebere I 112, 3, *cf.* I 363, 19. 473, 16. 474,7.

abluo: abluti per sacramentum I 38, 10. tamquam martyrii sanguine abluto I 311, 27. baptismo corpus abluitur I 345, 3. originale peccatum I 347, 2. lauacro regenerationis I

471, 16; *cf.* I 269, 13. 313, 30. 345, 11. 490, 3. II 202, 1. 22. 212, 3.
ablutio baptismi I 269, 5. 446, 22.
abnuere dei gratiam uideris I 239, 20; *acc. et inf.* I 284, 15. II 278, 26.
aboleo: facile hoc in transactis atque abolitis habui I 139, 16. quam (imaginem dei) non penitus impietas aboleuerat I 202, 26. quae (originalis culpa) non aboleatur nisi renascentibus II 316, 23; *cf.* I 70, 19. 177, 10.
abolitio peccati I 352, 11. 500, 6. iniquitatis I 162, 19.
abominabilis uita I 437, 19.
abrenuntio II 77, 15. 78, 16. 112, 5. 120, 13. 174, 18.
abripio: quomodo anima partes suas abripiat I 407, 9.
abrogare audet gratiae dei (sapientiam) I 244, 6.
abrumpo: in illud abruptum inpellere II 170, 30.
abscedo: deinde in aliud narrator abscedit I 59, 23. de ista uita I 313, 9. 502, 15; *cf.* I 169, 22. 208, 9. 214, 15. 314, 14. II 23, 23.
abscondo: absconditur gratia I 208, 6. quid sentiret abscondens II 155, 9. nunc enim est abscondita in fide I 509, 24; *cf.* I 276, 16. II 200, 6. 266, 5.
absoluo: duos prolixos absolueram libros I 128, 21. ex omni prorsus parte absoluta iustitia I 156, 1. originalis peccati reatu absoluuntur I 149, 17. a peccatis omnibus absoluendus I 217, 14. absoluto Pelagio II 114, 21; *cf.* I 314, 16. 352, 23.
absolutio: sententiam suam quadam uelut absolutione concludens II 131, 18. reatus absolutionem polliceri I 375, 5; *cf.* II 177, 20.
absolutissima sanitas I 284, 13. sententia I 556, 22. iudicatio II 84, 19.
absorbeo: hanc enim absorbebit uictoriosa inmortalitas I 147, 16. quae (anima) etsi nondum omnes motus terrenae libidinis absorbuerit atque consumpserit I 226, 6. cum extrema eius umbra illo meridie absorbebitur I 258, 21. ubi tota hominis absorbeatur infirmitas I 267, 6; *cf.* I 7, 2. 74, 2 *cet.*
absque I 239, 18. 240, 9. 255, 12. 260, 28. 261, 1. 10. 272, 1. 276, 14. 344, 2. II 14, 23. 97, 21. 150, 12. 180, 5. 7.
abstenti et non communicantes I 553, 11.
abstinentia: per abstinentiam mali operis I 288, 16. per quendam abstinentiae conatum I 288, 7.
abstineo: ab eorum uos abstinete consortiis I 458, 21. qui neque ab ipsa uitiata natura suam abstinuit bonitatem II 274, 1.
abstracti a concupiscentia I 75, 7. 8. quae (uoluntas) se abstrahit a peccato I 429, 5.
abstrusa uestigare I 133, 19.
absum: absit I 208, 17. 456, 5. 490, 1. 537, 25. absit ut I 24, 16. 84, 6. 107, 8. 252, 5. II 198, 29. 204, 17 *cet.* quod absit I 211, 22. 340, 8. 465, 7. II 140, 8. *sequente inf.* II 217, 4. *acc. et inf.* II 214, 26. tantum ergo abest ut — ut potius I 335, 13. absens fuissem I 303, 9. absens esse II 317, 15. quantum hoc absit ab animo meo I 304, 4.
absumo I 6, 18. 70, 10. 79, 22. 446, 7. II 14, 18. 41, 13.
